



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

Tractatus I. De Vicario generali Episcopi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



# TRACTATUS DE VICARIO GENERALI EPISCOPI. CAPUT PRIMUM.

De Vicarii nomine, definitione, variis speciebus, constitutione, qualitatibus,

## PARAGRAPHUS. I.

Vicarius Episcopi quis propriè sit, & quibus de cetero id nomen competat?

*Questio 1. Ubi in iure, & à quibus potissimum hæc materia de Vicario Generali Episcopi tractetur.*

**R**espondeo ad primum; In iure exstat Titulus 28. L. I. de officio Vicarii: verum ibi potissimum tractatur de Vicariis beneficialibus, nec non de Vicario Papæ est c. 5. Idem est Titulus 13. l. 1. in sexto: sed magis ibi de Vicario jurisdictionis, seu Episcopi.

2. Respondeo ad secundum. Tractare hanc materiam de Vicario Generali Episcopi Authores solent ad c. ult. de officio Vic. in 6. In specie verò tractavit illam speciali tractatu Jacob. Sbroz. Paris. de resignat. benefic. l. 7. q. 24. Lancellot. Institut. Juris Can. l. 1. tit. de officio Vic. Zechus de rep. ecclesiast. c. de Vicar. Episc. Leo. Thef. fori ecclesiast. p. 1. c. 10. Rebus. in prax. benef. tit. de Vicar. Episc. & Rubric. Vicariatus Apostol. Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. Garc. de benef. p. 9. c. 8. Zerola. In prax. Episc. v. Vicar. Barbof. Juris Eccles. l. 1. c. 15. & in sum. decisio. Apostolic. v. Vicar. Aledan. compend. resolut. canonic. c. 43. & plures alii apud Garciam loc. cit. Ex recentioribus verò Lotter. de re benef. l. 1. q. 28. n. 124. & seq. & lib. eod. q. 16. n. 63. & seq. Pith. ad tit. de officio Vicar. sect. 2. per 9. §§. Pax Jord. l. 12. tit. 1. Ventriglia Tom. 2. annot. 14. per 2. §§.

*Questio 2. Nomen Vicarii unde, & qui hoc nomine in iure veniant?*

**R**espondeo ad primum, Vicarius dicitur à vice quam gerit, vel quæ alicujus muneris vel loco succedit. Sbroz. de officio Vicar. l. 1. q. 1. n. 2. citans Ciceronem in Verrem act. 6. ubi is: Succedam ego Vicarius muneris tuo. Et pro Roscio Amerino: Propterea, P. Leuen. Vicarius Episc.

quod quibus rebus ipsi interesse non possumus, in his vicaria fides amicorum supponitur. Unde

2. Respondeo ad secundum. Latissimè sumendo hoc nomen, veniunt sub eo, quotquot vices aliorum, in quorum locum sufficiuntur, gerunt. Azor. Institut. moral. l. 3. c. 6. q. 1. Sbroz. loc. cit. q. 2. n. 6. Aliquantò strictius hoc nomen usurpatur in Jure civili, & veniunt sub eo, quotquot in locum alterius Magistratus, absentis scilicet, mortui aut impediti, substituuntur ab iis, qui à lege hanc substituendi potestatem habent. Barbof. Juris Eccles. l. 3. c. 6. n. 1. In iure namque civili Magistratus & Judices Vicarios suos habere posse, quorum operâ utantur, patet ex tit. eod. de officio vicar. Strictius adhuc in Jure Canonico, ut dicantur Vicarii, qui legitimâ auctoritate constituti sunt, ut Episcopi alteriusve Prælati, Parochi, aut Clerici vices gerant in divinis mysteriis celebrandis, aut jurisdictione exercenda. Pith. ad Tit. de officio vicar. num. 1. Siquidem in Jure Canonico rectè constitutum constat, ut Prælati & Rectores Ecclesiarum, qui quandoque variis negotiis occupati non omnibus, quæ officii ratio exigit, interesse, eaque per se præstare possunt, Vicarios sibi adificere valeant, quorum operâ in officiis sibi commissis uterentur, ne quid in his cum damno Ecclesiæ negligatur.

*Questio 3. Qualiter Vicarius differat à vices gerente, locumtenente & delegato?*

**R**espondeo ad primum, & secundum: qui ab ipso Prælato constituitur in loco Vicarii, dicitur vices gerens: qui verò ab ipso Vicario sibi ipsi substituitur, dicitur Locumtenens; cum Vicarius Vicarium sibi substituere non dicatur juxta c. Clericos. de officio vicar. Barbof. loc. cit. n. 4. & 5.

2. Respondeo ad tertium: Vicarius non nisi per ordinariam jurisdictionem, quam gerit, distinguitur à delegato. Sbroz. l. 1. q. 28. n. 7. & 8. ubi is ex Bartol. illum intelligi Vicarium, qui gerit in eodem loco vices Ordinarii, in quo ipse Ordinarius judicare solet; aliàs esse delegatum, & non Vicarium, etiamsi speciali titulo Vicarii crearetur. Pro quo etiam citat Marant. de ordin. judic. p. 4. dist. 3. §. princip. n. 8. Didac. de pract. quest. c. 4. n. 8.

A

Questio

*Quaestio 4. Quot sint Vicariorum species in Jure Canonico?*

1. **R**espondeo, variae ac diversae eorum species à juris interpretibus constitui solent. Sbroz. l. 1. q. 3. n. 1. Et primò quidem duæ sunt eorum species, dum quidam in divinis ministeriis, cura animarum, ac ijs, quæ ad internum forum conscientiae spectant, aliorum vices gerunt, vocanturque Vicarii in divinis. Huc spectant Vicarii beneficiales, & Ecclesiarum Parochialium, de quibus egi fuscè in *Foro Benef. p. 1. à q. 109.* Alii verò, qui in foro contentioso, seu externo jurisdictionem vice aliorum exercent; dicunturque Vicarii jurisdictionis. Pirrh. loc. cit. ex Abb. ad rubric. h. r.

2. Species illa Vicariorum jurisdictionis subdividitur bifariam, vel potius trifariam, dum eorum quidam constituuntur à lege seu canone; alij ab homine, seu factò hominis. Sbroz. loc. cit. num. 2. citans Mandol. ad reg. cancel. 14. q. 6. n. 16. Pirrh. loc. cit. n. 25. Laym. ad c. 1. de off. Vicar. in 6. n. 1. Ita, ut, qui à Canone constituuntur, ab eodem propriam, & ordinariam jurisdictionem obtineant, diversam à jurisdictione principalis, cujus vices gerunt, quamvis ipsi subiectam, & subordinatam. Cujusmodi Vicarius juris, seu à jure constitutus respectu Episcopi est Archidiaconus, juxta c. 1. de off. Archid. Laym. Pirrh. LL. cit. Quid tamen minus aptè à Sbroz. loc. cit. à num. 3. reducuntur Summi Pontifices JESU Christi in terris Vicarii, utpotè quibus, non quidem à factò hominis puri, non tamen etiam tam à lege, quam voce & institutione Redemptoris nostri claves aeternae vitae, juraque terreni simul, & celestis imperii, ut inquit Sbroz. num. 3. commissa sunt. Minus quoque aptè Episcopi uti vicesgerentes Apostolorum, alijque Sacerdotes Parochi, seu curari, uti vicesgerentes discipulorum Domini. 3. Eorum verò, qui constituti ab homine, nimirum à Superiore Ordinario seu jurisdictionem ordinariam habente, in cujus locum substituantur, alij ita constituuntur, ut potestatem, seu jurisdictionem diversam à jurisdictione constituentis obtineant, etsi subordinatam, & ab eo dependentem. Quorum aliqui delegatam habent ad universitatem causarum; alij ordinariam. Tales quo ad jurisdictionem fori externi sunt Vicarii, seu Decani rurales, seu foranei, in certo tantum loco, seu districtu Dioecesis jurisdictione delegatam, & omninò dependentem ab Ordinario habentes, à quo pro ipsius arbitrio deponi possunt; quandoque tamen ordinariam quandam habent subordinatam Episcopo, dum nimirum constituuntur per electionem Capituli ruralis ab Episcopo ejusve Vicario generali confirmatam. Laym. ad c. 1. de off. Archiepisc. Tales verò quo ad jurisdictionem fori interni sunt Vicarii parochiarum, quorum item aliqui jurisdictionem, seu curam animarum ordinariam habent, intellige secundum exercitium, seu utilem, non directam, ut Laym. ad c. 1. de off. Vicar. in 6. alij jurisdictionem, seu partem jurisdictionis, delegatam, qui dici solent cooperatores Parochorum.

3. Alii denique eorum ita ab homine constituuntur; ut jurisdictionem non diversam, sed eandem habeant cum constituente, quamvis alio modo, nempe cum dependentia ab illo, cui substituti sunt in eodem tribunali, sive in eadem jurisdictione exercenda. Laym. Pirrh. loc. cit. qui licet, ut Laym. jurisdictionem ordinariam sibi concessam habent, nullum tamen in eo jus vel titulum obtinent, sed

veluti opera locata deserviunt, ideoque temporales sunt & amovibiles, & propriè dicuntur substituti in eadem jurisdictione. Tales sunt Vicarii Generales in Spiritualibus Episcoporum, qui vice eorum jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem, & non delegatam, ut bene probat Laym. loc. cit. in tota Dioecesi exercent.

*Quaestio 5. Quae fuerit Vicariorum generalium Episcoporum olim nomenclatio, & quae origo?*

1. **R**espondeo: Vicarii generales Episcoporum, qui & ut inquit Thomasin. in veteri & nova Ecclesiae disciplina de benef. p. 1. l. 2. c. 7. n. 1. depositam apud se Episcoporum auctoritatem habebant, & universales erant sacrae jurisdictionis administri, vel potius ii, qui in ruralibus Parochiis generalem Episcopi exercebant Vicariatum, Chorepiscoporum olim veniebant nomine, juxta illud Isidori in collectione ad explanandum ancyran canon. Vicarii Episcoporum, quos Graeci Chorepiscopos vocant.

2. Inter eos verò Vicarios arbitrarios, quos seligebant quandoque Episcopi, ut in eos Episcopalis sarcinae partem aliquam rejicerent, jam tum fuit Gregorius Nazianzenus, quem pater ejusdem nominis Episcopus Nazianzi vi facta eremo abduxit, & reluctantem adegit, ut regenda sibi Ecclesiae Coadjutor accederet. Testatur enim ipse, se Episcopum Nazianzi nunquam fuisse, sed Parentis solum veluti Vicarium & cooperatorem. Thomasin. loc. cit. num. 2. ex Baron. ad annum Christi 336. n. 10. 18. Sic divus Basilius ab Eusebio Caesareensi ascitus praestantissimi Vicarij speciem exhibuit, pro ut eum depingit Gregorius Nazianzenus in orat. 2. in laudem Basili. De quibus duobus Vicariis sic inquit Thomasin. loc. cit. n. 3. magna erat inter utrumque, hunc Caesarea, illum Nazianzi generalem Vicarium affinitas, magna virtutum cognatio; cum enim esset uterque tum voluntaria, tum contentiosa administer jurisdictionis, episcopalem curam & laborem in se suscipiebat omnium, honorem Episcopo referebat, &c. Erant autem D. Gregorius & Basilius presbyteri tantum; cum ad Vicarii generalis munus accesserunt. D. verò Chrysostomus, cum Diaconus solummodo esset, concredita ei Antiochenae Ecclesiae cura absente Episcopo Flaviano. Qui dein factus presbyter longe majore cum fructu, & flagrantiore zelo episcopalibus obeundis vicibus Episcopum levare coepit. Thomasin. n. 4. ex Baron. ad annum Christi 382. n. 48. & ad annum 386. n. 43.

3. Praeter tria haec Vicariorum Generalium in Oriente exempla absolutissima, in Ecclesia latina Vicarius D. Ambrosii fuit B. Simplicianus, ejusdem dein in Episcopatu successor, qui Romae factus presbyter à Damaso Mediolanum missus, ut inter prima Episcopatus exordia adesset Ambrosio. Thomasin. num. 5. Item Valerii Episcopi Hippo-nensis Vicarius fuit Div. Augustinus, eo tantum consilio ordinatus à Valerio presbytero, ut haberet, in quem vices suas & solitudinis magnam partem conferret, ut Possid. in vita Augusti. c. 4. 5. Baron. ad annum Christi 391. n. 22. apud Thomasin n. 6. D. Augustinum verò paulò ante obitum ascivisse sibi in Vicarium generalem Eraclium presbyterum, testatur Thomasin. n. 11. uti & Mamertum Viennensem Episcopum Claudianum fratrem suum sibi adlegisse Vicarium generalem.

4. De cetero neque in decreto Gratiani, neque in Gregorianis seu antiquis Decretalibus ullum extat vestigium Vicariorum Generalium aut Officialium istiusmodi, quales modò ab Episcopis assumuntur

tur. In Decretalibus sunt quidem certi tituli de officio Archipresbyteri, de officio Archidiaconi (qui & ipsi sunt & vocantur Vicarii Episcoporum; quin & Archidiaconum esse Vicarium Episcopi generalem satis testatur Innocentius III. in c. ad hec. de officio Archidiaconi; dum de eo ait: & ipsius Episcopi Vicarius reperitur, omnem sollicitudinem & curam tam in Clericis quam in Ecclesiis eorum impendendo) non tamen veniunt in illis dicti Episcoporum Vicarii generales. Titulus etiam qui inscribitur de officio Vicarii, non agit, nisi, ut dictum q. 1. de iis Vicariis sive perpetuis, sive temporalibus, quos Parochi alique Beneficarii inferiores suis in Ecclesiis instituire possunt. In cap. sua nobis, agitur de Vicario, quem Papa creabat Romæ, cum ab ea aliquando abfuturus erat, quin & spiritali jurisdictione instruebat in Urbem universam; verum id solum attinet Romanum Præsulem, & eo tantum tempore, quo is Romam abest. In Concilio Lateranensi sub Innoc. III. c. quoniam. de officio Jud. ordinari. statutum quidem fuit, ut, si qua in urbe vel diocesi plures essent populi non unâ lingua, diversis moribus, aliis & aliis ecclesiasticis ritibus utentes, totidem ab Episcopo constituerentur Vicarii Generales, qui singulis adminicula salutis necessaria suppeditare possint; sed ea, ut inquit Thomasin. l. c. c. 8. n. 2. singularis erat species, ex qua in ferre etiam licet, aliis in more positum non fuisse, ut Vicarios generales Episcopi quique suos deligerent. Facit quoque in eodem decreto Innoc. 3. copiam Episcopo istiusmodi, ut alium sibi subjungeret Episcopum tanquam Vicarium generalem, qui diversi sermonis ritusque populum regat. Sed & hæc rara ac singularis omnino est species, ut idem Thomasin. Item in eodem Concilio Patres hortati sunt Episcopos, ut, si non possent numeros omnes sui officii implere, adjuutores & cooperatores sibi accerterent. Sed & hinc rursus liquet, ne quidem id usitatum tunc fuisse, cum ad id admonendi erant Episcopi.

5. Erant tamen etiam tunc in nonnullis diocesis Vicarii generales Episcoporum, quemadmodum Gilduinum Abbatem S. Victoris apud Parisios fuisse Vicarium generalem Episcopi Parisiensis testatur Thomasin l. c. n. 3. ex Histor. Universitat. Parisiensis. Tom. 2. pag. 131. Item Abbatem Monasterii canonicorum Præmonstratensium ex antiquo usu esse Vicarium Episcopi Virdunensis; sed ait Thomasin. ea tunc parum frequentia fuisse exempla; subditque perquam verisimile esse, increbrescentes Episcopos inter & Archidiaconos dissensiones eo remedio esse sedandas, ut Vicarii generales ab Episcopis crearentur, qui paulatim supra Archidiaconos assurgerent, eorumque in se transferrent jurisdictionem, eam videlicet, quam cum vice & delegatione arbitraria Episcoporum olim obtinuerant, constante dein titulo & officio explicuissent tanquam sibi propriam: eujus rationis momenta tanta fuere, ut titulus de officio Vicar. in 6. totus omnino sit in illustrandis Episcoporum Vicariis generalibus eorumque numeribus. Unde sæculo demum 13. universim invaluerit Vicarii, & deinceps viguere in omnibus Episcopatibus.

6. Porro unum eundemque tunc fuisse Officialem & Vicarium generalem; eo, quod necdum tunc forsitan tam accurate discernent jurisdictionem contentiosam à voluntaria, ostendit Thomasin. cit. c. 8. n. 8. de cetero de officialibus Episcoporum speciali capite, uimurum 9. agit Thomasin. quem vide.

7. Leuren. Vicarius Episc.

*Questio 6. Num præter Vicarios Episcopales dentur quoque aliorum Prelatorum Vicarii?*

1. Resp. Affirmativè; nam primò datur Summi Pontificis in Urbe Vicarius, qui ibi velut Ordinarius est in sua Diocesi, & jurisdictione habet in Clericos. Sbroz. l. 1. q. 3. n. 19. citans Vantium de nullitat. ex defect. jurisdiction. n. 13. Mandol. ad regul. 14. q. 6. n. 5. Dantur item Vicarii Papæ generales per eum ad certam Ecclesiæ provinciam regendam destinati, per exequantur illa ibi, quæ sunt fori contentiosi. Sbroz. l. c. n. 20. citans Capram Reg. 92. n. 8. ac remittens ad Roman. conf. 59. Pavin. de potestat. Capitul. sed. Vac. p. 2. q. 10. in fine. ubi is de Vicariis quondam Ferrariæ, Pifauri, Arimini, aliarumque Civitatum Ecclesiæ. Item ad Ruin. conf. 148. n. 8. Alphons. Carmon. de incompatibilitate benef. c. 15. n. 1. p. 1. ubi illi de aliis Vicariis Apostolicis. Et inter hos Vicarios Papæ magnam auctoritatem habet vices gerens Apostolicus Avenionensis, qui est loco Auditoris Cameræ. Sbroz. cit. n. 20.

2. Secundò sunt Vicarii Cardinalium Legatorum de Latera. Sbroz. n. 21. & de his Pavin. l. c. n. 35. Item Vicarii Cardinalium in Ecclesiis eorum titulis subiectis, in quibus Cardinales habent jurisdictionem Episcopalem. Sbroz. n. 22.

3. Tertio sunt Vicarii Capitulorum sede vacante, de quibus infra.

4. Quarto sunt Vicarii administratorum Episcopatum sede vacante. Sbroz. loc. cit. n. 30. & q. 62. ubi, quod Administrator talis constituere debeat Vicarium, quia succedit in ordinaria jurisdictione Episcopi, & à pari procedunt Administrator talis, & Capitulum sede vacante.

5. Quintò sunt Vicarii Vicariorum Papæ, & vicariorum Episcopatum. Sbroz. n. 31.

6. Sextò sunt Conservatorum Vicarii. Sbroz. n. 32. & de his apud illum Baldus in l. aliquando. n. 5. ff. de officio Procons. Abb. in c. statutum. extra. de officio delegat.

7. Septimò Vicarii Archidiaconorum. Sbroz. n. 34. de quibus apud illum Gl. in Clem. & si principal. de rescript. v. Episcopi, qui in hisce partibus dicuntur Commissarii Archidiaconales.

8. Vicarii Archipresbyterorum, Plebanorum, & Sacristarum majorum, qui ad ministeria Ecclesiæ Vicarios constituunt. Sbroz. n. 36. de quibus apud illum Ferret. conf. 327. n. 3. Parisius. &c.

9. Nonò Vicarii Abbatum, qui habent usum mitræ, & baculi, & jurisdictionem in Ecclesiis, & locis Abbatiz subiectis. Sbroz. n. 39. & de his apud illum Paril. conf. 22. n. 19. in 4. Rebuff. in pr. benef. tit. de Vicar. Episc. n. 24. & 169. & alii.

10. Decimò Vicarii abbatissarum, Priorissarum habentium quodammodo jurisdictionem in subiectos. Sbroz. n. 42. & de his textus est in c. dilecta. Et ibi Abb. de majorit. & obedient. Pavin. loc. cit. pralud. 6. num. 22.

11. Undecimò Vicarii Ordinum Regularium, qui Generalatu vacante creari solent à Papa. Sbroz. n. 40. & 41. & de his apud illum sunt textus in clem. dudum. §. statimus de sepult. in clem. exivi, §. ceterum & ibi Cardin. de verb. signif. Mandol. loc. cit. n. 14. de quibus quoque vide Card. de Luc. de Regular. d. 9. num. 6.

12. Duodecimò Vicarii Provincialium Ministrorum, aliorumque Superiorum Regularium. Sbroz. cit. n. 40. & 42. denique Vicarii quoque plurium in

jure Civili reperiuntur. De quibus vide Sbroz. *loc. cit.* à num. 43.

*Questio 7. Vicarius Episcopi quis proprie sit?*

**R**espondeo quamvis, ut constat ex jam dictis, loquendo in genere is dici possit Vicarius Episcopi, qui gerit vices Episcopi, Sbroz. *l. 1. q. 2. n. 1.* quia tamen vel sic comprehenduntur & alii Vicarij Episcopales, qui jurisdictionem Episcopalem non habent, v. g. Archipresbyteri civitatenfes, non nisi in quibusdam ministeriis spiritualibus vices Episcopi gerentes. Sbroz. *n. 2. juncto n. 7.* Item ij, qui ad sola Pontificalia exercenda assumuntur, quique, ut Barbof. *Juris Ecclesiast. l. 1. c. 15 num. 7.* hodie suffraganei dicuntur, hinc, ut descriptio conveniat solis Vicariis Episcopi, de quibus nobis hic sermo & tractatus, nempe qui Vicarii sunt jurisdictionis, sic melius formabitur: Vicarius Episcopi est is, qui vices Episcopi gerit, exercendo jurisdictionem Episcopalem. Vel strictius adhuc, ut Sbroz. *num. 4.* ex Bartol. *in l. 1. in fine. ff. quis & quo Marant. de ord. judic. p. 4. dist. 5. n. 8.* Covar. *pract. qq. c. 4. n. 3.* & aliis, quos citat: qui gerit vices Episcopi in eodem cum Episcopo tribunali, utpote per quam descriptionem jam etiam excluduntur Archidiaconi, qui, etsi jurisdictionem ordinariam habent, non judicant tamen ex eodem cum Episcopo tribunali; quin & Vicarii foranei, qui solum jurisdictionem delegatam habent.

*Questio 8. Quotuplex sit Vicarius Episcopi jam à nobis descriptus?*

**1.** **R**espondeo primo: Vicarius Episcopi alius est Generalis seu Principalis (nulla enim inter Vicarium Generalem & Principalem est differentia, ut Sbroz. *l. 1. q. 29. n. 3. & seq.* citans *Glof. in Clem. 2. de rescrip. v. Foraneus. & ibidem Ancharan. col. 1. Cardin. n. 3. & 24. Innoc. n. 17. & seq.*) qui principaliter super eodem tribunali Episcopi vices gerit, cognoscendo causas omnes ad forum illud spectantes. Sbroz. *l. 1. q. 3. n. 26.* ita tamen, ut ad Vicariatum Generalem requiratur administratio in spiritualibus ei generaliter commissa quo ad omnia loca, seu totam Diocesim. Pirh. *loc. cit. num. 7.* si enim constitutus solum sic limitate, tantum pro ijs, qui in civitate Episcopali, seu in qua est sedes Episcopalis & Episcopi degunt, non potest censeri is esse Generalis, etsi sic appellaretur. Pirh. *loc. cit.* Laym. *ad c. Romana, de off. Vicar. in 6.* Garc. *p. 5. c. 8. n. 36.* Sbroz. *cit. q. 29. n. 1.* qui etiam dicit eum appellandum foraneum; uti id ipsum expresse ait C. de Luca *ad Trident. d. 4. n. 5.* ubi etiam ii, qui in ipsa civitate deputantur, foranei vel speciales Delegati dicuntur, quamvis Generalis titulus seu nuncupatio cum aliqua etiam Delegatione universitatis causarum ei tribuatur; quoniam erit quidem Vicarius Foraneus, sed cum aliqua majore praeogativa & jurisdictione, quam regulariter hujusmodi Vicarius comperat. Quia hoc ipso ita restrictus ad civitatem duntaxat non faciet idem Consistorium cum Episcopo. Sbroz. *loc. cit. n. 2.* citans *Glof. in cit. Clem. 2. de rescrip. v. Foraneus.* Item *Glof. in c. 2. de consuetud. in 6. v. Officialis.* Innoc. *in c. Romana, de off. ordini. in 6. Paris. conf. 89. num. 10 in 4.* Rot. *decis. 371. in nov.* Sed habebit jurisdictionem à jurisdictione Episcopali divisam, eamque delegatam, non absumilem jurisdictioni Vicariorum ruralium. Laym. Pirh. *locis cit.* consequenter jam esse non poterit Delegatus seu Judex Apostolicus (nisi forte aliunde habeat dignitatem, vel sit Canonicus Cathedralis,

Pirh. *loc. cit.*) Garc. Pirh. *locis cit.* neque expedire literas Apostolicas dispensationum, similisve directas Officiali seu Vicario v. g. Monasteriensi; utpote quae verba intelliguntur tantum de Officiali Principali & Generali. Garc. *loc. cit.* contra Flores de Mena. Hæc ipsa tamen declarat Sbroz. *cit. q. 29. à n. 7.* ut procedant, dum Vicarius constitutus esset limitate & expresse tantum pro civitate: si verò simpliciter constitutus esset (intellige pro civitate, absque expressa illa positiva limitatione & particula exclusiva tantum. Hanc enim mentem fuisse Sbrozii, patet ex rationibus, quibus suam declarationem probat) censendum tunc esse constitutum quoque in reliqua Diocesi, & per consequens dicendum esse Generalem; eò quòd cui commissa cura civitatis, dicatur commissa cura districtus. Pro quo postremo citat *L. secunda. §. Cum urbem. ff. de off. Praef. urbis.* Abb. & Felin. *in c. Rodolphus, de rescrip. n. 8.* & specialiter, quòd concessa alicui civitati, intelligatur etiam concessa Diocesi. Pro quo citat Alexand. *in addit. ad Barthol. in cit. l. 2. n. 3.* Benedic. de Vald. *in addit. ad Felin. cit. c. Rodolphus. n. 8. tit. 13. &c.* Et sic Vicarium Papae positum simpliciter in aliqua urbe dici quoque positum in ejus territorio, ait Sbroz. *n. 15.* firmari à Pavin. *de potest. capit. sed. vac. p. 2. princip. n. 16.* ac denique *n. 16.* tutius nihilominus esse ait, in litteris commissionis Vicariatus exprimere etiam (ut communiter solet) Diocesim. Pro quo citat Rebuff. *in pr. tit. forma Vicariatus Archiepiscopi,* quia forma talis commissionis Vicariatus attendenda, ut Cardin. *in Clem. 1. de off. Vicar. n. 17. & 18.* Et merito hanc cautionem addit Sbroz. cum dicta ab eo difficultas habere locum videantur, dum Diocesis ampla est, & præter urbem sedis Episcopalis plures alias civitates & oppida continet: facilius verò, dum Diocesis præter dictam urbem exiguum districtum & territorium continet. Certius videtur illud, quòd tradit idem Sbroz. *l. 1. q. 30.* quòd constitutus in & pro Diocesi Vicarius censetur etiam constitutus pro dicta urbe Episcopali; quia concessa Diocesi, censetur etiam concessa urbs illa, & appellatione Diocesis veniat etiam urbs illa. Pro quo multos citat Authores, Deinde ad eundem Vicariatum generalem requirit, ut præfert ejus descriptio, ut omnes causae, quae ad forum Ecclesiasticum, etiam externum pertinent, ipsi commissae sint, licet nil obster, quò minus certum aliquod causarum genus alteri committi possit. Pirh. *cit. num. 27.* uti & quòd plura sibi reservare possit Episcopus. Alius verò Vicarius Episcopi est minus principalis, & Priori seu Generali subordinatus pro certo districtu Diocesis; vel etiam qui Consistorio Episcopali præest in certis tantum causis v. g. matrimonialibus. Qui esse nequit Delegatus Apostolicus, nisi aliunde, ut dictum, dignitatem habeat. Pirh. *locis citatis* citans Laym. *de jurisdiction. ordinar. conclus. 92.*

**2.** Respondeo secundo: Vicarius Generalis Episcopi alius est simpliciter Generalis, cui tam in spiritualibus quam temporalibus administratio commissa est. Alius Generalis secundum quid, nempe vel in spiritualibus tantum, vel temporalibus tantum. Pirh. *loc. cit.* Vicarius in spiritualibus tantum simpliciter Vicarius, vel etiam cum addito Vicarius in spiritualibus Generalis vocari solet, ut patet ex Trident. *sess. 13. c. 1. 2. 3. 4.* & ex Brevibus Apostolicis, cum aliqua committuntur Episcopis seu eorum Vicariis, vicarii in spiritualibus appellantur Generales, dicendo v. g. *Venerabili Episcopo Monasteriensi, seu dilecto Filio ejus Vicario in spiritualibus*

*Generali.* Garc. p. 5. c. 8. n. 122. & 123. citans Marchesan. de commissis. p. 2. c. 6. de commiss. appellat. n. 38. Sauch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 11. Paris. de resign. l. 8. q. 7. num. 187. Pirh. loc. cit. Sbroz. l. 1. q. 25. num. 4. contra plures, quos citat ibidem n. 1. Et sic commissi Vicario seu Officiali simpliciter poterunt per Vicarium in spiritualibus generalem expediri, licet non sit Vicarius in temporalibus. Garc. l. c. num. 24. Vicarius verò in temporalibus tantum appellatur Oeconomus Pirh. l. c. & non solet appellari Vicarius generalis. Pirh. ibidem. Sbroz. loc. cit. q. 26. num. 1. citans Rebuff. in pr. benef. tit. de Vicar. Episc. & in form. Vicar. Archiepisc. num. 16. Melill. de precedent. Vicar. c. 1. num. 5. Sed neq; Vicarius hic in temporalibus tantum esse potest delegatus Apostolicus, nisi forte aliunde (ut dictum aliquoties) obtineat dignitatem. Pirh. l. c. Neq; his obstant, quæ subjungit Sbroz. cit. q. 26. n. 2. quod cum Generalitas Episcopalis jurisdictionis spiritualia & temporalia comprehendat, Vicarius in una specie tantum constitutus non erit generalis, cum aliam speciem non comprehendat; inde sequitur quidem, quod neuter vicariorum, quorum unus tantum est in spiritualibus, alter tantum in temporalibus Vicarius, dici possit simpliciter & sine addito generalis, nihil tamen vetat, ut ipse Sbroz. declarat num. 3. & 4. quominus uterque sit generalis restrictim ad propriam suam jurisdictionem; cum duæ dentur in jurisdictione Episcopali generalitates, una respiciens & comprehendens omnia temporalia, alia comprehendens omnia spiritualia. Quod minus autem Vicarius constitutus ad omnia temporalia tantum dicatur simpliciter Vicarius, aut Vicarius generalis, aut cum addito Vicarius generalis in temporalibus, sicut dictum de Vicario in spiritualibus tantum, nil obstat, nisi usus & praxis, quæ in uno sic obtinet, non in alio. Quamvis & hanc rationem det Pirh. loc. cit. quod spiritualia sunt digniora temporalibus.

*Questio 9. Appellatione Vicarii, & Vicario simpliciter constituto quis Vicarius veniat?*

**R**espondeo ad primum: Appellatione Vicarii venit generalis. Sbroz. l. 1. q. 48. num. 6. citans Felin. & Decium, & hanc addens rationem, quod Vicarius regulariter omnia possit, quæ Episcopus; Vicarius autem specialis non possit hæc omnia, adeoque non venit nomine Vicarii simpliciter prolo.

**2.** Respond. ad secundum: Constituto uno Vicario simpliciter, hoc est, absque expressione spiritualitatis & temporalitatis (taliter enim constituti dicuntur Vicarii constituti simpliciter. Sbroz. l. 1. q. 9.) censetur constitutus Vicarius generalis in spiritualibus. Sbroz. l. 1. q. 27. num. 1. citans Diaz. in pract. crimin. canon. c. 3. num. 3. Federic. de Senis q. 302. num. 4. vers. ex verbis. Probatque hoc ipsum à simili, nempe quod mandatum jurisdictionis sit simile mandato procurationis, juxta L. & quia. ff. de jurisdic. omni. judic. & Abb. cons. 87. n. 2. in 1. Innoc. in c. suscitata. de restitution. in integ. quos citat. At, ubi mentio fit de procuratore, intelligatur de illo, cui universa negotia mandata sunt. Pro quo citat L. adiles. §. procuratoris. ff. de adil. edict. Bald. in l. fin. c. de adil. act. & c. petito. de procurat. ubi cononistæ. Adeoque per consequens, quando Vicarius erit simpliciter constitutus, dicetur constitutus generalis in spiritualibus, tanquam illi universa negotia spiritualia censeantur mandata, ea ratione, quia spiritualia digniora sunt temporalibus, & digniora censeantur

*P. Lauren. Vicarius Episc.*

in dubio demandata juxta Gl. in Clem. 2. v. principal. de rescript. & in c. quoniam. Abb. v. substitutum. de offic. delegat. contrarium his sentiente Azor. Inst. mor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. §. dicitur in spiritualibus. Ubi: quod si concederetur alicui facultas administrandi simpliciter, vel si generalis simpliciter Vicarius crearetur, & non exprimeretur in spiritualibus & temporalibus, respondeo non esse Vicarium generalem; quia exprimi debet in spiritualibus & temporalibus. Eadem ferè habet loc. cit. c. 43. q. 7. Verum facile ad hoc respondetur, ad summum non fore generalem simpliciter & sine addito.

*Questio 10. Vicarius in particulari oppido constitutus independens à generali constituto in civitate & diœcesi. an & ipse sit generalis, & dicatur generalis, saltem respectu illius loci, pro quo constitutus?*

**R**espondeo negativè: Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 3. citans Campanil. divers. jur. can. rubric. rubric. II. c. 23. num. 150. qui volunt potius censendum foraneum, & proinde ab eo ad instar foranei dari appellationem ad Episcopum; quod secus dicendum, si esset Vicarius generalis; ab eo enim non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum daretur appellatio. Sequitur ex dictis à nobis supra, ubi ad Vicarium generalem requisivimus, ut commissi ei administratio quod ad omnia loca diœcesis, seu quod ad totam diœcesin.

*Questio 11. Vicarius foraneus quis proprie sit, & nun sit proprie Vicarius Episcopi?*

**1.** Respondeo ad primum: Vicarius foraneus (quem etiam pedaneum vocat Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 3. num. 9. vel etiam ruralem vocant alii apud Sbroz. l. 1. q. 20. num. 2.) est, qui ab Episcopo in certa diœcesis parte, vel ad certos actus deputatur. Sbroz. l. 1. q. 13. num. 1. citans Covarr. qq. pract. c. 4. num. 8. Gl. in Clem. 2. de rescript. v. foraneo. & ibi Anchar. Cardin. &c. Proinde dicitur foraneus, vel quia extra fores seu civitatem, in qua Episcopus residet, constituitur; vel potius, quia forum & iudicium non generale, sed speciale tenet, v. g. constitutus pro oppido vel oppidis aliquot. Castropal. tr. 13. d. 2. p. 30. n. 1.

**2.** Respondeo ad secundum: multum in hoc videtur esse questionis de nomine, num talis Vicarius dicendus proprie & in rigore Vicarius Episcopi. Affirmant id ipsum apud Sbroz. Gl. in Clem. 2. de rescript. v. foraneos. dicens hujusmodi Officialem gerere vices Episcopi in illa parte diœcesis, in qua constitutus, ergo est Vicarius à vice quam gerit. Item Abb. in c. causam. il. primo. num. 7. Felin. num. 8. de off. delegat. Bertach. de Episc. p. 8. l. 4. tit. de Vicar. Ep. num. 17. Sylv. in sum. v. Vicar. & alii apud Sbroz. loc. cit. qui etiam hos Vicarios appellant generales, quando sunt ab Episcopis delegati ad universitatem causarum certi loci. Contrarium tenent Bartol. in l. 1. ff. quis & à quo. Marant. de ordin. judic. p. 4. dist. 5. num. 8. Alex. consil. 12. num. 2. in 6. Covar. pract. qq. c. 4. num. 8. plures alii apud Sbroz. loc. cit. num. 3. illis consentientem.

*A 3*

*Secun-*

Secundum quos auctores ille non est propriè appellandus Vicarius, qui non gerit vices Episcopi in eodem loco ac tribunali, quo ipse Ordinarius, sed est delegatus. Adeoque licet tales Officiales foranei gerant vices Episcopi in eà parte Diœcesis, seu in illis actibus, in quibus fuerunt constituti, quia tamen gerunt illas vices non nisi delegati, non erunt propriè Vicarii. Ampliatque hoc ipsum Sbroz. n. 6. ut adhuc verè & propriè Vicarii non sint, etsi Episcopus seu ejus Vicarius generalis diceret: facio vos Vicarios in illa parte Diœcesis. Dicendos nihilominus illos largo modo Vicarios Episcopi, cum gerant largo quodam modo vices Episcopi, ait Sbroz. n. 10. quin & (intellige similiter largo modo) dicendos esse Vicarios generales secundum generalitatem causarum vel actuum illis commissorum, ait num. 11. de cetero esse illos & dici non nisi delegatos ad universitatem causarum (qualis dicitur omnis, cui omnes causæ alicujus territorij committuntur. Sbroz. l. 1. q. 22. num. 1. secundum Gl. in l. 4. ff. quis & à quo. Felin. in c. causam matrimonii num. 7. de off. delegat.) vel delegatos ad certum genus causarum [qualis dicitur ille, qui est constitutus ad omnes causas certæ speciei, puta fidei commissi, feudi, vel versantes inter Titium & Cajum. Sbroz. l. c. n. 3.] ait item Sbroz. l. c. à num. 7. Item C. de Luca ad Trident. D. 4. num. 5. ubi: qui pro aliis Diœcesis partibus deputantur, foranei vel speciales delegati dicuntur, quamvis generalis titulus seu nuncupatio, etiam cum aliqua delegatione universitatis causarum ei tribuatur; quoniam erit quidem Vicarius foraneus, sed cum aliqua majore prerogativa & jurisdictione, quam regulariter hujusmodi Vicarius competat.

*Quæstio 12. In quo talis Vicarius foraneus differat à Vicario Generali?*

**R**espondeo: Differentiæ inter utrumque, ut fere jam insinuatam, sunt sequentes: Prima, quod Vicarius generalis seu principalis Episcopi sit Ordinarius. Sbroz. l. 1. q. 23. num. 5. citans c. 2. de appellat. in 6. gloss. in c. 1. ordinariam de off. vicar. in 6. & ibid. Host. num. 2. Archid. in c. 2. de consuetud. in 6. Abb. in c. decernimus. num. 12. de judic. Covar. l. 3. var. resol. c. 20. n. 4. & alios plures: ordinariamque habeat jurisdictionem. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 15. in fine. Castrop. tr. 13. d. 2. p. 30. n. 1. censeatur item una eademque persona cum Episcopo, faciat idem cum eo auditorium & consistorium. Sbroz. loc. cit. num. 7. juxta c. Romana. de appellat. in 6. & c. 2. de consuetud. in 6. Idemque sit tribunal Vicarii generalis & Episcopi, & hinc à Vicario ad Episcopum non datur appellatio tanquam ab eodem ad seipsum. Engels. ad Tit. 28. de off. Vicar. num. 6. Sbroz. citans Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Episc. num. 6. Bertachi. tr. de Episc. tit. de Vicar. Episcopi num. 17. & plures alios juxta cit. c. Romana. E contra Vicarius foraneus non est Ordinarius, sed delegatus. Sbroz. loc. cit. n. 6. & solum jurisdictionem commissam seu delegatam habet. Azor. Castrop. &c. habet separatam tribunal, & ideo ab eo ad Episcopum (aut ad ejus Vicarium generale, ut expressè Sbroz. cit. q. 23. n. 9.) appellatur. Sbroz. ibid. n. 8. citatis pluribus. Azor loc. cit. Engels cit. n. 6. qui etiam addit, sic usu quoque receptum, ut ab Archidiaconi ad Episcopum appelletur, & hinc eos rectè Vicarii foraneis annumerari. Item n. 7. tradit, in quibus casibus appelletur à Vicario generali ad Episcopum, quem vide. Unde jam etiam ex hoc capite differt Vicarius generalis à Judice delegato ad universitatem causarum, utpote qui di-

versum tribunal habuit, à quo ad Episcopum datur appellatio. Azor loc. cit. q. 12.

2. Secunda, quod Vicarius generalis sit in dignitate, & hinc habilis, ut sit delegatus & executor causarum Papalium. Engels loc. cit. n. 5. Azor cit. q. 15. Secus est de Vicario foraneo, cum dignitas sit administratio cum jurisdictione & præcedentia, qualis singularis præcedentia non competat Vicario foraneo, adeò, ut nequidem Præpositos ecclesiarum collegiarum præcedat, nisi forte de consuetudine pro dignitate habeatur. Engels cit. num. 5.

*Quæstio 13. In quo Vicarius generalis differat à delegato ad universitatem causarum?*

**R**espondeo: Differt in eo, quod Vicarius censeatur idem Tribunal cum Episcopo, quod non convenit delegato, utpote à quo datur appellatio ad Episcopum. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. n. 12.

*Quæstio 14. Vicarius generalis Episcopi qualiter differat à Suffraganeo?*

**R**espondeo, Suffraganei alii sunt & dicuntur Rhodiædum tales, qui in Episcopali ordine constituti, & actu carentes propriâ Diœcesi assumuntur ab Episcopo diœcesano tanquam Coadjutores & Vicarii ad exercenda in ejus Diœcesi pontificalia. Barbol. Juris Eccles. l. 1. c. 15. n. 7. & ab his differre Vicarium generalem, vel ex hoc ipso patet, quod hi eo ipso jurisdictionem non ordinariam neque delegatam ullam habeant, sed solum exercendi ibidem Pontificalia, quæ potestas non est jurisdictionis. Laym. in c. quoniam. de off. Judic. ordinari. num. 2.

2. Dantur & alii Suffraganei viciniùs accedentes ad rationem Vicariorum generalium; dum etsi in una civitate aut Diœcesi regulariter plures esse nequeant Episcopi, ne una sponsa duos viros, unum corpus duo capita habeat C. de Luca ad Trident. d. 14. n. 22. nil tamen obstat, quò minus dum in una Diœcesi (idem est de amplis quibusdam civitatibus) vigent diversi ritus v. g. latinus & græcus, duo sint Episcopi, unus pro ritu latino, alter pro græco, ita ut duæ illæ personæ materiales pro meliøre administratione Ecclesiæ habeant utrumque ritum efforment unam personam formalem seu intellectualem, sicut plures Ecclesiæ materiales faciativo quodam jure concurrere possunt ad efformandam unicum Cathedralē sine unitatis præjudicio: vel ut unus revera sit Episcopus & Ecclesiæ sponsus, ille scilicet ritus latini, alter verò adjutoris ac Vicarii potius partes gerat, sicut multi qualificati Præfules in Germania retinent pro Vicariis personas in Episcopali ordine constitutas, præsertim Episcopos naturales. C. de Luca cit. n. 22. & 23. sic enim disponitur in Concilio Lateranensi sub Innoc. III. & de hoc est cit. c. quoniam. de off. Jud. ordinari. ut ob dictam causam, populorum nimirum diversarum linguarum ac rituum in eadem civitate aut Diœcesi degentium catholicum Præfulem tanquam Vicarium sibi subiectum constituere possit. Atque talis Suffraganeus seu Vicarius Episcopus secundum Gloss. communiter receptam, V. Vicarium. habet jurisdictionem in Canone ordinariam ac perpetuam Episcopo subordinatam, quemadmodum habent Archidiaconi. In quo jam plurimum differt à Vicario generali, utpote qui jurisdictionem eandem cum Episcopo habet. Laym. loc. cit. ubi

ubi etiam addit: ad Sedem Apostolicam pertinebit examinare, num ob aliam similem necessitatis causam opus sit Episcopo perpetuum Vicarium ac Coepiscopum in jurisdictione exercenda subordinatum adjungere; cum id a jure communi exorbitans, & non nisi dispensative permitti possit, ut notat Gl. in cit. c. quoniam. v. necessitas.

*Questio 15. Qualiter Vicarius generalis differat à Coadjutore Episcopi?*

**R**espondeo: Cum Coadjutor dicatur proprie is, qui Episcopo infirmo, vel senio confecto, aut iniuquo Administratori adjungitur, ut in officio & administratione coadjuvet. Barbof. *Juris Eccl.* l. 1. c. 15. n. 6. juxta c. 1. de Cler. agror. in decretal. & in 6. & c. grandi. de suppl. negl. vralator. in 6. patet, differre ab illo Vicarium generalem in plurimis.

*Questio 16. Qualiter Vicarius generalis Episcopi differat ab Archidiacono?*

**1.** Respondeo, Tametsi Archidiaconus quoque de jure communi in quibusdam conveniat, Barbof. *loc. cit.* n. 50. differt tamen ab eo Vicarius generalis in tribus potissimum. Primò, quod ab Archidiacono ad Episcopum appelletur, Barbof. *loc. cit.* juxta c. Romana. de appellat. Sicut & à sententia Vicarii foranei & alterius inferioris. A Vicario generali verò non nisi ad Episcopum superiorem. Laym. in c. ut Archidiaconus. de off. Archid. nisi forte consuetudo habeat aliud, ut ait Barbof. *loc. cit.* Verùm hæc differentia fundatur in ea, quòd Vicarius non solum ordinariam, sed eandem cum Episcopo jurisdictionem, seu idem tribunal habeat; secus ac contingit in Archidiacono, qui etsi habeat ordinariam, non tamen eandem jurisdictionem cum Episcopo.

**2.** Secundò, quod officium Archidiaconi non expiret per mortem Episcopi; secus sit de officio Vicarii, nisi, ut addit Barbof. esset constitutus cum consensu Capituli. Hæc quoque differentia fundatur in alia, nempe, quod Archidiaconus non ab homine, sed à jure constitutus sit; & jurisdictionem suam habeat, dum ipso jure est Vicarius Episcopi; cum officium vicariatus ejus dignitati annexum sit, ideoque ei auferri non potest, & sic sit Vicarius natus, intitulus perpetuus. Vicarius verò sit Vicarius factus (nempe ab Episcopo juxta auctoritatem & institutionem Canonum) non intitulus, ac temporalis, & pro libitu amovibilis. Laym. *loc. cit.* ubi etiam ex Hostiens. qualiter jurisdictione ordinaria Archidiaconi proveniat directè à lege, indirectè ab homine v. g. ab Episcopo constituente Archidiaconum. Jurisdictione verò ordinaria Vicarii generalis directè ab homine, nempe Episcopo create Vicarium, indirectè à lege dante auctoritate instituendi Vicarium. De quo plura infra, ubi de Archidiacono.

**3.** Tertio, quod Archidiaconus post Vicarium cum cæteris dignitatibus & Canonicis sedet; Vicarius verò generalis omnibus post Episcopum præferatur. Barbof. verum, ut vides, differentia hæc extrinseca est.

*Questio 17. Qualiter Vicarius generalis differat ab Officiali?*

**1.** Respondeo primò: Vicarius generalis & Officialis (intellige principalis) idem significant, & in effectu nulla inter eos nisi in nomine ver-

satur differentia. Barbof. *loc. cit.* n. 12. citans Rimin. in rubric. de off. Vicar. num. 113. Covar. l. 3. var. c. 20. n. 46. Mandos. in reg. 14. cancell. q. 6. n. 16. Menoch. *conf.* 51. num. 38. Item Pirh. *ad tit. de off. Vicar.* n. 26. Pignat. *to. 6. consult.* 6. n. 7. Laym. in c. Romana. de off. Vic. in 6. n. 3. citans Sylv. v. Vic. Sanch. de matrim. l. 3. dz. 9. n. 11. Sbroz. de off. Vicar. l. 4. q. 7. uti id colligitur ex Trident. *sess.* 24. c. 16. Dixi ab Officiali principali; nam quandoque duo sunt in Diocesi Officialis, unus principalis, qui generatim vices Episcopi gerit, saltem in spiritualibus, alter verò Officialis minus principalis & priori subordinatus, vel qui Consistorio Episcopi præest in certis tantum causis, v. g. in matrimonialibus, decimalibus, &c. Pirh. *cit. num.* 7. Et patet, hunc Officialem minus principalem, etsi simpliciter quoque dicatur Officialis, non esse eundem cum Vicario generali; quia ei subordinatus est, ejusque jurisdictione delegata. Et de hoc Officiali minus principali loqui videntur auctores apud Sbroz. l. 1. q. 7. n. 1. & seq. cententes esse differentiam inter Officialem & Vicarium, & adducentes pro hoc varios textus, quos lege ibidem.

**2.** Respondeo Secundò. Tametsi igitur Officialis principalis Episcopi & Vicarius generalis idem sint, ex usu tamen & consuetudine tam Datarie quam Cancellarie Apostolicæ literæ Sedis Apostolicæ (quæ semper committuntur Vicariis Episcoporum, sive beneficiales sint, sive dispensationum matrimonialium, sive continentibus mandatum aliquod aliud ad gratiam. Rosa. *loc. paulò post citand.*) si ad regiones ultra montanas (puta ad Hispaniam, Galliam, Germaniam, Angliam, Poloniam, Africam, &c.) dirigantur, semper inscribuntur Officiali, sive adhibetur terminus Officialis v. g. dilecto filio venerabilis Fratris nostri Episcopi Monasteriensis Officiali; vel simpliciter: Dilecto filio Officiali Monasteriensis. Literæ verò destinatæ ad regiones Cismontanas v. g. (ut expressè Barbof. & Sbroz. loco paulò post citand.) ad Italiam, Ungariam, Dalmatiam, Albaniam, Sclavoniam, Cyprum, Cretam & partes Orientales, item Siciliam, Corficam, Sardiniam, &c. destinantur, inscribuntur Vicario generali. v. g. Dilecto filio Vicario venerabilis Fratris nostri Episcopi Bononiensis in spiritualibus Generali, &c. Barbof. Pirh. *locis cit.* Laym. in c. statutum. de rescrip. in 6. n. 2. Rosa de Executorib. liter. Apost. p. 1. c. 3. n. 22. Sbroz. l. 1. q. 2. n. 10. citans Gemin. in c. fin. de off. Vic. in 6. n. 5. Mandos. *ad reg.* 14. cancell. q. 6. n. 8. ex quo eodem Mandosio subjungit Sbroz. quod ista sit forma inscribendi literas, quæ prætermittit literæ seu Bullæ non careant suspitione falsitatis, uti pro hoc citat Cuchum institut. *Juris can. de Vicar. tit.* 8. num. 5. l. 2. Alphons. Carmon. *tr. de incompat. benef.* p. 1. c. 15. n. 1. Sic itaque apud nos termino Officialis intelligitur Officialis principalis, cui videlicet jurisdictione Episcopalis generatim tam quo ad causas, quam quo ad loca Diocesis commissa est, qui apud nos, ut dictum, Vicarius in spiritualibus generalis appellari solet. Laym. *loc. cit.* Quod si verò in Diocesi aliqua duo sunt Officialis æque principales, seu duo Vicarii generales concurrentes in ordinaria Episcopali sibi commissa jurisdictione, commissiones Apostolicæ inscriptæ Officiali utrique ex illis delegari possunt. Laym. *ibidem* juxta Gl. marginal. *recept. v. principalis in Clem. 2. de rescrip.* Si verò plures sint Officialis Episcopi sive Vicarii, unus in temporalibus, alter in spiritualibus, vel unus in certa parte Diocesis, aut quò ad certas causas; aliter generatim, tunc is solus tanquam principalis li-

teras Apostolicas, quæ Officiali inscribuntur, accipiet. Laym. l. c. citans Gl. in cit. Clem. v. principali. & v. foraneo. Sbroz. l. 2. q. 29. Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 36. & 120.

*Questio 18. Quibus præterea nominibus veniat Vicarius generalis?*

**R**espondeo: Imprimis venit nomine Ordinarii. Rosa loc. cit. num. 21. ubi: Ordinarii nomine pro certo tenendum est, quod venit Episcopus ac ejus Vicarius seu Officialis generalis. Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. n. 9. Sbroz. l. 1. q. 2. n. 16. Paris. de resign. l. 3. q. 11. num. 22. citans quam plurimos alios. Item intelligi quandoque debet nomine Episcopi & diocesani, ut in casu Trident. Sess. 23. c. 15. ubi de approbatione Confessariorum (quam à Vicario etiam fieri posse, probabiliter docet Suarez. Tom. 4. d. 28. sect. 7.) Laym. loc. cit. & in casu Trident. Sess. 25. c. 3. ubi agitur de excommunicatione intentari solita ad inventorum restitutionem faciendam, ita ut licet dicatur: & à solis Episcopis promulganda: eo tamen nomine etiam comprehendatur Vicarius, ut docent Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 16. Garc. de benef. p. 5. c. 8. num. 95. apud Laym. loc. cit. Item dicitur quandoque Comissarius. Sbroz. l. c. n. 11. citans Pavin. de pot. Capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. in princip. Mandos. ad Reg. 14. Cancell. q. 6. num. 10. Item dicitur quandoque Vicedominus. Sbroz. l. c. n. 21. citans Abb. in c. 2. num. 3. ne Pralat. vices suas. Speculator. l. 1. tit. de Vicedom. &c. Item locum tenens. Sbroz. loc. cit. num. 19. citans Federic. de Senis. Conf. 302. num. 1. in fine. Covar. l. 4. variat. resolut. c. 20. num. 4. &c. Item procurator Episcopi. Sbroz. l. c. num. 17. citans c. petitio. de Procurator. & ibi DD. Gemin. in c. licet. de off. Vicar. in 6. num. 12. Plura alia nomina, quibus veniat Vicarius, vide apud eundem Sbroz. cit. q. 2. ubi etiam num. 23. ait, omnia hæc nomina, Ordinarius, Deputatus, Commissarius, Missus, Dominicus, Visitator & Suffectus, Substitutus, Procurator Episcopi, Oeconomus, Vicegerens, locum tenens, Vicedominus, dum de vicario Episcopi dicuntur, esse Synonyma juxta Jo. And. Rebuff. Diaz. Pazon. &c. idemque fuse probat l. 1. q. 7. a. n. 7.

*Questio 19. Sub nomine generalis Vicarii Episcopi quinam veniant præter Vicarium propriè ac specialiter talem?*

**R**espondeo: Venit imprimis Capitulum Sede vacante. Sbroz. l. 1. q. 3. num. 14. Tametsi enim illud propriè non dicatur Vicarius Episcopi, sed potius successor Episcopi, eademque cum eo persona. Sbroz. l. 1. q. 15. num. 4. juxta dicenda à nobis aliàs, inter Vicarios tamen Episcoporum numerandum est. Sbroz. cit. q. 15. num. 1. Numerantur quoque inter Vicarios Episcoporum eorum Coadjutores, utpote qui in pluribus eorum morbo ac senio impeditorum vices gerunt. Barbof. juris Eccles. l. 1. c. 15. num. 1. juncto. num. 6. Item Episcopi plerumque titulares hodie dum dicti suffraganei ab iis assumpti, ut vices eorum gerant in exercendis pontificalibus. Item Archidiaconi, qui à jure constituti, Vicarii nati Episcoporum dicuntur. Sbroz. cit. q. 3. à num. 15. Item Archipresbyteri Civitatenfes, qui quoque Vicarii nati Episcoporum dicuntur quod ad spiritualia quædam ministeria, de quibus in tit. de off. Archipresb. Sbroz. cit. q. 3. num. 18. Ac denique sunt Chorepiscopi: hi enim olim erant quasi suffraganei & Vicarii simul Episcoporum, quibus scilicet plurima cum Episco-

pis ministeriorum communis erat dispensatio. Barbof. loc. cit. num. 1. ubi, uti & c. 16. per totum. eorum, quod olim gerebant, munus & diversas species explicat.

PARAGRAPHUS II.

De constitutione, seu creatione Vicarii.

*Questio 20. An & qualiter Vicarius generalis constituatur ab Episcopo?*

**R**espondeo: Præter ea, quæ dicta sunt, quod Vicarii quidam constituantur à lege, alii ab homine seu hominis factio, & inter hos sic Vicarius generalis Episcopi, de quo hic, constituitur seu deputatur hic Vicarius hodie dum ab Episcopo, & quidem solo, sine requisitione consensûs aut consilii Capituli. Barbof. cit. c. 15. num. 15. Sbroz. l. 1. q. 54. num. 1. Pirh. ad tit. de offic. Vicar. num. 28. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 22. Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 6. & c. 43. q. 2. citans Hostiens. in sum. tit. de off. Vicar. §. in quibus. vers. sed nunquid. Abb. in c. tua nobis. tit. eod. num. 4. Pavin. tr. de pot. cap. sed. vac. p. 2. q. 10. Rebuff. pr. benef. tit. de Vicar. Episc. num. 1. Approbaturque id ipsum consuetudine receptâ, quæ in hoc servanda est. Azor. cit. c. 6. Pirh. l. c. Sbroz. l. c. num. 2. citans Bertach. tr. de Episc. p. 7. c. 10. Rebuff. ubi ante. Cuchum. Instit. juris can. tit. 8. de Vicar. Episc. num. 36. l. 2. Bero conf. 23. num. 4. vol. 1. Dixi hodie dum; quia olim necesse erat adhiberi consensum Capituli in creatione Vicarii Episcopi, ut satis indicat Sbroz. l. 2. q. 55. num. 11. ubi ait: Vicarius Episcopi non fit à solo Episcopo, sed cum consensu & auctoritate Capituli, & sic ab universitate, quæ in Capitulo & Episcopo consistit. Nec dicatur, quod Vicarius Episcopi à solo Episcopo fiat c. 1. cum gl. ne Pralat. vices suas. & c. 2. de off. Vicar. in 6. quia, ut inquit Bero, per illa jura non excluditur Capitulum, à quo Vicarius de jure fieri dicitur. Vel responderetur secundum Bero, quod illa jura loquantur de consuetudine, secundum quam hodie Episcopi adversus Capitula omnia jura, quæ ei competeant, usurparunt. Ut dicitur in c. ea noscitur. de his, que sunt à Pralat. sine consensu capit. Quæ consuetudine, ut per Sbroz. sic stante, hodie Episcopus non dat jurisdictionem Vicario, sed consuetudo, cujus auctoritate hodie solus Episcopus Vicarium facit, & ideo Vicarius olim à Capitulo & Episcopo, & sic ab universitate, & hodie à consuetudine habet jurisdictionem, & sic dicitur habere ordinariam.

*Questio 21. An tam parvarum quam magnarum urbium & diocesum Episcopi constituere sibi possint Vicarium generalem?*

**R**espondeo affirmativè: nam præter Vicarios natos seu nativos Episcopi à catione deputatos (quales sunt Archidiaconi & Archipresbyteri) facultas constituendi Vicarium generalem conceditur simpliciter Episcopo, ut patet ex tit. de off. Vicar. in 6. Pax Jord. l. c. citans Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Episc. Scacciam de judic. l. 1. c. 12. n. 12.

*Questio 22. Num quoque Cardinales (intellige non Episcopi) in Ecclesiis sui tituli creare possint Vicarium generalem?*

**R**espondeo affirmativè; habent enim ibidem hi Cardinales jurisdictionem Episcopalem. Sbroz. l. 1. q. 3. num. 22. videntur tamen hi Cardinalium Vicarii dici posse Vicarii quasi Episcopales, seu adinstar Episcopaliū, propter jurisdictionem, quam vice suorum principalium seu Cardinalium exercent quasi Episcopalem. Num verò dici possit, habere hos Vicarios jurisdictionem ordinariam, & idem cum suis Principalibus tribunal, sicut habent Vicarii Episcopales generales, meritò dubitari potest; cum nihil quò ad hoc de iis in jure dispositum inveniatur. Habent quoque & constituunt hi Cardinales Officiales suos & Vicarios Ecclesiarum ac Monasteriorum, qua per eos in commendam, vel ex alio titulo possidentur; C. de Luca in miscell. d. 23. num. 12. ubi etiam, quod Vicarii isti Cardinalium non sint eorum familiares in ordine ad regulas Cancellariae pro reservationibus Apostolicis, & pro Jure Cardinalium in nominationibus.

*Questio 23. An & quando Archiepiscopus constituere possit Vicarium generalem in Diocesis suorum Suffraganeorum?*

**R**espondeo primò: Praescindendo à casu devolutionis ob negligentiam Episcopi, id non posse Metropolitanos. Siquidem canones prohibent Archiepiscopis ingressum Diocesis Suffraganeorum suorum, ut ibi autoritate propria judicent, aliudve agant. Sbroz. l. 1. q. 63. num. 1. juxta C. Romana. de off. vicar. in 6. Unde neque constituere possunt in Suffraganeorum suorum Diocesis Officiales seu Vicarios foraneos pro incipiendis vel cognoscendis contrahibus coram illis, aut ad faciendas citationes & inhibitiones in causis appellationis à dictis Suffraganeis ad ipsum Archiepiscopum devolvendis, etsi in causis jam devolutis vices suas alteri committere possit Archiepiscopus in Diocesis suorum Suffraganeorum. Sbroz. loc. cit. à n. 2. juxta quod haec omnia disponuntur in cit. C. Romana. Sane à fortiore hinc sequitur, non posse Archiepiscopum in dictis Diocesis constituere Vicarium generalem Episcopi, seu committere ei universitatem causarum spectantium ad jurisdictionem dicti Episcopi.

2. Respondeo secundò: Ubi tamen Episcopus negligeret constituere Vicarium, ubi ad hoc teneretur, potest & debet Metropolitanus praefigere illi terminum ad constituendum Vicarium, quo elapso, si non constituat, ipsemet Metropolitanus Vicarium constituet, vel Episcopum ad illum constituendum cogere potest. Pirh. loc. cit. citans Ugolin. d. offic. Episc. p. 1. c. 4. §. 6. num. 2. Sbroz. l. 1. q. 46. num. 4. & exactius q. 57. per tot. citans C. cum sumus. q. 9. 3. ubi dicitur; si Episcopus non satageret statuere Oeconomum in sua Ecclesia, Metropolitanus eum constituere potest; accipiendo Oeconomum pro Vicario; & c. nova 16. q. 7. Item Trident. c. 16. sess. 24. & pro dicta practica seu modo in hoc procedendi praefigendo terminum citat. Abb. in C. quoniam. de off. Ordinari. n. 4. Cuch. Instit. Juris can. de Vicar. tit. 8. num. 13. l. 2. & num. 39. Quod si verò Ecclesia sit exempta seu subiecta Metropolitanò, Episcopo illius negligente constituere Vicarium, non Metropolitanus, sed propinquior Episcopus in ea

deputabit Vicarium. Et si ipse Metropolitanus in sua Ecclesia negligat constituere Vicarium, eum constituat antiquior ex Suffraganeis, Sbroz. l. 1. q. 58. citans Cuchum ubi ante citat quoque Trident. sess. 24. c. 16. verum illud loquitur ibidem tantum de Capitulo Sede vacante negligente constituere Vicarium. Videtur tamen id à pari procedere in Episcopo Metropolitanò vel exempto, negligente constituere Vicarium, dum ad hoc tenetur.

*Questio 24. Num Administrator Episcopatus, qui quandoque ei à Papa dari solet, constituere possit Vicarium generalem?*

**R**espondeo affirmativè; Quia succedit in ordinaria jurisdictione Episcopi, & aequiparatur quò ad potestatem Capitulo Sede vacante. Pirh. ad in. de off. vicar. n. 29. in fine. Num verò Administrator Episcopatus datus Episcopo vivente, v. g. quia hic est adhuc in minore aetate, &c. substituere possit Vicarium generalem, dubitatur. Videtur id posse, quia gerit jurisdictionem & potestatem ordinariam Episcopi, qui id potest.

*Questio 25. An Capitulum Episcopo vivo absente vel negligente Vicarium possit constituere?*

**R**espondeo: Sive Episcopus sit negligens in constituendo Vicario, sive sit absens, eo refragante Capitulum non posse constituere Vicarium asserit Sbroz. l. 1. q. 59. ex Bero. conf. 23. à n. 4. ad finem usque vol. 1. Quod imprimis certum est de Episcopo negligente; quia in eo casu jura statunt modum alium supplendi hanc negligentiam, citra quod dicta constitutio Vicarii devolvatur ad Capitulum juxta dicta quest. praeced. verum in casu absentiae dicitur, v. g. Episcopo ducto in captivitatem, aut versante in remotis, Vicario illius, quem ipse constituerat interea mortuo, videtur dicendum contrarium; cum enim in utroque illo casu administratio Diocesis devolvatur ad Capitulum, quemadmodum fit sede vacante (in illis enim casibus Ecclesia quasi vacat) juxta dicenda in seq. q. 3. potest constituere Vicarium, penes quem sit jurisdictionis exercitium seu administratio. Vide dicenda quaestione post hanc 2. De cetero, ut dicitur alibi, iste Vicarius à Capitulo tunc constitutus, dicendus non erit proprie Vicarius generalis Episcopi, sed Capituli, & Vicarius generalis jurisdictionis Episcopalis.

*Questio 26. An à Papa quoque soleat quandoque constitui Vicarius generalis Episcopi?*

**R**espondeo affirmativè. Pignat. To. 10. consult. 129. num. 6. ubi etiam ex Paris. consil. 80. num. 22. l. 4. Sanch. de matrim. l. 3. d. 31. quòd Vicarius ille Episcopalis à Papa constitutus, majorem habeat facultatem, praesertim in substituendo sibi alium, quam Vicarius generalis ab Episcopo constitutus. Et ex Gratian. discept. for. discept. 106. n. 29. ac 30. & discept. 111. n. 56. quòd iste Vicarius Episcopi à Papa constitutus habeat omnes qualitates, quae ipsi Episcopo insunt, & propterea sit aequaliter honorandus, & quae sit differentia inter utrumque remissive ad gratiam. Quà verò de causa statuatur talis Vicarius à Sede Apostolica, quamque jurisdictionem habeat respective quò ad Episcopum, & qualiter ab eo sit immovibilis, dicitur q. seq.

Quae

*Quaestio. 27. Num Episcopus teneatur constituere Vicarium?*

**R**espondeo: Non convenire in hoc auctores, absolute loquendo, non teneri Episcopum habere Vicarium, tenent Gonz. Gl. 4. num. 66. ubi: cum non teneatur habere Vicarium seu Officiale secundum veterem opinionem, quam tenet Rota, &c. Pignat. tom. 9. conf. 105. a. n. 4. ubi: Nullo jure cavetur, quod Episcopus necessario teneatur habere Vicarium, juxta veterem & magis communem sententiam. Pax Jord. lib. 12. tit. 1. num. 4. Ventrigl. tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 4. C. de Luca. ad Trid. d. 4. num. 8. Engels ad tit. de off. vic. num. 9. ubi: Si Episcopus velit & sufficiat causas per se tractare, non potest cogi ad Vicarium constituendum; quia ipsi Episcopi principaliter incumbit jurisdictio & exercitium ejus. Barbof. Juris Eccles. l. 1. c. 15. n. 16. ubi ait, hanc sententiam amplectam esse Rotam apud Pureum decis. 43. l. 2. & Mohed. decis. 4. de off. vicar. citaturque pro hac sententia à Pignat. loc. cit. num. 4. & 5. Rota in Calciatensi, jurisdictionis 1624. in qua etiam dicitur, quod etiam duae Dioceses sint inter se unitae; adhuc Episcopus non teneatur habere Vicarium. Item in Viterbiensi Vicarii 13. Martij. 1617. in qua etiam dicitur, quod licet Dioceses essent distinctae, & aequè principaliter unitae, tamen quo ad Episcopum reputatur una Diocesis, exemplo praefidis duarum provinciarum. Citantur insuper pro ea ab eodem Pignat. num. 6. Genuens. in pr. c. 70. num. 3. & in manual. pastorum. c. 31. num. 7. & 8. ubi, quod Episcopi habeant intentionem fundatam in jure divino, ut non constituent Vicarium, sed per se ipsos regant. Marchef. de commiss. appellat. in causis alim. p. 5. 1. ubi, quod officium Vicarii dicitur voluntarium, & sine illo stare potest Episcopus, etiam si solitus fuerit illum derinere. Paris. de resign. q. 16. num. 59. l. 1. Covar. var. c. 20. num. 3. l. 3. Barbof. de off. Episc. alleg. 54. num. 125. & in c. quoniam. num. 5. de off. ordinar. Ricc. in pr. for. Eccles. p. 1. decis. 562. &c. Proceditque haec ipsa sententia sine difficultate in Episcopatu exiguo; cum tunc data idoneitate Episcopi dubitandum non sit, quin per se ipsum valeat sine subditorum incommodis causas cognoscere. Pignat. loc. cit. num. 7. addens & hanc rationem, quod Vicarius Episcopi sit instar procuratoris, ut Abb. in cap. ad hec. de off. vicar. num. 7. in jure autem receptum sit, quod nemo cogatur constituere procuratorem ad negotia quantumvis ardua c. 2. de procurat. & ibi Gl.

2. Neq; refragatur huic sententiae, quod alii Episcopi antecessores constituerint Vicarium generalem; non enim idcirco est debita manutentia contra successorem. Pignat. num. 8. citans Barbof. ubi ante. Gratian. discept. 655. num. 48. Idq; ex Regula communi, quod in facultativis non datur manutentia contra superiorem. Pignat. ibid. ex Gratian. loc. cit. num. 49. Neq; obstat huic sententiae textus c. nonnulli. & c. relatum. de clericis non residentib. per quos disponitur, ut quilibet per se, seu in persona abeat deservire Ecclesiae suae. Nam dicta jura loquuntur de Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, in quibus est diversa ratio, dum ijs regulariter prohibitum est constituere Vicarios; Episcopi vero non reperiuntur affecti personaliter, ut prohibeantur adimplere officium per Vicarium, multaue committi possunt Vicariis Episcoporum, quae aliis non possunt. Sbroz. l. 1. q. 46. a. num. 6. Neque obstat textus in c. quoniam. de off. ordinar. quia speciale est, quod in casu istius cap. Episcopus debeat sibi eligere Vicarium alterum Episcopum propter lin-

guarum vel rituum diversitatem, quae est in populis alicujus Diocesis, quibus tenetur Episcopus providere de catholico Praefule, qui illis nationibus sit conformis, & iisdem Sacramenta ministret. Sbroz. loc. cit. num. 10. & 11.

3. Nihilominus contrarium, nempe teneri Episcopum sibi constituere Vicarium, etiam extra casum necessitatis, five etiam ubi Episcopus posset per se ipsum omnia expedire, quae sui sunt muneris, docent apud Sbroz. loc. cit. a. num. 2. Bald. in l. aliquando. ff. de off. procons. n. 1. Abb. in cit. c. quoniam. num. 3. Ruin. confil. 148. num. 4. vol. 2. Boerius. decis. 347. num. 6. Lancellot. Instit. juris can. de off. vicarii. in princip. Rebuff. tr. de nominat. q. 4. num. 61. Foller. in pr. crimin. can. p. 1. n. 74. Cuch. Instit. jur. can. de Episc. num. 27. tit. 6. l. 2. & plures alii.

4. Mediam viam ingrediuntur alii limitando primam sententiam, nimirum, quod si nulla urgeat necessitas, quia Diocesis parva est, vel quia Episcopus ita industrius & exercitatus in negotiis gerendis, ut per se solus omnia commodè agere possit, quae ad munus Episcopale spectant, non debeat, nec cogi possit constituere sibi Vicarium. Si vero id non possit solus, adeoque jam urgeat necessitas, debeat constituere Vicarium. Pirh. ad tit. de off. vicar. num. 28. Sbroz. loc. cit. num. 12. Ventrigl. loc. cit. ubi expressè sic limitat suam sententiam: Et hoc nisi aliud suaderet necessitas; nam tunc tenetur constituere Vicarium; pro quo citat Meroll. Theol. mor. p. 3. d. 7. c. 6. dub. 9. num. 73. Pignat. loc. cit. num. 11. ubi ex Gratian. discept. 561. num. 16. & seq. quod sic intelligendi DD. qui volunt Vicarium esse constituendum ab Episcopo. Hinc etiam ex praxi S. Congregat. propositae negot. Episcoporum. si Episcopus negligat expeditionem causarum, praecipue, si Theologus est, non Jurista, S. Congregat. nedum ei praecipere solet, ut Vicarium generalem constituat, sed etiam quando opus est, transfinit Vicarium Apostolicum pro Diocesis regimine. Qui Vicarius sic missus, ut notat Nicol. in slosc. hor. v. num. 39. revera est Vicarius Apostolicus, & jurisdictionem habet privative quod ad Episcopum; nec Episcopus eum removere potest ex declarationibus ejusdem S. Congregat. quas plures refert. Sic pariter inquit Barbof. Jur. Eccles. l. 1. c. 7. num. 40. cogi posse ab Archiepiscopo Episcopum ad constituendum Vicarium, quando non est idoneus ad regendum, vel commodè regere non potest. Econtra tradit Pignat. loc. cit. num. 2. Hojed. de incompat. benef. p. 2. c. 10. num. 9. Si Episcopus est Jurisperitus, & habilis per se ipsum, & Episcopatus tenuis (adde & parvus, ut communiter sunt in Italia) tunc nullatenus est compellendus ad instituendum Vicarium, nisi forte Diocesani essent diversi ritus & idiomatis, prout sunt nonnulli in Calabria, qui vivunt juxta ritum graecum per textum c. quoniam. de off. ordinar. Et notandum, quod si nullus sit locus, qui distet à Cathedrali per unam integram Diatram ligalem, non potest applicari ratio amplitudinis Diocesis, quo in casu constituendi sunt Vicarii foranei ad cognoscendas causas minores juxta facultates ipsis à jure concessas, ut Gl. in Clem. 2. de rescrip. v. foranei. & ibi Jo. Aud. & Cardin. Sbroz. l. 1. q. 13. num. 1. &c.

5. Jam vero quia propter multitudinem occupationum Episcopus etiam diligentissimus sit, per se solum plerumque non sufficit omnibus negotiis, saltem commodè expediendis, quae ad regimen Episcopale & curam animarum pertinent, & ut inquit Pignat. loc. cit. num. 12. quando Episcopatus est amplius

plus

plus, & magnus numerus Clericorum, Ecclesiasticorum, Monialium, haud vero simile est, quod possit Episcopus munus suum adimplere absque Vicario generali; hinc inquam est, quod auctores plures dicunt, quod Episcopus non tantum potest, sed & debet ordinari Vicarium constituere, cuius opera adjuvetur. Pirh. *loc. cit.* citans Ugolin. *de off. Ep.* p. 1. c. 4. §. 6. num. 1. Unde & Sbroz. *cit. q. 46. num. 12.* ait: Respondetur, quod Episcopus semper dici possit constitutus in necessitate propter ingentes occupationes, in quibus Episcopale regimen & cura animarum versatur, & si haec necessitas attenditur, erit potissima causa constituendi Vicarium, &c. Atque ita jam in casu, ubi ob Dioecesis amplitudinem, aliasque occupationes & difficultates per se solum ea praestare nequeat, ratio naturalis id exigat, ut Justitiae, litigantibus, & statui Ecclesiastico per deputationem Vicarii consulatur. Engels *loc. cit.*

*Quaestio 28. Episcopus in quo casu nequeat constituere Vicarium?*

**R**espondeo: Episcopus captus à Turcis (idem est de infidelibus aliis quibuscunque; cum C. si Episcopus. de suppl. negl. Prælator. in 6. loquatur de paganis. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 7. item de hæreticis & schismaticis, ut Gl. in *cit. c. v. pagani*) non potest sibi constituere Vicarium; eo quod in isto casu tota jurisdictio devolvatur ad Capitulum, ac si sedes vacaret per mortem Episcopi. Sbroz. l. 1. q. 46. num. 4. citans plures. Pax Jord. *loc. cit. num. 6.* Rebuff. in *concord. rubric. de collat. §. teneatur. Mandol. in reg. 24. cancell. q. 6. n. 13.* Dominic. & Franc. in *cit. c. Episcopi*. Extenditque hoc ipsum Pax Jord. *cit. num. 7.* ad Episcopum captum à fidelibus bello iusto, rationem desumens *al. hostes. ff. de capt. & postlimin.* Secus verò esse ait de Episcopo capto à fidelibus bello non iusto aut extra bellum; eo quod tunc non dicatur verè mortuus civiliter.

2. Quin etiam, si tempore captivitatis haberet Vicarium, cessaret illius officium; quia sicut procurator censetur revocatus per mortem Prælati, etiam si dominus litis sit effectus. Clem. *fin. de procurat.* sic etiam in casu præsentis, in quo civilis mors æquiparatur naturali. Pax Jord. *loc. cit. num. 8.* Videtur hoc confirmari ex eo, quod si in isto casu, ut dictum, tota jurisdictio transeat ad Capitulum, & haberet se res, ac si sedes vacaret; Capitulum autem sede vacante non teneatur confirmare Vicarium Episcopi, & huius officium expiret, sic etiam in præsentis casu.

*Quaestio 29. An Episcopus ante adeptam possessionem Episcopatus & consecrationem possit constituere Vicarium?*

**R**espondeo ad primum negativè: Sbroz. *loc. cit. num. 15.* Pax Jord. *loc. cit. num. 5.* citans Felin. *conf. 40. n. 71.* Abb. in *c. qualiter. de elect.*

2. Resp. ad secundum: Potest verò capta possessione ante susceptam consecrationem eundem constituere. Sbroz. l. 2. q. 23. num. 4. Pax Jord. *cit. n. 5.* citans Gl. in *Clem. c. si principalis. de rescrip. v. Episcop.* Pavin. *de potest. capit. sede vac. p. 1. q. 10. num. 6.* Sauch. *de matrim. l. 8. d. 27. num. 37.* Gavant. in *prax. v. Vicar. Episc.* num. 1.

*Quaestio 30. An Episcopus possit constituere duos Vicarios generales, seu Officiales principales?*

**R**esp. potest Episcopus (ubi Dioecesis magna

est, & unus non sufficit. Ventrig. *tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 2.* vel ut expeditioni causarum facilius consulatur, ut Barbof. *jur. Eccles. l. 1. c. 15. num. 31.* Pirh. *loc. cit. n. 29.*) constituere Vicarios generales seu Officiales principales duos aut plures a se invicem independentes, sive singulos cum potestate & jurisdictione in solidum. Ita præter jam citatos Azor. *instit. mor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 4.* (ubi tamen ait, id posse Episcopum, si id consuetudine receptum fuerit) Pax Jord. *loc. cit. num. 24. juncto n. 27.* citans Ugolin. *de offic. Episc. c. 4. §. 6. n. 4.* Cuchum *instit. jur. can. tit. 8. de vicar. n. 4.* Sbroz. l. 1. q. 50. n. 1. juncto n. 5. citans plures alios. Non secus, ac plures constitui possunt Procuratores, Actores, Tutores, Curatores, Administratores. Sbroz. *loc. cit. n. 2.* & ex eo Pax Jord. *loc. cit. n. 25.* juxta l. si quis. §. pluribus l. qui dicitur ff. de procurat. C. duo de procurat. in 6. Ac proinde per constitutionem secundi Vicarii non censetur revocatus primus, nisi tacite vel expresse colligatur aliunde mens constituentis revocare volentis primum. Pax Jord. *loc. cit. num. 28.* citans Rebuff. in *pr. rit. de form. vicar. a. n. 202.* Quod ipsum tamen limitat Azor. *loc. cit.* ut nimirum procedat, ubi est consuetudo habendi plures Vicarios; si enim nulla talis sit consuetudo, & ab Episcopo in constitutione secundi Vicarii nihil dictum, ait, per constitutionem secundi censeri revocatum primum. Idem cum Azor tenet Cuch. *loc. cit.* apud Pax Jord. Porro censeri adhuc constitutos duos Vicarios generales, et si eorum unus resideat in civitate Episcopali, alter extra illam in Dioecesi, tenet Ventrig. *loc. cit.* exemplificatque hoc ipsum in Vicariis Toletanis, quorum unus residet Toleti, alter Compluti. Econtra, ut duo Vicarii generales constituti censeantur, requirit Pirh. ut ambo constituti sint in loco, ubi sedem habet Episcopus, cum generalis & principalis Vicarius dicatur ille, qui constitutus est cum generali potestate ad omnia loca, seu totam Dioecesim, & ad universitatem causarum in civitate cathedrali, in qua residet Episcopus. Idem tenet Garc. p. 5. c. 8. num. 36. ubi: *Insertur Vicarium, quem ponit Archiepiscopus Toletanus in civitate Toletana, non videri Vicarium generalem & principalem, si non est positus cum potestate generalis ad totam Dioecesim, nec etiam Vicarium Compluti, cum non sint positi ad totam Dioecesim, nec in civitate, ubi est Sedes, quamvis generales appellentur.* Item num. 39. ubi ait: *Tunc tantum Vicarius generalis positus in oppido dioecesis est generalis, quando in civitate non est alius Vicarius generalis, sed est in illo oppido causa majoris commoditatis, ut videmus in Episcopatu Caleguriense, in quo Vicarius residet Lucronii.* Idem tenet Flores de Mena, quem citat Garc. *loc. cit. n. 38.* dum ait: *Revera solus Vicarius, seu Vicarii generales positi in civitate, & non positi extra, etiam si habeant generalem commissionem ad totam Dioecesim, sunt principales.*

2. Notandum etiam hic, quod habet Card. de Luca *de benef. d. 10. num. 7.* quod dum in casu capitis quomam. de off. ordinar. duo sunt Episcopi in eadem Dioecesi, unus v. g. pro ritu græco, alter pro latino, quilibet ex iis suum deputare possit Vicarium, quorum quilibet erit generalis, & unicus illi Dioecesi respectivè.

*Quaestio 31. An Episcopus cogi possit ad constituendos plures Vicarios, dum plures Dioeceses unitas habet?*

**R**esp. negativè. Pax Jord. *loc. cit. n. 39.* (qui etiam ait, id nequidem Episcopum posse,

eo minus principio, quod Vicarius constitutus extra locum habitationis & Sedis Episcopi non sit generalis, & quod Vicarius constitutus in loco Sedis Episcopalis censetur generalis pro utraque Diocesi) Cardinalis de Luca ad Trident. d. 4. num. 7. ubi: si fuerint plures Dioceses aequè principaliter unitæ, tunc in quacunque unius earum parte residendo sua obligationi satisfaciatur, ibique tribunal erectum pro utraque rectè habet cum unico Vicario generali, absque aliqua necessitate retinendi duo tribunalia distincta, duosque Vicarios generales habendi. Item Carolus de Luca num. 1. in observatione ad Ventrig. Tom. 2. annot. 14. §. 1. ubi, quod non teneatur habere duo tribunalia ac duos Vicarios, nisi obstat centenaria consuetudo; adeoque subditi unius Diocesis evocari possint ad locum residentiae Episcopi in altera Diocesi.

2. Contrarium tamen censere videtur Pignat. to. 4. consult. 32. num. 1. ubi, quod Episcopus pro causis Diocesanorum unius Diocesis (dum duæ Dioceses seu Cathedrales unitæ sunt, de his enim loquitur) debeat deputare Vicarium generalem in illa Diocesi. Causam etiam addit num. 2. (quam eandem etiam tangit Pax Jord. loc. cit. num. 40.) nempe, quod licet respectu Episcopi sit una Diocesis, respectu tamen Ecclesiarum duæ sint, & negotia unius non confundantur cum alia. Expressius verò tom. 9. consult. 135. num. 3. ubi, quod Episcopus unitarum inter se Diocesum in ea, à qua Episcopus abest residens in alia, debeat deputare Vicarium generalem, tum, dum duæ Dioceses sunt aequè principaliter unitæ inter se, quælibet conserveat sua jura & privilegia, propriisque regatur Legibus, eisque judicari debeat à suis Judicibus, prout declaratum ait à S. Congregat. Concil. in Vulvensi & Sulmon. 3. sept. 1650. Item ne subditi istius Diocesis magno suo incommodo tenerentur curare administrari sibi Justitiam in alieno territorio. Unde jam à fortiore sequitur, Episcopum possidentem duas Dioceses non unitas inter se, teneri in ea saltem, in qua non residet, constituere Vicarium generalem, & alium quoque in ea, in qua residet, si nec ibi solus administrare possit omnia.

3. Quod si verò duarum istarum Diocesum una alteri unita esset accessorie, tantum procedere potest prima sententia, nimirum opus non esse duplici Vicario generali; eo quod tunc jura & privilegia Diocesis accessorie unitæ transfissent in alteram, cui unita, & consurgat jam ex utraque una: sicut dicitur de duobus beneficiis, quorum unum accessorie unitum alteri efficitur hujus veluti prædium.

*Questio 32. Num ob amplitudinem nimiam Diocesis cogi possit Episcopus ad constituendum duos Vicarios generales?*

Respondeo negativè: Ita à fortiore sentire videntur Card. de Luca, & Carol. de Luca loc. citatis, qui nequidem id admittunt, dum duo Episcopatus inter se aequè principaliter uniti possidentur ab Episcopo. Et certè si verum est, quod tradunt iidem cum aliis, solum illum dicendum Vicarium generalem pro tota Diocesi, qui Episcopo in civitate illius residentiali assistit, paret esse contradictionem in adjecto, nempe constitui unum in dicta civitate, & alium in alia quadam parte Diocesis, etsi in solidum cum priore. Sed & præsciendū ab hoc, & dato, talem aliquem constitutum in alia parte Diocesis posse esse quoque generalem cum alio constituto in civitate, adhuc cogi nequit Episcopus ad constituendum duos, tamen ob dictam Diocesis amplitudinem ratione magnæ

distantiæ, asperitatisque viarum maximum subditorum resularet incommodum, si in causis suis tam civilibus quam criminalibus cogatur accedere ad locum tribunalis & residentiae Episcopi, ejusve ei assistentis Vicarii generalis, & vel hinc æquitati confonet constitui plures in diversis partibus Diocesis Vicarios generales in eo sensu, quod ad universitatem causarum delegati sint; adhuc tamen de jure postulare nequeunt dicti subditi à tribunali Episcopi remoti, ut à proprio tali Vicario seu Officiali apud se degente judicentur. Carol. de Luca loc. cit. n. 2. dicens, opinionem contrariam magis communiter reprobata per Abbat. & alios collectos per Barbof. de prest. Episc. allegat. § 4. num. 27. & Rotam decis. § 37. n. 10. p. 4. recent. tom. 3. Item Card. de Luca. loc. cit. num. 6 ubi: De jure non subsistit aliquorum Diocesanorum (intellige, etiam tanta viarum longinquitate & asperitate à residentia Episcopi se junctorum) prætextu, quod non possint extra proprios lares trahi, quodque ibi à proprio & particulari Vicario eorum causa debeant cognosci. Sed ad summum dictam subditorum necessitatem urgere ad deputandos plures Vicarios foraneos & particulares pro levium & minorum causarum cognitione, ne pro illis subditi magnum & incongruum illud incommodum adeundi tribunal Episcopi pati cogantur, ait Carl. de Luca loc. cit. num. 3.

*Quest. 33. An Episcopus creare possit plures Vicarios foraneos & speciales in diversis Diocesis partibus?*

Respondeo: Posse Episcopum plures Vicarios foraneos seu speciales in diversis Diocesis partibus vel ad certos actus seu causas v.g. matrimoniales constituere, habet communis Pirh. cit. n. 29. Sbroz. l. 1. q. 50. n. 4. quin & posse Episcopum sibi Vicarium constituere in qualibet Diocesis parte, vel particulari loco tradit Sbroz. l. 1. q. 47. ex Gemin. in c. cum Episcopus, num. 7. de off. ordinar. in 6. qui tamen id limitat: Nisi in illa parte adsit Archidiaconus, habens ex consuetudine jurisdictionem privative. Num verò Episcopus deputare possit Vicarium specialem ad conferenda beneficia, dicitur infra. Vide tantisper Sbroz. l. 1. q. 52. per tot.

*Questio 34. Dum duo constituti Vicarii seu Officiales aequè principales & in solidum, cui commissæ censeantur delegationes Apostolicæ?*

1. Respondeo: Dum nullus in iis designatur in rescripto delegationis, nec constat, de quo illorum senserit Papa, sive rescriptum, sit contentiosum seu ad lites, sive sit gratiosum, v.g. dispensationis faciendæ, beneficii conferendi, &c. Validum erit, & non reddet delegatio nulla. Barbof. Jur. Eccles. l. 1. c. 15. num. 3. Pirh. loc. cit. num. 30. citantes Sanch. de matrim. l. 8. d. 27. num. 32. Neque obstat, quod rescriptum delegationis propter incertitudinem vitietur, adeoque ad Papam rescribendum sit, ut novam commissionem faciat. c. ad hac. de rescrip. Verum enim id est, quando Judex omnino incertus datus est, secus si ex certis incertus sit delegatus. Pirh. loc. cit. ex Sanchez. loc. cit. Hoc supposito,

2. Respondeo ad quæstionem primò. In rescripto gratiæ ille ex istis duobus Vicariis erit Judex seu delegatus, cui illud ab impetrante fuerit præsentatum; ed quod in illo casu & rescripto de nullius alterius præjudicio agitur, nihilque in eo continetur, de quo inter partes agitur, sicut contingit in re-

in rescripto Justitiæ seu ad lites. Sanch. Barbof. Pirh. *locis cit.* Postquam verò tale gratiosum rescriptum præsentatum est uni ex dictis Vicariis æquè principalibus, jam alter adiri non potest, ut illud exequatur, nec is se immiscere. Barbof. citans Squillante de Privileg. Cleric. c. 2. num. 203. Pirh. *loc. cit.* citans Sanch. *ubi ante.* & Laym. in c. 1. de off. Vicar. in 6. num. 7.

3. Respondeo secundò : Dum rescriptum est contentiosum, contentientibus partibus, sive si adversarius, contra quem impetrata est commissio, contentiat, vel nihil opponat, quilibet eorum ab impetrante eligi potest, & is causam delegatam expedire, cui impetrans prius præsentavit literas commissionis. Partibus dissentientibus, sive si adversarius excipiat opponendo incertitudinem, etsi rescriptum sit & maneat validum, ut dictum, effectum tamen non habebit, donec Papa (qui proinde adeundus) declaret, quem eorum elegerit. Barbof. citans Bonacin. de LL. d. 1. q. 3. p. 8. §. 1. num. 8. Pirh. *locis cit.* Sanch. *cit. num.* 27. cum Gl. in c. quoniam, de off. deleg. v. substitutum. Et idem, nempe neutrum illorum cum effectu esse judicem, donec princeps declaret, de quo senserit, sicut dicitur, quando nominatus est tutor in certus l. duo sunt Titii. ff. de Testam. tutel. Sentiant apud Barbof. Host. Jo. And. Cardin. Imol. in cit. c. quoniam. Tiraq. de jure primogen. q. 17. opin. 6. num. 13. contra Bero in idem c. num. 77. putantem ambos simul esse judices, neutrum tamen seorsim. Item contra alios minus rectè sentientes, illum esse judicem, quem actor elegerit.

4. Respondeo Tertio : De cetero, dum ex duobus Vicariis alter esset principalior, & delegatio à Papa fit simpliciter Vicario seu Officiali, censetur ea facta soli illi principaliori; eò quòd nomen dignitatis prolatum fiat pro principali. Sbroz. l. 2. q. 62. num. 3. ex Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. num. 9. ubi is, quòd causa intelligatur delegata principali, licet plures Vicarii sint in solidum constituti. Pirh. *loc. cit.* Barbof. *loc. cit.* num. 32. citans Gl. in cit. c. quoniam, v. substitutum. Gl. in Clem. etsi principalis, de rescript. v. principalis. Squill. *ubi ante* num. 201. Sanch. *ubi ante* num. 36. qui etiam ex Bellam. in cit. c. quoniam. & Abb. num. 4. Imol. num. 5. dicat in simili, quòd ubi commissio fit Archidiacono, & sunt plures Archidiaconi, intelligatur de principaliore.

Questio 35. *Que forma servanda in constitutione Vicarii, & num constitutio hæc egeat Scripturà?*

1. Respondeo ad primum : Tametsi nulla certa verborum forma servanda in constitutione Vicarii præscripta reperitur in jure, formas tamen varias constitutionis Vicarii reperire est ad fufum apud AA. talem exhibet Sbroz. l. 1. q. 70. num. 10. Rebuff. in pr. tit. de forma Vicar. quam recitat quoque Pax Jord. l. 12. tit. 2. num. 287. Item Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. ubi etiam in singulas illius c'ausulas fufe commentatur, uti facit etiam ipse Rebuff.

2. Respondeo ad secundum : Ad substantiam constitutionis Vicarii scriptura non est necessaria; cum absolute solo verbo Episcopi valide constitui possit Vicarius. Pirh. *loc. cit.* num. 32. Pax Jord. l. cit. num. 121. Sbroz. l. 1. q. 64. num. 13. & 19. ubi: secus est quòd ad essentiali constitutionis & commissionis Vicariatus remotam à contentione probatio-

P. Leuren, Vicarius Episcopi.

nis; quia tunc scriptura non est necessaria. Pro quo citat quam plures. Requiritur tamen scriptura publica & solennis ad probationem Vicariatus, si à partibus negetur constitutum Vicarium, vel id in dubium revocetur. Pirh. *loc. cit.* Sbroz. *loc. cit.* à num. 7. Mandatum enim principis probari nequit nisi per scripturam. Sbroz. *loc. cit.* num. 8. juxta l. unic. cod. de mandat. Princip. & c. cum in jure, de off. delegati. juncta Gl. v. injungi. qui textus etiam loquantur de mandato Imperatoris & Papæ, idem tamen esse in Vicario Episcopi, ait Sbroz. *ibid.* citatis Rebuff. *tr. de nominat. q.* 14. num. 71. Regid. *decis.* 110. de off. delegat. & Rota. Et scripturæ autoritas requiritur ad probandum judicem ordinarium. Pirh. *loc. cit.* ex Sbroz. *loc. cit.* num. 9. citante Jafon. in l. more. ff. de jurisdic. omn. judic. num. 53. Unde jam etiam non sufficiunt testes, argumento citatæ l. unic. quæ cum requirat scripturam, & testes omittit, hi pro omisfis debent haberi. Sbroz. l. cit. num. 12. citans Tiraq. *tr. de retrat. lign.* §. 2. gl. 1. num. 15. & 20. Dixi etiam scriptura publica & solennis scripturà enim privatà vel etiam publicà sine solemnitatibus in ea requisitis non probatur Vicariatus Episcopi. Pax Jord. l. cit. num. 120. Sbroz. num. 17. citans Parif. *conf.* 80. num. 3. & 4. jurisdic. dictio enim ordinaria (qualis est Vicarii Episcopi) debet probari per publica instrumenta. Sbroz. num. 18. citans Jafon. *ubi ante* num. 53. & Bald. in l. prohibitum. col. 4. c. de jure Fisci. l. 10. Tale autem instrumentum publicum faciens fidem de Vicariatu sunt literæ Episcoporum eorum sigillo munitæ. Pax Jord. *cit. num.* 120. Sbroz. l. cit. n. 15. citans Gl. & DD. in c. post cessionem, de probat. Cravet. *conf.* 122. n. 14. vol. 1. & c.

3. Limitatur tamen hæc doctrina de necessitate scripturæ ad probandum Vicariatum. Primò, ut valeant acta coram Officiali alicujus Episcopi, licet non probetur per literas patentes ejus potestas, modò non negetur à partibus; quia, cum sit Ordinarius, præsumitur pro fundamento suæ jurisdictionis. Sbroz. l. c. num. 20. citans Milis. in repertor. v. Vicarius. Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 33. num. 20. Secundò, dum Vicarius Episcopi esset Cardinalis S. R. E. quia assertioni tanti viri credendum absque literis. Pax Jord. *num.* 122. Sbroz. num. 21. pro quo citat quamplurimos. Supponit autem ex Rebuff. Cardinalem posse esse Episcopi Vicarium, quod ridiculum aliis videtur, & ab iis negatur. Tertio, si Vicarius Episcopi & ipse esset Episcopus; eo quòd tunc non includatur in generali dispositione citatæ l. unic. quòd ad illa, quæ veniunt ex generali commissione, crederetur verbo illius, secus quòd ad ea, quæ speciale mandatum requirunt. Pax Jord. num. 123. citans Host. & Jo. And. in c. 1. de off. Vicar. in 6. cum aliis adductis per Sbroz. num. 25. & seq. Quarto ut procedat, quando Vicarius Episcopi vellet exercere jurisdictionem absente Episcopo; quia tunc Vicariatus probari nequiret per testes, secus, si Episcopo præsentate. Pax Jord. num. 124. Sbroz. num. 28. citans Bald. in l. aliquando. num. 4. ff. de off. Procons. Barbat. *tr. de Cardin. Legat. à Latere.* q. 1. num. 9. Quintò, ut procedat quòd ad generalem constitutionem Vicarii, secus in commissione illi facta vivæ vocis oraculo; eò quòd tunc ejus potestas probari possit per testes. Sbroz. num. 29. citans Parif. *cit. conf.* 80. Rebuff. *cit. tit. de Vicar. Episcopi.* num. 8. & c. Sextò, nisi literæ Vicariatus essent deperditæ, tunc enim tenor illarum per testes probari potest. Pax Jord. num. 25. Sbroz. n. 30. citans Menoch. de remed. adepise. in 4. num. 218. & de scriptu-

B

scriptu-

*Scriptura delegationis deperdita. Vantium de nullitat. tit. de nullitat. sent. ex defect. jurisdiction. num. 28.* Idque, etiam si alia Scriptura esset de substantia, Sbroz. num. 31. citans Menoch. ubi ante num. 919. Vant. à num. 20. Septimo, nisi probaretur, quod communiter habebatur, nominabatur, & reputabatur Vicarius; quia tunc gesta per eum valent juxta l. Barbarius. ff. de off. Prator. Pax Jord. num. 126. Sbroz. num. 32. citans Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. num. 3. Mascard. de probat. concil. 648. num. 6. vol. 1. & alios quam plurimos. Octavo, ubi jurisdictioni Vicarii esset notoria; quia tunc alia non requireretur probatio. Sbroz. loc. cit. Pax Jord. num. 128. Alias limitationes vide apud eundem Sbroz. loc. cit. In summa itaque ob dicta non nisi per mandatum in publicum instrumentum redactum, in quo continetur potestas Vicario commissa, constitui solet & debet Vicarius Episcopi. Pirh. l. 6.

### PARAGRAPHUS III.

#### De qualitatibus Vicarii generalis Episcopi.

*Questio 36. Qualis debeat deputari ab Episcopo Vicarius generalis?*

**R**espondeo: Qualitates, præsertim internas requisitas in tali Vicario rectè enumerari à Sbroz. l. 1. q. 33. Pax Jord. loc. cit. num. 23. Cuch. instit. Jur. Can. tit. de Vicar. Episc. à num. 44. Dum inquit, in deputatione hujus Vicarii non officianter, sed maxima cum circumspectione, prudentia, consilio & advertentia gerere se debere Episcopum, ut personam qualificatam, circumspectam, providam, bonæ conversationis & famæ, literatam, timentem Deum, veridicam, liberalem, fortem, temperantem, magnanimam, mansuetam, non declinantem ad dexteram vel ad sinistram, ac tanto munere dignam eligat, cavendumque, ut Cuch. loc. cit. ne Vicario illud Virgilianum objici queat: *hic alienus oves custus bis mulget in hora: & succus pecori & lac subducitur agnis.* Eclog. 3. Bucol.

*Questio 37. An Vicarius Episcopi generalis necessario debeat esse Clericus?*

**R**espondeo primò: Laicus deputari nequit ab Episcopo in Vicarium generalem in spiritualibus, sed debet esse ad minimum Clericus primæ tonsuræ. Barbof. juris eccl. l. 1. c. 15. n. 14. Card. de Luca de benef. d. 73. n. 4. Pirh. ad tit. de off. Vicar. n. 31. Ventrigl. Tom. 2. amot. 14. §. 1. n. 5. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 96. Garc. de benef. p. 5. c. 8. citans Suar. Tom. 5. d. 2. §. 3. n. 8. & seq. Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Episc. n. 35. Cuch. instit. major. l. 2. tit. 8. n. 46. Sbroz. l. 1. q. 31. à num. 1. citans insuper alios quam plurimos juxta expressum textum c. in nova. 16. q. 7. ubi: *indecorum est, Vicarium Episcopi esse laicum, & viros Ecclesiasticos judicare.* & juxta Canonistas communiter in c. decernimus. de judic. ubi, quod laici Ecclesiastica negotia tractare non præsumant, & quod Episcopi, Archiepiscopi, & alii Ecclesiarum Prælati de negotiis Ecclesiasticis, maxime de illis, quæ spiritualia esse noscuntur, laicorum judicio non disponant &c. Sic vi hujus canonis laicus causas Ecclesiasticas neque principaliter, neque incidenter cognoscere potest sine licentia Papæ. Sbroz. l. c. n. 3. Proceditque responsio, etiam si de cetero laicus esset magnæ sanctitatis, Pax Jord. l. c.

n. 97. ex Sbroz. l. c. n. 4. citante Ripam in cit. c. decernimus. n. 56. Dec. n. 15. contra Sicul. & Barbatiam. non enim dicta sanctimonia tollit incapacitatem jurisdictionis spiritualis provenientem ex defectu Clericatus. Pax Jord. cit. n. 97.

2. Respondeo secundò: Potest nihilominus purè laicus de licentia & concessione Papæ esse Vicarius generalis Episcopi in spiritualibus. Pax Jord. n. 101. Sbroz. l. c. n. 13. citans c. Hadrianus. dist. 63. Gemina. in c. 2. de prob. in 6. Ripam in c. decernimus. de judic. n. 56. Bertach. tr. de Episc. n. 14. &c. Potest enim Papa laico demandare causas clericorum, etiam criminales. Sbroz. l. c. n. 14. citans Gl. in c. bene quidem. dist. 96. v. præter Romanum. Clarum in pr. crimin. §. fin. q. 41. Paul. de Castro conf. 220. ubi se conjugatum ex decreto Pontificis Martini V. tunc Florentiæ præsentis fuisse ibidem Vicarium in spiritualibus.

*Questio 38. An Clericus bigamus vivens in calibatu possit esse Vicarius Episcopi generalis in spiritualibus?*

**R**espondeo negativè: Sbroz. l. c. n. 3. Pax Jord. n. 99. citantes Cuch. instit. Jur. Can. de Vicar. Episc. n. 55. Garc. l. c. n. 4. citans insuper Sayr. de censur. l. 6. c. 5. n. 8. Zech. de Republ. Eccl. c. 23. de Vicar. Episc. n. 2. Item Barbof. l. c. n. 15. Ventrigl. n. 5. Pirh. cit. n. 31. Bigamus enim, etiam soluto matrimonio, ex quo inducitur bigamia, caret privilegiis clericibus, & habetur pro laico. Pirh. l. c. Garc. l. c. n. 6. citans Suar. Tom. 5. d. 49. §. 5. à n. 4. Poterit tamen esse Vicarius in spiritualibus, ubi fuerit ab hoc impedimento bigamiæ, & inde contracta irregularitate dispensatus. Barbof. Garc. Sbroz. Pax Jord. Cuch. locis cit. De cetero autem bigamus, etiam admissus ad Ordines & effectus Clericus (intellige citra illam dispensationem) adhuc non potest esse Vicarius in spiritualibus citra dispensationem illam (intellige Ordinum illis susceptis supervenientem) Sbroz. c. n. 5. ubi: *ampliatur, ut nec etiam bigamus admissus ad Ordines Ecclesiasticos possit esse Vicarius Episcopi.* Barbof. cit. n. 15. ubi: *modo non eligat bigamum etiam effectum Clericum &c.* Si verò ante promotionem ad Ordines fuerit dicto impedimento solutus, poterit esse Vicarius absque eo, quod alia dispensatione egeat. Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 12.

*Questio 39. Num Clericus conjugatus cum una eaque Virgine, sive non bigamus esse possit Vicarius Episcopi in spiritualibus?*

**R**espondeo negativè: Pax Jord. loc. cit. num. 98. Barbof. cit. num. 15. Pirh. num. 31. Garc. loc. cit. num. 3. citans Suar. Tom. 5. d. 2. §. 3. num. 10. Zerol. in pr. Episc. p. 1. v. Vicarius. dub. 7. Sanch. de matrim. l. 7. d. 46. num. 14. Rebuff. in pr. tit. Vicar. Episc. n. 36. &c. Sbroz. cit. num. 5. citans quam plurimos alios. Clericus enim cum Virgine conjugatus censetur Laicus Sbroz. loc. cit. num. 6. cum communi. Insuper Vicarius Episcopi debet vivere in calibatu. Pax Jord. l. c. Procedit responsio, etiam si talis Clericus conjugatus non bigamus incederet in habitum, & tonsuram clericalem. Pax Jord. cit. num. 98. ex Sbroz. n. 8. citans Gemina. Franc. Ancharan. &c. eò quod delatio illa habitus clericalis non impediatur, quo minus talis Clericus conjugatus habeatur in jure pro laico. Atque ita etiam Clerico conjugato facta commissio seu delegatio, non solum post contractum matrimonium nulla est, sed etiam jurisdictioni ei commissæ ante matrimonium, eo contracto amittitur. Garc. l. c. n. 10. juxta c. 1. de Cleric. conjugat. in 6.

*Questio*

*Questio 40. Num saltem Assessor vel Auditor Episcopi possit esse Clericus?*

**R**espondeo affirmativè. Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 10. citans Abb. Ripam. Felin. in c. de his. & c. decurrimus. de Judic. Pax Jord. l. c. n. 103. citans Cuchum. ubi ante n. 49. Sbroz. cit. q. 31. n. 12. de Consul. & Assessor. Episc. citans plures alios.

*Questio 41. Num pure laicus possit esse Vicarius Episcopi, saltem in temporalibus tantum?*

**R**espondeo affirmativè: Talis enim gerit vices Episcopi in jurisdictione seu administratione seculari, & temporalis, cujus capax est laicus. Pax Jord. l. c. num. 102. Pirh. cit. n. 31. Sbroz. cit. q. 31. n. 11. citans Anton. de Præsis. tr. de jurisd. Episc. c. 6. n. 43. Pavin. de pæst. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 15. Milis. in repertor. v. Vicarius Episc. & plures alios.

*Questio 42. Vicarius Episcopi num debeat esse constitutus in ordinibus majoribus?*

**R**espondeo negativè: Barbof. l. c. num. 14. ubi: *Sacerdos vel Clericus prima tonsura est assumendus, intelligit in Vicarium, Ventrigl. Tom. 2. Annot. 14. §. 1. n. 5. Pirh. cit. num. 31. Sbroz. l. 1. q. 32. In regnis tamen Castellæ & Legionis Officialem vel Vicarium generalem seu Judicem ordinarium Episcopi, vel alterius Jurisdictionem ordinariam obtinentis, debere esse constitutum in sacro aliquo ordine, & aliâ deputationem, & electionem fore nullam & invalidam, & nullius momenti vi Brevis Clem. 8. missi, & intimati Episcopis, aut etiam Provisoribus pro parte Capitularium Ecclesiarum Cathedralium; quod Breve comprehendat etiam Vicarios ad præsens existentes, testatur Garc. l. c. n. 11. & 12. Quamvis addat n. 13. dictam constitutionem videri non ligare ex defectu publicationis & promulgationis factæ Romæ, aut in curia Regis, ubi Nuncius residet. lex autem seu constitutio, ut liget, requiratur, quod solemniter sit edita factaque publicatio solennis & publica promulgatio illius, ante quam etiam datâ sententiâ non liget. Pro quo citat textus Juris & AA. plurimos. De cetero indubitatum est, dum assumitur Vicarius ad exercendum quoque pontificalia, vel qui non tantum in spirituali Jurisdictione externa, sive in iis, quæ ad forum ecclesiasticum externum, sed etiam quæ ad forum internum poenitentiarum pertinent, Episcopi vices suppleat (qui vulgo poenitentiarum appellantur: ) episcopali vel sacerdotali ordine insignitum esse debere. Pirh. l. c. Unde etiam dum in eadem urbe episcopali aut diocesi sunt populi diversarum linguarum (adde, & rituum) assumendus est ab Episcopo Vicarius, qui sit Episcopus. Sbroz. l. 1. q. 31. à n. 16. juxta c. quoniam. de off. ordinar.*

*Questio 43. Que ætas requiratur in Vicario generali?*

**R**espondeo requiritur ætas 25. annorum inchoatorum. Azor. p. 2. l. 3. c. 43. n. 10. Pirh. l. cit. Pax Jord. l. c. n. 95. Sbroz. l. 1. q. 35. n. 2. ea enim ætas requiritur in iis, quibus cura animarum imponitur juxta c. licet. & c. cum in cunctis. de elect. in 6. Item nemo ad quascunque dignitates, quibus animarum cura subest, promoveri potest, nisi qui annum 25. ætatis suæ attigerit. Trident. Sess. 24. c. 12. Intelligendumque id ipsum de omnibus habentibus spirituales Jurisdictionem, etiam si sit solum fori externi. Barbof. l. c. n. 14. ubi: *Sacerdos vel Clericus prima tonsura est assumendus, intelligit in Vicarium, Ventrigl. Tom. 2. Annot. 14. §. 1. n. 5. Pirh. cit. num. 31. Sbroz. l. 1. q. 32. In regnis tamen Castellæ & Legionis Officialem vel Vicarium generalem seu Judicem ordinarium Episcopi, vel alterius Jurisdictionem ordinariam obtinentis, debere esse constitutum in sacro aliquo ordine, & aliâ deputationem, & electionem fore nullam & invalidam, & nullius momenti vi Brevis Clem. 8. missi, & intimati Episcopis, aut etiam Provisoribus pro parte Capitularium Ecclesiarum Cathedralium; quod Breve comprehendat etiam Vicarios ad præsens existentes, testatur Garc. l. c. n. 11. & 12. Quamvis addat n. 13. dictam constitutionem videri non ligare ex defectu publicationis & promulgationis factæ Romæ, aut in curia Regis, ubi Nuncius residet. lex autem seu constitutio, ut liget, requiratur, quod solemniter sit edita factaque publicatio solennis & publica promulgatio illius, ante quam etiam datâ sententiâ non liget. Pro quo citat textus Juris & AA. plurimos. De cetero indubitatum est, dum assumitur Vicarius ad exercendum quoque pontificalia, vel qui non tantum in spirituali Jurisdictione externa, sive in iis, quæ ad forum ecclesiasticum externum, sed etiam quæ ad forum internum poenitentiarum pertinent, Episcopi vices suppleat (qui vulgo poenitentiarum appellantur: ) episcopali vel sacerdotali ordine insignitum esse debere. Pirh. l. c. Unde etiam dum in eadem urbe episcopali aut diocesi sunt populi diversarum linguarum (adde, & rituum) assumendus est ab Episcopo Vicarius, qui sit Episcopus. Sbroz. l. 1. q. 31. à n. 16. juxta c. quoniam. de off. ordinar.*

P. Leuren. Vicarius Episc.

bof. ad Trident. Sess. 24. c. 12. n. 2. & de Canonic. c. 13. n. 20. Fagu. in cit. c. cunctis. n. 32. Lotter. de re benef. l. 2. q. 49. n. 24. Item minor 25. annis ad officium vel dignitatem, quæ administrationem continet, admitti non debet. Sbroz. l. c. n. 4. juxta l. ad rempubl. ff. de mun. & bon. & Bartol. in l. quidam ff. de re judic. num. 2. Jam verò Vicarius generalis Episcopi habet curam animarum, & spirituales Jurisdictionem, saltem quo ad forum externum, ut constat. Item habet dignitatem cum administratione rerum spiritualium. Sbroz. loc. cit. num. 5. citans Gl. in Clem. 2. de rescript. v. delegatus. & ibidem Abb. Auchar. in princ. Cardin. n. 2. Imol. n. 18. Anton. de Præsis. tr. de jurisd. Episc. c. 6. n. 51. Milis. in repertor. v. dignitas & plures alios.

2. Sed neque Episcopus dispensare potest (ne quidem pro una die, ut Pax Jord. loc. cit.) super ætate sui Vicarii. Sbroz. loc. cit. num. 6. citans Cardin. in Clem. 1. q. 38. num. 25. de off. Vicar. Abb. in c. cum incunctis. §. inferiora. num. 3. Decium ibidem num. 8. contra Archid. in c. licet canon. de elect. in 6. Et ratio est, quia in genere Episcopus dispensare nequit in ætate, non tantum quò ad beneficia curata, sed nec ad beneficia, quæ de jure directè & per se certam ætatem requirunt. Azor. p. 2. l. 6. c. 5. q. 9. Laym. in cit. c. cum in cunctis. §. inferiora n. 4. Ego fori benef. p. 1. q. 228. num. 1.

*Questio 44. An illegitimus esse possit Vicarius generalis Episcopi?*

**R**espondeo negativè: Cum Vicariatus hic sit dignitas, & quidem extra Ordinem cum auctoritate Judicis ordinarii, etiam supra Superiores ordinarios, nempe Parochos, Barbof. in c. 1. de filiis Presbyt. num. 8. Majol. de irregularit. l. 1. c. 10. num. 3. Peyrin. in Pralato. q. 2. c. 5. num. 135. Sed neque in hoc dispensare potest Episcopus; cum hic cum illegitimo dispensare nequeat quò ad beneficia curata, juxta c. 15. qui. de fil. Presbyt. in 6. Ego fori benef. p. 1. q. 267. num. 1. Adeoque multo minus ad dignitates habentes annexam curam animarum. Cùmque dispensatio etiam papalis sit stricti juris c. 1. de fil. Presbyt. in 6. Barbof. de offic. Episc. allegat. 13. num. 7. Adeoque dispensatus à Papa ad Ordines, etiam sacros, non fit hoc ipso dispensatus ad beneficia. Sylv. in sum. v. illegitimus. Laym. ad cit. c. 1. Item dispensatus ad beneficia curata non possit obtinere dignitates. Rebuff. de dispens. super defect. natal. num. 57. Neque dispensatus ad dignitates, obtinere adhuc potest dignitates curatas. Rebuff. loc. cit. sequitur à fortiore, quòd illegitimus ex dispensatione factus Clericus, vel etiam Sacerdos, citra novam papalem dispensationem, saltem ad dignitatem cum cura animarum deputari nequeat. Cujus contrarium tenere videtur Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 109. ubi Clerici seculares, etiam illegitimi, non prohibentur constitui Vicarii. quin & loc. cit. num. 86. expressè ait, posse Vicariatum ab Episcopo concedi illegitimo absque dispensatione, quia dignitas amovibilis, qualis est Vicariatus ille, concedi potest illegitimo absque dispensatione. Et sic sibi responsum esse ab Officialibus primariis Curie Romanæ, & aliis peritissimis: secus verò fore, si esset dignitas perpetua; eò quòd Episcopus dispensare non possit cum illegitimo ad duplicia, qualis est ista dignitas Vicariatus. Verum, quòd contra est; non minus manet dignitas curata, si non esset perpetua, quam si esset.

esset. Observandum quoque hic, quod idem Pax-Jord. l. c. habet: nempe Campanilem in rubric. 11. c. 13. num. 118. cum Paleot. Majol. & Rodric. in 99. Regular. defendere, illegitimum, quamvis per ingressum Religionis consequatur legitimitatem, aut etiam fuerit alias in ea legitimatus pro dignitatibus suæ Religionis, non posse adhuc assumi ad Vicariatum Episcopi.

*Questio 45. Num excommunicatus, suspensus, interdictus constitui possit Vicarius?*

**R**espondeo ad primum negativè. Sbroz. l. 1. q. 34. num. 2. citans Franc. in c. 1. de off. Vicar. in 6. Foller. in pr. crimin. can. p. 1. moral. num. 116. Cuch. Infit. Juris Can. tit. de Vicar. Episc. num. 54. & cum his Pax-Jord. l. c. n. 110.

2. Respondeo ad secundum: Sed neque interdictus aut suspensus deputari potest Vicarius. Pax-Jord. loc. cit. num. 111. Et in omnibus his par est ratio cum excommunicato; quia nimirum impediuntur exercere spiritualia & jurisdictionem. Pax-Jord. loc. cit. videnda sunt hic, quæ in genere dicuntur de excommunicatis, interdictis, suspensis, irregularibus nõ eligendis ad beneficia aut dignitates.

*Questio 46. An, qui Judex fuit maleficiatorum, deputari possit Vicarius?*

**R**espondeo: qui quandoque fuit Judex laicus maleficiatorum, & protulit sententias mortis, quæ fuerunt executioni mandatæ, aut alio quovis modo immiscuit se in Judicio sanguinis, unde contraxerit irregularitatem, non potest constitui Vicarius Episcopi. Sbroz. l. 1. q. 41. num. 1. & ex eo Pax-Jord. loc. cit. num. 113. citantes Bald. in procem. decretal. num. 18. Pavin. de potest. capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. num. 34. Abb. in c. ne Clerici. v. monachi. ante finem. Selv. de benef. p. 2. q. 23. num. 13. Quibus Pax-Jord. addit Gavant. in pr. v. Vicarius num. 9. Rationem dat hanc Sbroz. a num. 2. quod talis, quia participavit in causa sanguinis sit irregularis juxta D. Thom. & alios passim; irregularis autem ad ordines promoveri nequeat; qui verò ad ordines ascendere nequit, etiam non possit judicare ordinatos. Unde etiam, si talis fuit dispensatus (quod fieri posse ab Episcopo, uti & ab omnibus aliis irregularitatibus non deductis ad forum contentiosum, tradit Sbroz. loc. cit. num. 6.) posse constitui Vicarium ait Sbroz. num. 5. Quod intelligendum de dispensatione in ordine ad primam tonsuram suscipiendam; irregularitas namque directe arcendo ab ordinibus non solum sacris, sed & à prima tonsura indirectè arcet à Vicariatu Episcopi, utpote requirente primam tonsuram. De cetero enim habita, & obtenta legitime prima tonsura seu clericatu, sive ante sive post illum obtentum exercuerit talis Judicis Officium citra dispensationem aliam deputari poterit Vicarius Episcopi. Ita expressè docet Garc. p. 5. c. 8. à num. 7. ubi: hæc sententia (nimirum quod talis nequeat esse Vicarius, etiam si postea vel antea sit factus Clericus, quia est irregularis, & sic incapax jurisdictionis ecclesiasticæ, quam sententiam tenent Ferret. conf. 8. num. 1. & 2. Felin. &c. apud eundem Garciam) mihi videtur falsa, quando iste vel antea vel postea fuit factus Clericus; nam licet incurrit irregularitatem ex homicidio, non ex eo amittit privilegia Clericalia; sed id solum reperitur cau-

tum in irregularitate bigamiæ. Nec Baldus, & Dæcius loquuntur, quando ille fuit factus Clericus, ut Baldo imponit Felin. Et ita videmus aliquando causas Ecclesiasticas committi Clericis primæ Tonsuræ, qui fuerunt Judices sæculares, & condemnarunt aliquos ad penam mortis, quæ fuit executæ. Et hanc sententiam tenet Ugolin. de irregularit. c. 85. §. 4. num. 2. dicens, quod irregularis, si jurisdictionem aliquam ecclesiasticam habeat, exercere eam poterit, modo ordinis functiones non exerceat (de quo vide meipsum fori benef. p. 2. q. 278. ubi cum communi, quod irregularitas impediatur actum ordinis non jurisdictionis) quod non solum (pergit Garcias num. 9.) procedit, quando commissio facta ante irregularitatem incursum, ex qua non amittitur vel ligatur jurisdictione ante commissæ. Suarez Tom. 5. D. 40. f. 2. num. 28. Sed etiam, quando commissio seu delegatio facta est post irregularitatem incursum; nam etiam facta Clerico irregulari est valida, Suarez ubi ante à num. 42. excepto casu de Clerico conjugato seu bigamo; nam in illo non solum commissio seu delegatio facta post contractum matrimonium seu bigamiam non valet, sed etiam jurisdictione ante commissæ amittitur ipso facto; juxta cit. c. 1. de Clerico conjugat. & de bigamis in 6.

*Questio 47. An tam externus quam originarius possit esse Vicarius generalis Episcopi?*

1. **R**espondeo non esse assumendum in Vicarium externum, sed indigenam, ut conversatio & mores Vicarii noti esse possint Episcopo, tradit Sbroz. l. 1. q. 41. num. 1. citatis Foller. in pr. crimin. can. p. 1. moral. num. 117. Cuch. Infit. Juris Can. de Vicar. Episc. num. 53. E contra Vicarium generalem Episcopi non debere, nec posse poni originarium civitatis vel diocesis asserit, & pluribus stabilit Pignat. Tom. 9. consulti. 182. num. 1. ubi plura pro hoc citat decreta in specie & in genere S. Congregat. super negot. Episc. & Regular. (in quibus quoque ratio hujus sententiæ continetur, & sunt sequentis tenoris: Originarius civitatis vel diocesis non potest esse Vicarius; nam propter consanguinitates, affinitates, familiaritates & alias atinentias potest deviare a recto tramite Justitiæ, vel certe se reddere partibus suspectum. Sic dicta Cong. in Senogalliens. 10. Feb. 1598. in Sutrin. 16. Novemb. 1640. &c. Pro hac sententia quoque citatur apud Pax-Jord. l. c. num. 112. Segura in director. judic. Ecclesiast. c. 9. ubi, quod civis alienus civitatis aut Provinciæ non possit esse in eadem Officialis, vel Assessor, vel Judex. Sic in 5. Concil. Provinc. Mediolan. cautum fuisse, quod Vicarius esse debeat alienæ diocesis. Adjicit quoque ex Gavanto Pax-Jord. in magnis Civitatibus propter munus, & alia multa per Vicarium exercenda longè aptiores videri externos quam proprios, ceteris tamen paribus; nam probitas, doctrina, experientia, & cetera hujusmodi magis attendenda quam origo. Unde jam etiam limitatur à Segura dicta opinio, nempe non esse eligendum originarium, nisi esset vir eminentissimæ scientiæ & experimenti. Pari ratione id ipsum limitat Pignat. l. c. n. 2. ubi: solet tamen aliquando eadem Congregatio dispensare, ut Episcopus, præsertim residens, tenere possit Vicarium diocesenum, dummodo non præbeat occasionem querelarum, idque multis de causis: quod Episcopus extraneum idoneum reperire nequirit, quod Vicarius externus tam citò non possit accedere, propter fructuum tenuitatem. Propter aeris

intem-

inemperiam : propter notitiam bonarum qualita-  
rum talis Vicarii dicecesani. Quòd sit eximius in  
regimine, uti constant hæc ex declarationibus ejus-  
dem S. Congregat. congestis per Nicolium in suis  
fisc. v. *Vicarius generalis*. num. 36. De cetero addit  
idem Pignat. n. 3. dicecesanos non tantum non posse  
constitui Vicarios, sed & constitutos removendos, ne  
fortè amicitia, propinquitate, gratia metu adducti jus  
interdum aliquo modo violent, minusque liberè di-  
cant, ut proinde his rationibus motus S. Carolus  
Borromæus Vicarium externum adhibuerit teste  
Carolo à Basilica S. Petri in ejus vita. l. 7. c. 36. & Ho-  
mobon. de stat. hum. vit. c. 7. Quin etiam asserit Pi-  
gnat. id esse de jure; quia Officium Vicariatus præ-  
terfert jurisdictionem, quam in propria patria exer-  
cere non permittitur l. ult. c. de crim. sacrileg. & l. 3.  
de divers. off. aliisque congestis per Menoch. l. 5. præ-  
sumpt. 12. n. 18.

2. Neque his obstat, quòd prædecessores Episco-  
pi retinuerint Vicarios dicecesanos seu originarios;  
quia, ut inquit Pignat. l. c. n. 4. in fine, non est ex-  
emplis judicandum, præsertim quando non concu-  
rit eadem ratio; dum potuit in eis eorum Vicariis  
concurrere aliqua causa ex supra relatis habendi Vi-  
carium originarium.

*Questio 48. Quæ scientia requiratur in Vi-  
cario Episcopi?*

1. **R**espondeo primò: Non debet esse illiteratus.  
Sbroz. l. 1. q. 36. n. 3. Pax Jord. l. c. n. 114.  
Siquidem imperiti & illiterati Judices esse non pos-  
sunt; & munus judicandi scientiâ defuturis non est  
credendum. Sbroz. Pax Jord. locis cit. & apud illos  
Bald. in l. ult. q. 16. c. de hered. institut. & plures alii,  
quos cumulat Menoch. conf. 110. num. 241. vol. 1. & in  
specie de Vicario Rebuff. Sed debet esse instructus  
scientiâ, quæ ad hoc ejus munus est necessaria. Con-  
cilium enim Trident. Sess. 24. cap. 12. disponit & ait:  
*ad quasunque dignitates, quibus subest cura animarum,*  
*nullus admitti debet, nisi illa doctrinâ commendetur ido-*  
*neus, quæ ad suum munus exequendum est necessaria:* Sed  
Vicariatus est dignitas, cui subest cura animarum, ut  
dictum supra: unde, ut inquit Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q.  
12. Debet esse rerum & causarum forensium peri-  
tus. Et in specie, cum causæ matrimoniales tra-  
ctandæ sint per Judices, qui non ignorant statuta Ca-  
nonum, juxta c. fin. de consang. & affinit. & ibi Abb.  
Sed Vicario Episcopi competit cognitio causarum  
matrimonialium. Sbroz. à n. 5. citans c. penult. de re-  
sit. in integ. Bertach. tr. de jurisdic. Episc. l. 4. p. 7.  
tit. de Vicar. Episc. num. 14. & pro ut dicitur à nobis  
infra: ergo. Quare licet dicat Laym. in c. cum in  
synodus de elect. in 6. quòd, si accidat, ut ex duobus  
tanquam præ aliis omnibus idoneis ad Prælaturam  
promovendus sit, quorum unus purè Theologus  
Juris Canonici peritiam vix ullam seu exiguam ha-  
bens, alter sit purè canonista, in Theologia vix quic-  
quam versatus, præferri haud dubie debeat Theo-  
logus; quia cognitio veritatis fidei magis necessa-  
ria est, quippe fundamentum Ecclesiasticæ  
gubernationis ac disciplinæ: subjungit tamen:  
sed, si fieri possit, quærendi ac promovendi  
sunt tales ad Vicariatus & similes dignita-  
tes, qui in utroque studio versati & exerci-  
tati sint.

2. Videtur tamen doctrinam hanc de scientia  
Vicarii limitare aliquantum Sbroz. dum cit. q. 36.  
P. Leuen, Vicarius Episc.

num. 13. ait, posse quandoque imperitos ( me-  
lius dixisset minus peritos: ) esse Judices & Re-  
ctores civitatum, dum assumunt Assesores do-  
ctos, quos consulere possunt. Pro quo citat Ja-  
sonem scilicet in l. penult. de judic. & Felin. ( qui  
loquitur de Judice spiritali: ) in c. suscitatus. de  
rescript. num. 9. Et sic ait Sbroz. vidisse se in Epi-  
scopatu Fanensi deputatum Vicarium Theologia  
Professorem; qui Assesorem Doctorem Juris  
Canonici consulebat. Tameñ Garcias p. 5. c. 7. n.  
17. dicat teneri Episcopum idoneum & literatum  
Vicarium constituere; qui per seipsum valeat Offi-  
cium exercere, & graviter peccare Episcopos,  
qui aliquando constituunt Vicarios Theologos,  
seu aliàs ad officium ineptos, tenerique illos  
ad restitutionem damnorum inde secutorum.

*Questio 49. An Vicarius Episcopi teneat  
esse graduatus, & in qua facultate?*

1. **R**esp. ad primum: Eligendum esse in Vica-  
rium, qui sit ad Doctoris aut Licentiatum in  
Jure Canonico gradum promotus, absolute pronun-  
ciat Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 13. Eligendum,  
qui sit Doctor in Jure Canonico aut Licentiatum,  
aut aliàs, quantum fieri potest, idoneus, dicit Sbroz.  
l. 1. q. 36. num. 12. Barbof. juris Eccles. l. 1. c. 15. n. 14.  
Cardin. de Luca ad Trident. D. 31. num. 14. ait: ta-  
meti nullibi cautum sit, quòd Vicarius (intellige  
Episcopi) debeat esse Doctor; Tridentinum enim  
Sess. 24. c. 16. requirens in Vicario Doctoratum aut  
Licentiatum, loquitur tantum de Vicario Capituli,  
nihilque quò ad hoc disponit Concilium aut S. Con-  
gregatio. Pax Jord. l. c. num. 115. S. Congregatio  
tamen Episcoporum, quando concursus haberetur,  
demandare solet Episcopo, ut teneat Vicarium Do-  
ctorem, Garc. l. c. num. 17. absolute ait: Vicarius  
Episcopi non debet esse necessariò Doctor vel gra-  
duatus. Sic quoque cum Sbroz. l. c. num. 13. inquit  
Pax Jord. cit. num. 115. Quòd si Vicarius sibi assu-  
mat Assesorem Doctorem, non erit necessarium,  
quòd ipse sit Doctor, si loquamur de Vicario Epi-  
scopi. Multoque proinde minus requiritur in Vi-  
cario Foraneo, ut is sit Doctor aut Licentiatum. Pax  
Jord. num. 116. ex Sbroz. loc. cit. num. 15. De cetero  
qui veniant hic nomine Doctorum, vide apud Car-  
din. de Luca l. c. num. 12. & dicenda infra de Vica-  
rio Capituli quo ad hoc punctum. Sic quoque no-  
mine Licentiatorum non veniunt hic alii, quàm qui  
in publica universitate vel Collegio juxta regio-  
num mores & stylum Licentiaturâ tanquam gradu  
solenniter decorati sunt. Cardin. de Luca l. c. num.  
13. Proinde, ut ibidem Cardin. de Luca, licet in Italia  
(ubi iste Licentiatorum usus non est) qui aliquo  
tempore studiis in aliqua Universitate vacarint,  
atque ordinario cursu expleto ab aliquo Magistro  
Licentiam reportent, & vulgo Licentiatum de facto  
nuncupari solent, verè tamen tales non sunt, neque  
decretum illud Tridentini illos complectitur.

2. Respondeo ad secundum: Si graduatus esse  
debet Vicarius, debere esse Doctorem aut Licentia-  
tum in Theologia, vel Jure Can. asserit Pirh. ad tit.  
de off. Vicar. num. 31. Verùm Doctoratus in Theo-  
logia in hoc proposito non habetur in consideratio-  
ne, sed requiritur Doctoratus aut Licentiatum  
in utroque jure, vel saltem in Jure Canonico, specta-  
to nimirum fine vel effectu; eò quòd, cum Vica-  
rius deputetur ad justitiam administrandam, atque ad

decidendas causas tam civiles quàm Ecclesiasticas & mixtas, idcirco debet esse versatus in ea facultate, quæ ad id necessaria est, ait Card. de Luca *loc. cit. num. 14.* testaturque idem *num. 17.* respondisse S. Cong. Concil. desuper interrogatam, doctoratum in Theologia non sufficere in concursu Doctorum in decretis seu Jure Canonico. Num verò sufficiat Doctoratus tantum in jure civili, disputat idem Cardin. *loc. cit. à num. 16.* ubi etiam in affirmativam propendet, dum ait; quòd dum decretum conciliare præcisè ac taxativè se non restringat ad Doctoratum in decretis; sed adhibeat dictionem *saltem*, ita excludere non videatur aliam speciem Doctoratus, qui causarum determinationi magis congruus est ex vulgari dictorio: quòd Legista sine canonibus imperfectus iudex est, parumque valet; sed canonista sine legibus nihil valet. Menoch. *de arbit. caus. 420.* Ideoque magis opportuna est pericia in legibus, quàm in canonibus. Vide tamen, quæ pro opposito subjungit *ibidem* idem Cardinalis.

*Questio 50. Num Regulares seu Religiosi esse possint Vicarii Episcopi?*

**R**espondeo primò: Non tantum Canonicus secularis deputari potest Vicarius Episcopi. Sbroz. *l. 1. q. 42. num. 1.* citans quam plurimos: qualiter verò percipere possit distributiones quotidianas, & excusetur à residentia, & in absentia percipere possit fructus sui beneficii, vide apud Sbroz. *l. 1. q. 43.* & me ipsum *fori benef. p. 1.* ubi de residentia beneficiatorum) verum etiam Canonicus Regularis Pirh. *loc. cit. Pax Jord. loc. cit. num. 109.* Sbroz. *l. 1. q. 37. num. 1.* citans Paris. *conf. 40. num. 10. vol. 4.* Cuch. *in instit. juris can. l. 2. n. 57. & DD. in c. si quis. dist. 68.* Confirmat id Sbroz. *loc. cit. num. 5.* à pari, quo nimirum Canonicus Regularis creari possit Archidiaconus, qui & ipse est Vicarius Episcopi, pro quo citat Gl. *2. in c. præterea. de præb. Innoc. conf. 165. num. 40.*

**2.** Respondeo secundò: Monachus quoque deputari potest Vicarius Generalis Episcopi. Pirh. *Pax Jord. locis cit. Barbol. juris Eccl. l. 1. num. 16.* Azor. *p. 2. l. 3. c. 43. q. 12.* Ventrigl. *Tom. 2. annor. 14. §. 1. num. 4.* Rebuff. *in pr. benef. tit. de Vicar. Episc. num. 30.* Cuch. *ubi ante.* Fulc. *de visitat. & Reg. Eccl. l. 2. c. 17. num. 100.* Vantium *de nullis. ex defect. jurisd. deleg. num. 82.* & plures alios, quos omnes moveri ait per Gl. *in c. Monachi. v. Abbate. ead. q. ubi Monachus ab Episcopo iudex constitui potest.* Item per Gl. *in c. si quis. & ibi DD. v. majorem dist. 58.* ubi *Monachus potest esse Vicarius Episcopi.* Et, ut Sbroz. *loc. cit. num. 8.* Quòd Monachi possint utilitatis gratià per Episcopos à claustris avocari. Pro quo citat. Rotam *decis. 3. tit. de off. Vicar. in antiq. Cardin. in Clem. 1. §. ad Prioratus. de regular. in 6.* Debere tamen in eo casu habere Monachum socium Religiosum de suo ordine; quia solus stare non debet. Azor. *Pax Jord. Pirh. locis cit. Sbroz. l. c. n. 15.*

**3.** Respondeo tertio: Religiosus tamen ex ordine mendicantium assumi nequit in Vicarium. Azor. *Pirh. Barbol. locis cit. Engels ad tit. de off. Vicar. n. 9.* Rebuff. *in pr. tit. de Vicar. Episc. num. 32.* juxta Clem. *1. §. ad Prioratus. de regul. & Clem. in plerisque. de elect. contra Meroll. Th. mor. p. 3. d. 7. c. 6. dub. 5. n. 36.* apud Ventrigl. *l. c.* qui solum à Vicariatu removet mendicantes Ordinis Fratrum Minorum. Quorum quoque solum mentionem facit Sbroz. *l. c. n. 5.* dum

ait, in Fratribus Ordinum Minorum ea locum habere, quæ in contrarium obijciuntur contra Monachos, quò minus esse possint Vicarii Episcopi, utpote qui funditus pro mortuis habentur, & secus esse de Monachis. Denique testatur *l. 1. q. 36. n. 13.* in Episcopatu Fanensi deputatum fuisse in Vicarium Fratrem Joannem Mariam Brunellum Ordinis S. Dominici, qui quoque ordo inter mendicantes numeratur.

**4.** Respondeo quarto: Arcentur quoque à Vicariatu Episcopali Religiosi illegitimè nati. Engels *l. c.* citans Majol. *de irregular. l. 1. c. 3. num. 10.* juxta dicta à nobis supra, ubi, num illegitimus esse queat Vicarius Episcopi.

*Questio 51. Num Regulares in hoc, ut sint Vicarii Episcoporum, egeant licentià suorum Superiorum seu Prælatorum?*

**R**espondeo affirmativè: Pax Jord. Pirh. Ventrigl. Barbol. Engels *locis cit. Sbroz. cit. q. 38. n. 10.* citans Rebuff. *ubi ante. n. 30.* Cuch. *num. 58.* Cravet. *Consil. 325. n. 8.* & plurimos alios juxta dispositionem Trident. *Sess. 25. c. 4. de regular.* ubi expressè prohibetur, ne quis Regularis sine sui Superioris licentià electionis aut cujusvis pii operis prætextu se subiciat obsequio alicujus Prælati, Principis, Universitatis aut cujuscunque personæ. Idem extendit Sbroz. *l. c. n. 11.* ut similiter monachus sine licentià Abbatis aut Superioris sui nequeat esse Vicarius Capituli sede vacante, pro quo citat Pavin. *de potest. capit. sede vacant. p. 2. q. 10. n. 15.*

**2.** Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. *l. c. n. 13.* ut procedat in Monacho claustrali; secus in Monacho habente administrationem, pro quo citat Cardin. *in Clem. 2. de rescript. n. 17.* Vantium *ubi supra. num. 82.* Datque rationem, quòd cum tali Monacho concedatur administratio, & consequenter conversatio, & frequentatio cum hominibus laicis, & aliis in causis secularibus, multò magis possit præfidere in causis spiritualibus. Sic etiam in specie de Abbate ipso habente administrationem, quòd possit esse Vicarius Episcopi, tradit Sbroz. *l. c. n. 16.*

**3.** Porro in eò, cuius Superioris licentià egeat, non conveniunt AA. Rodrig. *qq. regular. Tom. 3. q. 76. a. ult.* vult requiri necessariò licentià Generalis vel Provincialis. Probabilius verò esse, sufficere licentià immediati Superioris conventus, putà Prioris, Præpositi & similibus, defendit Meroll. *ubi ante n. 29.* apud Vintrigl. *l. c.*

**4.** Quòd si etiam Regularis non est exemptus à jurisdictione Episcopi, præter licentià Superioris requiritur quoque licentià Episcopi, cui subiectus talis Religiosus (intellige, dum hic diversus est ab Episcopo assumente illum in Vicarium) Meroll. *l. c.* Sbroz. *l. c. num. 11.* citans Cardin. *ubi ante.* Et, si discordant iste Episcopus & Abbas seu Superior dicti Religiosi, sufficere licentià Episcopi, tenet Meroll. è contra debere Monachum tunc potiùs obedire Abbati suo quàm Episcopo, tenet Sbroz. ex Cardinale *l. c.*

*Questio 52. Num valeat Sententia aliaque acta à tali Religioso assumpto in Vicarium Episcopi sine licentià sui Superioris?*

**R**espondeo in hoc non convenire AA. non valere illa, defendit Sanch. *in Sum. Tom. 2. l. 6.*

*l. 6. c. 13. num. 97.* apud Ventrigl. *loc. cit.* item tenere videtur Bisignet. *ad decis. 4. Rotæ tit. de off. vicar. in antiq.* apud Sbroz. *l. 1. q. 39. num. 1.* Affirmativam e contra tenet Meroll. *loc. cit. num. 45.* apud Ventrigl. qui ait, hanc Merollæ sententiam esse probabiliorē; opinionem verò Sanch. esse omnino veram & securam in religioso ordinis Minorum. Item hanc affirmativam tenet Sbroz. *loc. cit. n. 4.* dicens hanc opinionem esse æquiorē & receptiorē. Citat pro ea Vantium *ubi supra num. 82.* Guido. Papam *decis. 563. num. 1.* in fine. Fundamentum hujus sententiæ ait esse, quòd ex quo Episcopus talem Vicarium toleravit, præsumptio est quòd canonicè & cum licentia Abbatis illum constituerit, & ob hujusmodi erroneam præsumptionem & publicam utilitatem sententia ab illo prolata valebit; quia ob communem errorem & publicam utilitatem gesta per erroneum Judicem sustinentur juxta *l. Barbarius. ff. de off. Procons. & sic toleratus ab Episcopo habet jurisdictionem, & quidem ordinariam, ut Felin. in c. sicutatus. num. 5. de rescrip.* ubi dicit, Ordinarium toleratum à Superiore habere jurisdictionem ordinariam. Veruntamen non quærebatur, num in casu talis publici erroris, & erroneè præsumptæ licentiæ valerent acta talis Regularis; sed num ea valerent, etiam dum constat Episcopo eum assumentem aliisque palam, cum non habere eam licentiam à suo Superiore.

*Quæstio 53. Num præter dictam licentiam requiratur quoque utilitas Monasterij, cujus Regularis ille membrum est, ad hoc, ut valeat eligi ab Episcopo in Vicarium?*

**R**espondet affirmativè Ventrigl. *cit. num. 55.* juxta generalem dispositionem *Cap. Monach. ib. 2. 16. q. 1. & c. 2. de postul.* ubi disponitur, ad hoc, ut regularis valeat exercere officium, indirectè requiri duo, nempe licentiam Superioris, & utilitatem Monasterij; quam tamen utilitatem largo modo accipiendam, ita ut, dum inservit Episcopo Regulari, ea utilitas dicatur concurrere ex hoc, quòd vel sic negotia Monasterij facilius promoveantur, ait Ventrigl. ex Sanch. *in sum. tom. 2. l. 6. c. 13. num. 92.* qui, licet id restringat tantum ad servitium Episcopi loci, in quo est Monasterium; Meroll. tamen *loc. cit. num. 40.* putat esse verum, etiam si intra illum Episcopatum, in quo Religiosus est Vicarius, non sit Monasterium, modò sint ibi alia bona vel jura Religionis; eo quòd adhuc procedat ratio adducta à Sauchez.

*Quæstio 54. Num Parochus possit esse Vicarius Episcopi?*

**R**espondeo negativè: (Saltem si sermo sit de longo tempore, seu ultra bimestre, aliàs concessum Parochis ad abessendum) Gonz. *ad regul. 8. cancell. Gl. 6. num. 255.* Garc. *de benef. p. 3. c. 2. num. 40.* Pirh. *ad tit. de Cleric. non resident. num. 16.* Ventrigl. *loc. cit. num. 54.* ego in *foro benef. p. 1. q. 386. n. 4.* contra Navar. *conf. 15. de Cleric. non resid.* quatenus docet Parochum etiam post Trident. posse de licentia sui Ordinarii ex causa justa, nempe ut sit Vicarius generalis, etiam alterius quàm sui Episcopi, etiam ad multum tempus abesse (quòd ipsum admittit Pirh. *loc. cit. num. 41.* dum alii idonei ad istud munus non adsunt) eò quòd Tridentinum jus antiquum permittens Episcopo ex gravi causa dare licentiam Parocho abessendi ultra duos menses, non abrogavit. Extant pro responsione nostra claræ decisiones

S. Congregat. Concilii ad *c. 1. sess. 23.* ejusdem Concilii, quas recitat Garc. *loc. cit. num. 42.* quarum prima sic habet: *Episcopus non potest uti operâ Parochi in visitatione, vel alio servitio suæ Diocesis, nisi pro tempore permisso duorum mensium, &c.* Altera: *Non licet Episcopo suorum, vel etiam Cathedralis Ecclesia negotiorum causâ permittere, ut curati extra ipsorum curam manent, etiam constituto Vicario, &c.* Quibus declarationibus consonant Bononiense & Mediolanense apud Garciam *loc. cit.* Textus verò concedentes illam abessendi licentiam adscitis in servitium proprii Episcopi loquuntur solum de Canonicis, adeo que hi extendendi non sunt ad alios, maxime curatos; quia est materia damnosa Ecclesiæ & curæ animarum. Sed neque id (nempe quòd Parochus sit Vicarius Episcopi:) permitti posse ob consuetudinem aut paucitatem ovium, tradit post Garciam *loc. cit.* Meroll. *loc. cit. n. 61.* apud Ventrigl. qui tamen testatur, solere quandoque S. Congregationem concedere licentiam Parocho, ut valeat abesse à residentia per sex menses causa exercendi officium Vicariatus. Subjungit quoque, quòd licet prædicta vera sint, videre nos tamen in praxi in multis locis, in quibus Vicarius habet parvam occupationem, Parochum ejusdem urbis exercere officium Vicariatus, idque tolerari, ex quo cura animarum nullum recipit detrimentum. Quòd idem facilius dixero, ubi aliàs Parochus habet Saccellanos aliosque adjunctos, qui curæ animarum invigilent, eamque administrent.

*Quæstio 55. Num Episcopus alius esse possit Vicarius generalis Episcopi?*

**R**espondeo: Episcopos, quin & Cardinales posse esse Vicarios alicujus alterius Episcopi, supponunt Rebuff. *in pr. benef. tit. form. Vicar. Archiep. num. 35. 39. & 68.* Mandos. *ad reg. Cancell. 24. de male promotis. q. 6. num. 13.* apud Sbroz. *l. 1. q. 44. num. 1.* contrarium apud eundem *num. 2.* tenentibus Milis. *in Repertor. V. Vicarius Episcopi.* Anton. de Pretis. *tr. de jurisd. Episc. c. 6. num. 43. in fine & aliis.* Et sane de Episcopo nullatenensi, seu actu non habente, & administrante Diocesim ullam aliam propriam, id certum est, ut habet praxis communis, quòd esse possit Vicarius tam in Pontificalibus quàm Spiritualibus, seu tota Jurisdictione Spirituali. Quin & teneri Episcopum talem Episcopum titulare, seu nullatenensem assumere Vicarium non tantum pro Pontificalibus, sed & pro reliqua Jurisdictione exercenda in Diocesi, ubi sunt populi diversarum linguarum & rituum, juxta *c. quoniam. de off. ordinar.* dictum est supra, de quo etiam vide Sbroz. *l. 1. q. 31. a. num. 16.* Verum de Episcopo, qui & ipse propriam Diocesim, illiusque actualem administrationem habet, meritò dubitari potest. Videturque eadem esse in eo ratio quæ est de Parocho; cum & ipse oves proprias habeat, quarum cura detrimentum patiat per servitium impensum alteri Episcopo in curandis ovibus illius: Et de tali Episcopo sentire videntur Authores illi paulò ante citati negantes, posse Episcopum esse alterius Episcopi Vicarium. Veruntamen & de tali Episcopo id expressè tenet Pignat. *Tom. 3. conf. 22. n. 1.* quòd possit minus Vicarii gerere saltem interea, quo operitur commodam occasionem transeundi ad suam Ecclesiam. Porro talem Episcopum assumptum in Vicarium alterius Episcopi non habere per hoc majorem potestatem quàm ceteri Vicarii, tradit Azor. *p. 2. l. 3. c. 45. q. 9.*

## CAPUT SECUNDUM.

## De Dignitate, Præcedentia, &amp; Jurisdictione Vicarii generalis.

## PARAGRAPHUS I.

## De Dignitate &amp; Præcedentia illius.

*Questio 56. Vicariatus Episcopi num sit beneficium Ecclesiasticum, & num conferri possit in titulum?*

**R**espondeo negativè. Azor. p. 2. l. 3. cap. 13. q. 8. & c. 43. q. 8. Pirh. ad cit. de offic. Vicar. num. 33. cum communi. Etsi enim percipiat fructus hujus sui muneris, sui potius detur illi & debeat salarium tanquam merx laboris; hi tamen fructus seu redditus annui ei assignati, jusque ipsum illos percipiendi ratione præstiti laboris, non conferuntur ei in titulum stabilem ac perpetuum, cum ad nutum Episcopi amoveri possit; dum interim beneficium suapte natura est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis. Pirh. loc. cit. Sbroz. l. 1. q. 45. num. 8. & 9. ubi, quòd in titulum non confertur Vicariatus Episcopalis juxta c. cum eo. de electione. in 6. & c. pervenit. de appellat. quos textus citat; quia ad libitum Episcopi amoveri potest. Quin & Vicariatus per obitum aut amotionem Vicarii ab officio non vacat, sed finitur ac desinit. Azor cit. c. 13. q. 8. & vel in hoc etiam à beneficio manuali distinguitur, quòd licet sit aufferibile ad nutum, dum tamen aufferitur, vacat, & non desinit esse in rerum natura sicut Vicariatus.

*Questio 57. Num Vicarius generalis Episcopi sit in dignitate Ecclesiastica constitutus?*

**R**espondeo affirmativè: Azor loc. cit. Pirh. loc. cit. num. 34. Ventrigl. loc. cit. num. 7. Barbof. juris. Eccles. l. 1. c. 15. num. 26. citans Pavin. de potest. cap. sede vac. p. 2. q. 10. num. 16. Fusc. de visitat. l. 1. c. 15. num. 32. Anton. de Pretis. de jurisd. Episc. c. 6. num. 50. (ubi etiam dicit Vicarium esse spectabilem & de medijs Magistratibus) Sbroz. l. 2. q. 22. n. 1. citans quam plurimos alios. Qui Sbroz. etiam n. 3. & ex eo Pax Jord. loc. cit. num. 89. id extendit expressè ad Vicarium Episcopi electi & confirmati nondum consecrati, Fagn. in cap. ad hec. de Preb. num. 26. ubi: per Vicariatum consequitur dignitatem; & quam citat Gl. in Clem. etsi principalis. de rescrip. v. delegatus. Quæ dicit Officiale Episcopi tanquam constitutum in dignitate comprehendi c. statutum. de rescrip. in 6. Habet enim præminentiam cum jurisdictione conjunctam, & ex eadem provenientem. Pirh. loc. cit. dignitas autem consistit in tali præminentia. Fagn. loc. cit. num. 31. & ut idem ibidem num. 34. ex Archidiacono in c. 1. de consuetud. in 6. Dignitas Ecclesiastica cognoscitur ex eo, quòd habeat administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione. Quod ipsum declarat Sbroz. loc. cit. n. 7. dicendo, id verum esse quo ad præminentiam seu prærogativam ortam ex jurisdictione, & tribunali Episcopi vel Consistorio, secundum quòd ipse est una eademque persona cum Episcopo, & quo ad illam jurisdictionem corrumpat radiis dignitatis Episcopi, sicut Augusta radiis dignitatis Principis, ut idem Sbroz. num. 8. citatis Abb. & Cardin. in Clem. 7. de rescrip. Rebuff. in tr. de Paris. possessor. num. 79. &c. Secus quòd ad dignitatem Ecclesiasticam Pon-

tificalem, ut Sbroz. num. 9. quæ propriè residet in Episcopo, & non est communicabilis, & divisibilis; adeoque quo ad illam Vicarius non facit idem consistorium cum Episcopo. Unde etiam Vicarium non dici habere dignitatè propriè & per se stantem ait Sbroz. n. 10. eò quòd, ut ait n. 11. si haberet Vicarius propriè dignitatem per se stantem, eò mortuo remaneret dignitas vacans; cum illa non exspiret, sed sit perpetua; Vicariatus autem exspiret morte Vicarii, juxta Clem. ult. in Glof. fin. de procurator. quamvis quòd ad hoc contrarium opinetur Cuch. Institut. can. de vicar. cit. 8. num. 7. & seq. l. 2. nempe Vicariatum Episcopalem dignitatem perpetuam continuatamque esse, & in ea dari successione, delegationemque ad successorem in officio manere. Contra quem vide quamplurimos citatos à Sbroz. l. 1. q. 45. n. num. 7. Sic quoque Vicarium non habere dignitatem strictè, quæ cum alio beneficio sit incompatibilis (de quo paulò post) habere tamen quo ad præminentiam in jurisdictione provenientem, & ex tribunali Episcopi, secundum quòd est una persona cum Episcopo, ait Fagn. loc. cit. n. 28. De cetero Vicarium generalem Episcopi habere dignitatem cum administratione patet. Sbroz. l. 1. q. 35. n. 5.

2. Secus verò est in Vicario foranco, qui licet administrationem aliquam habeat, nullam tamen habet dignitatem. Sbroz. l. 2. q. 22. num. 14. citans Cardin. Innoc. Anchar. in cit. Clem. 2. de rescrip. Rebuff. in pr. ubi ante n. 4. Vant. de nullitat. ex defectu jurisdictionis. delegat. num. 66. Item in Vicario Archidiaconi, vel alterius Prælati inferioris ab Episcopo. Sbroz. cit. q. 22. num. 17. citans Gl. in cit. Clem. 7. Episcopi. & ibi Abb. num. 5. contra Menoch. conf. 277. col. 3. vol. 3. Quid verò jam possit Vicarius generalis ratione hujus suæ dignitatis quòd ad delegationes ei factas à Sede Apostolica, dicitur infra, ubi de potestate illius.

*Questio 58. Vicarius generalis Episcopi num sit verè Prælatus?*

**R**espondeo: Absolutè cum Prælatum dicunt Ventrigl. Barbof. locis cit. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 86. Pignat. Tom. 3. consult. 64. num. 4. ubi Vicarium esse Prælatum constat ex eo, quòd exercet totam illam jurisdictionem, quam habet Episcopus; hæc enim jurisdictione constituit Prælatum. Sbroz. vero cit. q. 22. num. 3. ait per Gl. in Clem. auditor de rescrip. Vicarium latè intelligendo dici Prælatum ratione jurisdictionis, quam habet cum administratione. Quin & Prælati nomen ei non congruere, indicat Card. de Luca in miscellan. d. 1. num. 21. dum ait; quamvis autem alii ad sint Ecclesiasticam jurisdictionem exercentes, ut sunt Vicarii generales vel capitulares, atque cathedralium & collegiarum Capitula Sede vacante; attamen non verè, sed dativa, vel accidentalis est hæc jurisdictione, vicaria vel provisionalis, adeoque Prælatum nomen eis non congruit.

*Questio 59. Num dignitas Vicariatus generalis Episcopalis sit compatibilis cum alia dignitate, vel etiam beneficio curato?*

**R**espondeo: Vicariatus generalis Episcopi non est incompatibilis cum aliis dignitatibus, officiis, personalitatibus, beneficiis curatis, vel etiam

non

non curatis. Et hinc Vicariatus neque amittitur, neque vacat per alterius dignitatis vel beneficii, et si curati, neque vice versa dignitas alia aut beneficium per Vicariatus adeptionem. Juxta Pirh. cit. num. 33. Pax Jord. l. c. n. 86. Sbroz. l. i. q. 45. num. 10. & l. 2. q. 22. num. 15. qui citat Rebuff. ubi ante. num. 7. Cuchum ubi ante num. 8. Abb. in cap. de multa. de prob. num. 23. & alios. Fagn. in c. ad hac. de prob. n. 25. juncto num. 28. ratio jam data est, nempe quia non est beneficium, & licet sit dignitas, non est tamen dignitas per se stabilis. Authores iidem. Verum his non obstantibus, si sit beneficium siue non, siue sit dignitas perpetua siue non, Vicariatus adhuc non videtur posse stare cum beneficio Parochiali requirente residentiam personalem, à qua juxta dicta supra, ubi, num Parochus esse possit Vicarius Episcopi, non excusat officium Vicariatus assumptum; adeoque respectu talis officii non censebitur legitime absens.

*Questio 60. Num Vicarius generalis Episcopi dignitate præcedat ceteros omnes Canonicos Cathedralis, etiam dignitates, & in specie Archidiaconum?*

**R**espondeo: Spectato jure communi præcedit omnes alios Prælatos Episcopo inferiores, etiam Archidiaconum; quia locum Episcopi tenet, ejusque personam representat, ex quo in eodem tribunali jurisdictionalem Episcopalem exercet. Archidiaconi verò tribunal inferius est, & subiectum consistorio Episcopali, cui præest Vicarius generalis. Pirh. loc. cit. num. 34. Sbroz. l. 2. q. 25. à n. 1. citans immensam Authorum turmam. Unde jam etiam præ omnibus dignitatibus, & in specie præ Archidiacono honorandus est. Sbroz. loc. cit. num. 3. ubi: Cum Vicarius Episcopi Episcopo associetur in jurisdictione, representante reverentiam Episcopalem, non dabitur medius gradus inter Episcopum & Vicarium, tanquam tribunal unius sit tribunal alterius, persona unius sit persona alterius, unum agens, una actio, tanquam Episcopus honorandus. Pro quo citatur, cum Gl. de consuetud. in c. Romanas de appellat. in 6. Gl. in Clem. 2. de rescrip. c. præcipimus. ubi dicitur: sicut illius locum tenens honorabitur. Et num. 4. ex Anton. de Pretis (qui fuit Vicarius Archiepiscopi Florentini) de jurisdic. Episc. c. 6. num. 34. ait, quod sicut Papa Christum representat, & facit idem tribunal cum illo, & omnibus post Christum præhonoratur, ita Vicarius representat Episcopum, facitque idem cum eo tribunal, omnibus post Episcopum præhonorandus est; siquidem honorificatio sequitur dignitatem, & pro majore dignitatis præcellentia major honor impertiendus.

*Questio 61. An igitur Vicarius, sicut dignitate præcedit alios quoscumque, sic quoque præ illis habeat præcedentiam in sessione, processione, & aliis similibus?*

**R**espondeo: Quantum iterum est de jure communi, Vicarius præcedit omnes Canonicos, & dignitates tam intra quam extra Ecclesiam (intellige quò ad locum & similia) Ventrigl. Tom. 2. annot. 15. §. 2. num. 1. Barbof. juris Eccles. l. 1. c. 15. num. 34. Pax Jord. loc. cit. num. 242. Pignat. rom. 4. consult. 26. num. 17. ubi Vicarius generalis respectu jurisdictionis locum habet supra omnes dignitates & Capitulum Cathedralis. Abb. conf. 20. l. 1. Gratian. discept. 111. num. 2. 24. & 27. Rota decis. 200. num. 4.

p. 1. diversar. & sapius declaravit S. Rituum congregat. &c. Item tom. 3. conf. 64. à num. 3. ubi: Dicendum est, Vicario generali Episcopi deberi præcedentiam in omnibus actibus, & locum eminentiorem super quibusvis dignitatibus, & canonicis, est communis sententia, pro qua ibidem citat Fusc. de visitat. c. 2. mem. 19. Zerol. in pr. p. 1. v. vicarius. Bottæ. de synod. p. 3. num. 20. Mallet. de Hierarh. Eccles. l. 3. p. 1. tit. 7. num. 6. Challan. in catalog. glor. mundi. Gamb. de legat. l. 3. num. 103. & plurimos alios. Et num. 10. ait, quòd hanc sententiam amplexa sit S. Rituum congregat. quæ sapius censuerit, quòd Vicarius Episcopi in choro in Ecclesia, & ubique præcedat omnibus Canonicis & dignitatibus, etiam prima post Pontificalem, siue Archidiaconus siue quomodocumque vocetur, ut in una Fanens. 5. Octob. 1586. in Vicentina. 16. May. 1604. in Militen. 13. Jul. 1619. censuerit, ut de præcedentia & loco Vicarii Episcopi illud observetur, ut in choro & extra chorum præcedat dignitates & Canonicos omnes publicè privatimque ut eorum Superior, ita tamen, ut certum & immutabilem nullius locum occupet; quin & illas dignitates & Canonicos, qui in habitu Prototonarij incedunt, ut in Brundisijn. 16. Jul. 1605. idem Canonicos incedentes in habitu canonicali; etsi rochetto & cappatatur, ut in Nolana & Laurer. 25. Martij 1610. Et sic in specie Vicarium præferri Canonicis & Archidiacono, tam in actu, in quo est Vicarius, quam in aliis actibus necessariò antecedentibus & consequentibus actus jurisdictionales, & in promiscuis & indifferenteribus, ut in convivis & similibus, fuscè probari à Gratian. Discept. 111. per tot. ait Ventrigl. loc. cit. n. 20. qui etiam pro hoc citat Manriq. de præcedent. q. 52. mem. 1. & seq. Idem fere habet Fagn. in c. adhuc. de prob. num. 29. Item Vicarium præcedere Archidiaconum tam in choro quam ubilibet, ait Barbof. loc. cit. num. 34. citans Valenz vel. conf. 100. num. 39. & 60. & testans sic declarasse S. Congregat. Rituum in Theatin. 6. Jul. 1618. Item Sbroz. loc. cit. num. 1. §. de Vicarium. Id fulissimè probat & citat pro hoc quamplurimos, & inter ceteros Jo. de Arnoño sing. 28. ubi is appellat Archidiaconos, qui volunt præcedere Vicarium generalem Episcopi, temerarios & arrogantes. Abb. consil. 21. per tot. vol. 1. Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Episc. num. 7. Cassan. catal. gloria mundi. p. 4. confid. 46. Melillo tr. de præcedent. vicar. c. 1. & 4. per totum. Bottæ. de synod. p. 3. num. 20. &c. quòd & extendit hoc ipsum Sbroz. l. 1. num. 7. Etiam si Archidiaconus haberet privilegium obtinendi primam sedem post Episcopum, pro quò citat Abbatem conf. 21. num. 5. qui declarat privilegium illud respectu aliorum Clericorum non habentium jurisdictionem in Archidiaconum, non autem respectu Vicarii. Pari quoque ratione Vicarium præferendum esse Abbati & Archipresbytero, etsi de cetero Abbas immediate post Episcopum sedere debeat, & aliis Prælati circa Episcopum præferri, tradit Sbroz. n. 8. citatis pluribus. Pro quò citat Melil. cit. c. 4. & 5. Ant. de pretis. c. 6. n. 55. & alios contra Bottæ loc. cit. p. 3. num. 15. Menoch. cit. conf. 257. num. 30. & 78. Picard. & alios. Ed quòd Vicarius omnibus Dioecesanis præferatur post Episcopum, ut multis probat Cassan. Melillo. locis cit. Cuch. tit. de vicar. Episc. n. 29. & seq. Quinimo extendit illud num. 11. ita ut præcedat quoque Episcopum [intellige non illum, cujus est Vicarius, sed alium] v. g. dum aliquis ex Canonicis esset Episcopus eo quòd ille Episcopus, non ambulet in processione, aut est in choro ut Episcopus, sed ut Canonicus. Citat pro hoc Anton. de pretis cit. c. 6. n. 55.

2. Sic jam in specie præcedet omnes alias dignitates in choro. Barbof. loc. cit. num. 35. ubi: *præcedit Archidiaconum in choro.* Quamvis addat num. 34. Barbof. & ex eo Ventrigl. loc. cit. quòd dum Episcopus ipse præfens est, & stat in choro intra Canonicos extra Sedem Pontificalem, Vicario debeat assignari alius locus conveniens, ut declaravit S. Congregatio præposita negot. Episcoporum, & Regularium in Bisignan. 16. Maij. 1600. Item Lotter l. 1. q. 16. num. 65. ubi: Si Vicarius vel non est Canonicus, vel non interest tanquam Canonicus, sed tanquam Vicarius, debet sedere in prima sede, & præferri omnibus Canonicis, & Capitulo. Item habere debet locum supra omnes Canonicos in congregationibus capitularibus, dum fortè Vicarius ab Episcopo pro negotiis tractandis ad Capitulum destinatur, sic expressè definiente S. Rituum congregat. in Bisignan. 16. Maij 1610. & in Egitanens. 3. August. 1602. apud Pignat. cit. conf. 64. num. 11. recitantes ibidem ipsa congregationis verba. Quòd si Vicarius est simul Canonicus, & intervenit Capitulo ut Canonicus, & non est Prælati, debet sedere in loco, in quo aliàs sederet, si Vicarius non esset. Tondut. qq. benef. p. 1. c. 109. num. 5. Confirmans id exemplo Episcopi, qui simul præbendam haberet, qui quoque ipse, dum intervenit non ut Episcopus, sed ut Canonicus, sedere debet in loco, ubi sederet, si Episcopus non esset. Item Ventrigl. loc. cit. num. 14. ubi etiam, quòd in loco suo canonicali habitu respectu antiquitatis & dignitatis Canonicorum sedere debeat, citatque pro hoc Barbof. de Canon. & dignit. c. 35. num. 13. & apud hunc Abb. conf. 21. Vol. 1. Grilenzon conf. 121. num. 5. Quòd si Canonicus non est, non debet Capitulo intervenire, etiam absente Episcopo juxta dispositionem Trident. sess. 25. c. 6. unde nec Canonici illum admittere tenentur, licet possint, ut teste Barbof. loc. cit. num. 12. declaravit S. Congregat. in Amerinens. 24. April. 1632. apud Ventrigl. loc. cit. num. 15. qui tamen addit, quòd si Canonici tumultuarentur in Capitulo, tum ad sedanda scandala intervenire posse Vicarium, & Canonici teneantur illum admittere, licet non possit dare votum, sed tantum assistere repellendo scandala, & id esse consonum rationi, & servari in praxi. Quòd si tamen Vicarius est Canonicus, vel etiam alia dignitas, & tanquam talis ad participandas distributiones Canonicali habitu indutus assistit in choro, debet sedere suo loco seu stallo sui Canonicatus vel dignitatis. Fagn. inc. postulastis. de concess. prob. num. 26. Sbroz. l. 2. q. 25. num. 17. Lotter. de re benef. l. 1. q. 16. num. 63. Barbof. juris Eccles. loc. cit. num. 38. Pignat. cit. consulti. 64. num. 11. & 13. testans sic responsum à S. Congregat. Rituum in una civitatis Pentina 12. April. 1605. & in altera civitatis Plebis 26. Aug. 1645. quæ sic habet: *Si Vicarius incedit in habitu Vicariali, præcedit omnes dignitates & Canonicos quantumvis Protonotarios; si vero assistat ut Canonicus, debet sedere in loco sua receptionis, &c.* unde etiam Ventrigl. loc. cit. num. 11. uti & Pignat. loc. cit. num. 21. ait: *Quando Vicarius generalis Episcopi est Canonicus, licet uti Vicarius possit præcedere Canonicos omnes & dignitates, nihilominus ad finem fruendi dicta præcedentia, & ad hoc ut justè præcedere possit, debet deponere habitum Canonicalem, & assumere habitum Vicarialem, qui uti Vicario ei competit, uti voluit S. Congregat. Rituum in Compostellana. 4. Febr. 1600.* Si verdè, ut habet Ventrigl. n. 12. ad hunc finem præcedendi dimittat habitum Canonicalem, si choro intersit extra suum locum Canonicalem, non lucratur distributiones, quas alii Canonici tunc

lucratur; quia ad finem illas distributiones lucrandi debet in habitu Canonicali interesse, & in suo stallo sedere. Citat pro hoc Genuens. in pr. c. 86. in annot. in principio. Lotter. l. 1. q. 16. num. 63. (ubi is: *Vicarius, dum est in apparatu Canonicali, debet sedere in loco suo tanquam simplex Canonicus*) testaturque sic voluisse S. Congregat. Rituum in multis adductis per Barbof. de Canon. & dignitatib. c. 18. num. 32. Quo spectat & illud, quod habet Barbof. loc. cit. num. 38. quòd cum Vicarius Archiepiscopi Lancianensis tanquam Canonicus in choro, in Capitulo & Processionibus, & aliis actibus publicis, quæ Archiepiscopo absente ad primam dignitatem spectant, peragere prætenderet, S. Congregatio 8. Martii & 3. August. 1615. decreverit Archiepiscopyterum dictum Vicarium ut Canonicum præcedere. Ex quibus jam etiam illud inferri videtur, quòd si Vicarius generalis non sit Canonicus, sed simplex Clericus, vel saltem non sit Canonicus istius Capituli, vel etiam non habeat habitum vicarialem proprium, possit nihilominus frui dicta præcedentia. De cetero, ubi Vicarius Canonicus, vel etiam non Canonicus [a deoque non potens intervenire ut Canonicus] interest ut non Canonicus, sed ut Vicarius divinis, debere illum sedere in choro & Ecclesia in loco, quem illi consuetudo assignavit, & illum non debere mutare, tradit Ventriglia loc. cit. num. 7. testans sic declarasse S. Congregat. Rituum in Alexand. 15. Mart. 1608. & in Neritonens. 4. Maij 1606. Item non esse ei parandam sedem cum tapetis & pulvinari, ait idem Ventrigl. juxta citatam declarat. in Neritonens. & Aldan. in compend. Canon. resolut. l. 1. tit. 43. num. 30. & uti dictum in Brundusin. 16. Jul. 1605. non licere Vicario occupare locum ipsius Episcopi eo absente, sed eundem debere esse locum eo absente, quem illo præsentè habere consuevit.

3. Sic quoque locum habere debet ante Canonicos, & dignitates in processionibus. Pax Jord. loc. cit. n. 343. citans decisi. S. Congregat. Rit. in Eugubim. 3. Aug. 1602. in Lauretan. 6. Decemb. 1608. in Tiburtin. 6. Martii. Pignat. cit. num. 11. juxta ejusdem Cong. decisi. quam recitat. in Egitanens. 3. Aug. 1602. Item in Synodo, in qua indistinctè debet habere locum ante Canonicos, & dignitates, etiam Ecclesiæ Cathedralis, ut S. Congreg. Concil. 19. Sept. 1637. contrarium expressè tenente Ventrigl. loc. cit. num. 20. Item vicario debent dari candelæ, palmæ, &c. ante Canonicos, & dignitates. Pax Jord. loc. cit. n. 247. (ubi etiam, quod in receptione candelæ in die Purificationis B. M. V. atque palmarum anteferratur Canonicis, etiam paratis, de quo tamen paulò post) Barbof. loc. cit. num. 40. Ventrigl. loc. cit. num. 3. juxta quòd censuit S. Congreg. Rit. in Bisignan. 16. Maij 1600. quam citant, excepto tamen eo Canonico vel dignitate, qui Episcopo candelam ministravit. Ventrigl. loc. cit. num. 4. Pax Jord. loc. cit. prout voluit S. Congregat. Rit. in Lauret. 14. Maij. 1608. Item thurificatur ante Canonicos & dignitates immediatè post celebrantem. Ventrigl. num. 5. Pignat. loc. cit. num. 11. Circa quòd & illud notandum, quòd licet Vicarius primus sit thurificandus, non debeat tamen triplici sed tantum duplici ductu thuribuli thurificari, nisi sit Prælati. Ventrigl. l. 1. cit. num. 9. citans Aldan. compend. Can. resolut. l. 1. tit. 43. num. 40. Barbof. de Can. & dignit. c. 34. num. 29. Pignat. loc. cit. num. 19. ubi ait: *Si Vicarius non est Prælati, licet absente Episcopo cum suo habitu ordinario Surtana & Mantellecto nigro sedeat in choro primo loco supra Canonicos, thurificandus est duplici, non autem triplici ductu: quin neque Vicarius thurificandus est duplici tractu in prim.*

principio Missæ, post Evangelium, & in Offertorio, sed in Offertorio tantum absente Episcopo ter, presente bis dicto thuribulo. Neque ei deferri debet liber Evangelii descultandus. Item in adoratione Crucis & acceptione cinerum. Ventrigl. num. 8.

*Questio 62. An ergo in his omnibus & similibus Vicarius fruatur dictâ præcedentiâ etiam præsentè Episcopo?*

**R**espondeo affirmativè: Ita contra Menoch. *conf. 51. & 257. & Marefch. var. l. 3. c. 69. tenent Sbroz. l. 2. q. 25. citans Meli. tr. de preced. Vicar. c. 4. num. 2. & Anton. de Pretis. tr. de jurisd. Episc. c. 6. Cuch. in instit. jur. Can. tit. de Vicar. Episc. num. 33. cum sequent.* (ubi is etiam dicat, ineptum esse illum mihi antecellere, in quem Jus dicere possum; seu adsit seu absit Episcopus) Carol. de Luca num. 1. ad Ventrigl. tom. 2. annot. 14. §. 2. citans Riccium. in pr. Tom. 2. resol. 390. Barbof. in sum. decis. Apostol. v. Vicarius general. Fagn. in c. ad hæc. num. 29. ubi: Vicarius sive præfens sit Episcopus sive absens, debet sedere in prima sede ratione sue locumtenentiæ; & præferri omnibus Canonicis & Capitulo, tam in actibus, in quibus intervenit ratione suæ jurisdictionis, quàm in aliis omnibus indifferentibus, præcedendo ipsum Archidiaconum & Archipresbyterum, ut reprobat duobus consiliis Menochii, num. 51. & 52. respondit Robusterius Rota auditor in quodam suo voto apud Gratian. discept. for. c. III. num. 23. Eadem ferè habet Lotter. de re benef. l. 1. q. 16. num. 65. & sic Sbroz. l. 2. q. 24. num. 16. ubi ex Anton. de Pret. tr. de jurisd. Episc. c. 6. irridet eos, qui sentire dicuntur, Vicarium præsentè Episcopo non deberi honorari, ne duo videantur capita. Et inter alios pleno calamo, ut inquit Carol. de Luca, Pignat. cit. consult. 64. num. 3. ubi: Nam Vicarius est non esset Prælatum, est tamen Superior etiam in præsentia Episcopi, licet non exerceat jurisdictionem; quia est electus ad jurisdictionem exercendam, habet gradum, titulum, atque ideo præcedentiâ respectu ceterorum. Et num. 6. ubi: Quare de præsentè est subrogatus in locum Episcopi, in quo est præfens, & in præsentè constitutus in dignitate pro exercenda jurisdictione; & ideo tanquam de præsentè subrogatus, & de præsentè habens dignitatem subrogationis, debet etiam de præsentè frui privilegiis illius, in cujus locum est subrogatus. Nam tunc solum non debet frui, si existat is, in cujus locum est subrogatus, quando subrogatio non dat de præsentè gradum & dignitatem, &c.

2. Contrarium nihilominus tradit Ventrigl. cit. n. 20. ubi: Non solum in Synodo diocesana Vicarius non præcedit Capitulum, sed generaliter in omni casu, in quo Episcopus interveniens uti collegium, ut est in processionibus & in similibus actibus; his enim casibus præfertur Capitulum Vicario; quia Episcopus & Capitulum faciunt corpus, nec Capitulum, & Canonici debent separari ab Episcopo, qui est caput; quia inconveniens est & contra naturam membra separari à corpore, ita tenent, & susè præbant Mandos. de vas. concell. l. 1. divers. juris argument. c. 1. per totum. Gratian. discept. for. c. III. per tot. pergitque Ventrigl. num. 21. ex dictis intellige dictum aliquorum; Vicarium præsentè Episcopo non debere honorari, nec præcedere Capitulum & dignitates. Id enim intelligitur, quando Episcopus & Capitulum interveniunt collegialiter & capitulariter, ita ut faciant unum corpus & collegium. Exemplificat DD. in choro, funeralibus, processionibus, & similibus actibus, in quibus actibus absente deinde Episcopo omnes concludunt, præferendum esse Vicarium Capitulo & Canonicis. Idem tenere videtur Pignat. Tom. 4. consult. 90. num. 6. ubi ait: Vicarius Episcopi

non potest se collocare inter Episcopum & Clerum, ne membra separantur à corpore. Verum ad hæc respondet ipse Pignat. loc. cit. num. 3. quod Vicarius etiam constituit unum caput moraliter cum Episcopo, sicut constituit cum eo unum ac idem tribunal. Fateturque ipse Ventrigl. cit. num. 2. prædicta à se in choro non indistinctè servari; cum videamus passim interveniente Episcopo, Vicarium sedere ante omnes Canonicos & dignitates.

*Questio 63. Num itaque dictâ de præcedentiâ Vicarii non patiuntur exceptiones & limitationes?*

**R**espondeo negativè: Sunt enim exceptiones sequentes. Prima, quod præcedet Archidiaconum & Archipresbyterum similesque dignitates, dum illi subditi sunt Vicario; sicut si ei subditi non sint, ut contingit v.g. dum est Vicarius Papiensis, & Archidiaconus Cremonensis in aliena, seu in tertia aliqua Diocesi, & contendunt de loco priore, præcedere enim tunc debere Archidiaconum, secus, si uterque subditus eidem Episcopo afferit. Sbroz. loc. cit. num. 22. ex Cuch. tit. de Vicar. Episc. num. 35.

2. Secunda, quod quando consuetudo esset in contrarium quod ad acceptionem candelæ, palmae, cinerum, thurificatione, adoratione Crucis, &c. ita ut ea accipere ac facere soleat Vicarius post alios Canonicos, ea consuetudo servanda sit, prout voluisse S. Congregat. Rit. in Neocastrens. 16. Jan. 1618. in Alexandrin. 15. Mart. 1608. testantur Ventrigl. l. cit. n. 8. Pax Jord. loc. cit. num. 247. Sic, de facto in multis Ecclesiis observatur contrarium, nempe quod Vicarius generalis intra & extra Ecclesiam subsequi debeat Archidiaconum, Præpositum, & Decanum; imò etiam in quibusdam locis omnes Canonicos Cathedralis (intellige, ubi Vicarius non esset Canonicus Cathedralis) Laym. in c. ut Archidiaconus. num. 4. & ex eo Pirh. cit. num. 34. dicentes difficile esse talem consuetudinem damnare. Pro qua consuetudine sustinenda hanc afferunt rationem & declarationem; quod cum unus idemque diverso respectu possit esse major & minor altero, eidemque præferri & postponi in ordine ad diversas causas & loca, ut constat ex l. 1. cap. de off. Vicar. ubi habetur, Vicarium etiam Præfetti Prætorii in causis civilibus & judiciis esse præferendum comitibus militaribus, sed in rebus militaribus postponendum: Hinc Vicarius Episcopi poterit esse superior & major dignitate in tribunali suo, aliosque præcedere debet, quatenus actu ibi vices Episcopi gerit, & jurisdictionem in omnes Clericos etiam Archidiaconum exercet: extra tribunal verò suum post alios sequi, iisque postponi in processionibus, choro & aliis conventibus, & ita respectivè (ut Pirh. nam Laym habet ita, ut absolute censeatur minor) potest Vicarii dignitas esse minor quàm aliarum quædam dignitates Ecclesiæ Cathedralis. De tali quoque consuetudine testatur Engels ad rit. de major. & obed. n. 6. eamque retinendam asruit ex Navar. conf. 1. de major. & obed. quin & eam extendit, ita ut Abbates quoque in locis & casibus, in quibus præcedunt Canonicos, præcedant quoque Vicarium juxta axionam: Si vinco vincentem te, multò magis vincote. His tamen non obstantibus contrarium, nempe Vicarium frui dictâ præcedentiâ supra Canonicos & dignitates (saltem absente Episcopo, ut Ventrigl. & Barbofa paulò post citandi) non obstante consuetudine aliisque in contrarium tenent Barbof.

Barbof. de *Canonic. & dignit. c. 5. num. 56.* Pignat. Tom. 3. *conf. 64. num. 10.* Ventrigl. &c. juxta quod testantur iidem Authores expressè declarasse S. Congregat. Rit. in *Andriens. 7. Aug. 1610. & Ferrar. 20. Decemb. 1604.* sic Sbroz. l. 2. q. 25. ubi postquam num. 5. dixisset: *ampliatur dicta conclusio; nisi consuetudo vel statutum exstaret in contrarium*, citassetque pro hoc Melillo ubi ante c. 5. num. 3. Rebuff. cit. num. 7. Bottæ. loc. cit. num. 26. Callan. loc. cit. & plures alios, & retulisset in contrarium aliquarum Ecclesiarum consuetudines, item Authores plures, puta Menoch. *conf. 207. num. 36.* Boër. *tr. de ordin. grad. utriusque for. p. 1. num. 12.* ubi dicit quòd stante consuetudine Præpositus præfertur Archidiacono, etiam electo in Vicarium Episcopi, &c. tandem subiungit Sbroz. *tamen præcedens opinio est majore DD. calculo fulcra & communis, detestabilisque probatur illa consuetudo tanquam ratione carens, & ex quadam ambitione, & stultitia inducta, contrariæque primò juri divino. Secundò ordini naturali. Tertio juri pontificio. Quarto juri Cæsareo, ut probant Rebuff. Jo. de Amiano, Melillo loc. cit.* Unde jam inferendum esset, uti plures inferunt apud Pirh. *cit. num. 34.* per consuetudinem aut statutum induci non posse, ut Archidiaconus præcedat Vicarium generalem, quia id foret absurdum, ut Felin. in *rubric. de major. & obed. num. 10.* Tusc. v. *Vicarius concl. 482. n. 21.* &, ut inquit Pignat. *loc. cit. num. 7.* foret irrationabile, si subditus præcederet Superiorem.

3. Tertia eaque principalis & omnibus, in quibus præcedentiam habere Vicarium diximus, communis limitatio est; quod nunquam dignitates aut Canonicos præcedat, quotiescunque hi incedunt, aut assistunt divinis parati, hoc est, induti paramentis seu vestibus sacris, puta pluvialibus, dalmaticis, &c. Barbof. *Juris Eccl. l. 1. c. 15. num. 40.* Ventrigl. *loc. cit. num. 3.* Pax Jord. l. cit. num. 244. (ubi etiam quòd hoc procedat, etsi Vicarius sit Protonotarius Apostolicus, & utatur rochetto & manteletta) citans declarat. expressam S. Congregat. Rit. in *Nolana & Lauretana 23. Mart. 1602.* Pignat. *cit. conf. 64. num. 11. & 14.* Unde etiam ad evitanda scandala & indecentia eadem S. Congregat. Rit. in *Lauret. 6. Sept. 1603.* apud Pignat. & in *Camerin. 14. Jun. 1608.* & in *Casalen. 5. Jul. 1614.* apud Pax Jord. num. 245. ordinavit & præcepit, ne Vicarius in ordinario suo habitu incedat inter Canonicos paratos. Et in specie, quòd Vicarius in choro & processionibus non debeat præcedere Canonicos, qui in choro assistunt Episcopo, vel in processionibus induti paramētis sacris, tradit Ventrigl. l. cit. n. 2. citans plures desuper S. Congr. Rit. declarationes. Item quòd in acceptione candelæ, palmæ, cinerum non debeat præcedere Canonicos, qui Episcopo assistunt aut inerviunt induti pluvialibus, planetis, aut aliis vestibus sacris. Ventrigl. n. 3. citans Congreg. Rit. in *Monopolitana 7. Aug. 1628.* & alias plures illius declarationes, contrarium tenente Pax Jord. hiæ expressis: *In receptione sâmen candelæ in die Purificationis B. V. atque palmarum antefertur ipsis Canonicis etiam paratis.* Sed neque sub prætextu illius consuetudinis præcedere potest Vicarius Canonicos paratos. Pax Jord. *loc. cit. num. 246.* Ventrigl. num. 6. Pignat. l. cit. n. 16. citantes declarat. Cong. Rit. in *Castellan. 25. Sept. 1621.* quin etiam non posse allegari consuetudinem immemorabilem ait Pignat. l. cit. num. 24. eò quòd per dictam S. Cong. Rit. non tantum simpliciter sit derogatum tali consuetudini (in quo casu admitti posset, quòd abrogando consuetudinem non abrogant, seu non comprehendit immemorabilem) sed etiam damnavit

illam tanquam abusum, iniquam, irrationabilem, adeoque & immemorabilem comprehenderit, etiam si non addidisset dictionem universalem ut Covar. *var. resol. l. 3. c. 13. num. 5.* Gonz. *ad reg. 8. Gl. 33. n. 9.* quos citat Pignat. Addit & aliam limitationem Pignat. Tom. 3. *Consult. 64. num. 19. in fine.* quòd si addit Canonicus aliquis Episcopus, tali assignetur locus super omnes Canonicos & dignitates.

4. Dicta quoque hucusque restringenda sunt ad Vicarium generalem Episcopi, ita ut locum non habeant in Vicario generali Capituli sede vacante; illi enim competit præcedentia super omnes Canonicos & dignitates, exceptâ primâ post Pontificalem, ut censuit S. Cong. Rit. in *Asiens. mense Aug. 1630.* quia cum habeat auctoritatem & jurisdictionem à Capitulo, est inferior Capitulo, & ideo non debet præcedere primam dignitatem, in qua repræsentatur Capitulum. Ita Pignat. *loc. cit. num. 22.* Sbroz. l. 2. q. 25. n. 20. ubi: *Declaratur, ut non procedat in Vicario sede vacante, quia illi Archidiaconus est præferendus. Neque etiam locum habeant in Vicario foraneo, qui præcedentiam super alios Presbyteros non habet ex eo solum, quòd est Vicarius foraneus, nisi contrarium haberet consuetudo.* Pignat. num. 23. Sic resolutum testans à S. Congreg. Episcoporum in *Nolana 15. Sept. 1600.* & in *Tranens. 7. April. 1601* & alibi. Idem habet Pignat. Tom. 4. *consult. 183. num. 4.* Engels *ad tit. de major. & obed. n. 60.*

*Quæstio 64. Quam sedem præsentem aut absentem Episcopo occupare debeat Vicarius generalis Episcopi in Ecclesia?*

R Espondeo: Præter dicta jam in antecedentibus, debet sedere in choro, & in Ecclesia in loco, quem illi consuetudo assignavit, nec debet illum pro libitu mutare. Pignat. *cit. consult. 64. num. 19.* Ventrigl. Tom. 2. *annot. 15. §. 2. n. 7.* sic declaratum testans ex *sell. à S. Congreg. Rit. in Alexand. 15. Mart. 1608.* & in *Neritonens. 4. Maij 1606.* Neque absente Episcopo debet locum illius occupare, sed debet esse idem locus absente Episcopo, quem illo præsentem habere consuevit. Ventrigl. Pignat. l. cit. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 234. citantes declarat. ejusdem cong. in *Brundus. 16. Jul. 1605.* Neque paranda est illi sedes cum tapetibus & pulvinari. Pignat. Ventrigl. *locis. cit.* Neque potest sibi baldachinum erigere in Cathedrali, aut alibi. Pax Jord. l. c. n. 238. juxta eandem declarat. S. Congreg. Quod si dignior sedes esset occupata, dignitates & Canonicos descendere debet uno gradu inferioribus. Pignat. *cit. n. 19.* sic declaratum testans à S. Congreg. Episcoporum. 28. Aug. 1599. & aliàs. Notanda etiam hic sunt, quæ habet Cardin. de Luca. *de Regular. d. 17. num. 2.* quod nimirum juxta plures Declarat. S. Cong. Rit. interveniente Vicario generali in choro, in quo sedes Episcopi est in medio, ita ut prope eundem alias à dextris sedeat prima dignitas, & à sinistris secunda dignitas, Vicarius occupet primam sedem à dextris Episcopi, & prima dignitas non sedeat post Vicarium, sed relicta illi dextrâ sedeat à sinistris prope Episcopum; quia semper locus dignior per digniorem occupandus est.

*Quæstio 65. An & qualiter Vicarius generalis Episcopi præcedat gubernatores, aliosque Judices & Commissarios generales?*

R Espondeo primò: Debet præcedere Gubernatores, Reitores, Prætores urbium, Judices, Commissarios, Potestates similesque Magistratus omnes sæculares suæ Diocesis. Sbroz. l. 2. q. 26. num. 5. Barbof. *Juris Eccl. l. 1. c. 15. num. 36.* Pignat. Tom. 4. *conf. 64. num. 8.* juxta plures S. Cong. Rit.

Rit. declarat. quas citat, puta in Nucerna 15. Maii. 1610. in Foroliviens. 24. Novemb. 1668. Et de commissariis ubique, & in omni loco tam presente quam absente Episcopo in Ravennatens. 28. April. 1607. quod postremum est contra Sbroz. num. 33. ubi: declaratur, & non procedat, quando Episcopus est præsens; tunc enim sæcularium Magistratum Vicario Episcopi præferendum refert Menoch, fuisse decisum ab Episcopo Belineensi *conf. 257. n. 49. vol. 3.* Vicarius enim ille in honore præferendus est omnibus Diocesanis, & honorandus sicut Episcopus, cujus locum tenet, & specialiter in Ecclesia præcedere quamlibet aliam dignitatem primam post Episcopum. Pignat. *cit. n. 5. citans c. precipimus. dist. 93.* Anton. de Pretis. *tr. de jurisdic. Episc. c. 6. n. 46.* Casan. *de glor. mund. p. 3. confid. 46. & 50 & p. 7. confid. 10.* Melill. *de precedent. Vicar. c. 4. & 5. num. 3. & c.* Tum etiam vel ex eo Magistratibus illis sæcularibus præferendus; quia gerit jurisdictionem Ecclesiasticam, & ordinariam quidem in foro quoque externo, quæ utique major est jurisdictione sæculari dæorum Magistratum juxta *C. solita. de Major. & Obed. ubi Canonistæ. Sbroz. l. cit. n. 7. citans Boer. tr. de auth. Magistrat. Cephal. conf. 360. num. 5. vol. 3. ubi is, quod Judex animarum dignior sit Judice sæculari: & prout simpliciter Judicem Ecclesiasticum esse majorem Judice sæculari, notat Gl. in c. licet. de except. in 6. Lancell. de attent. p. 2. c. 20. n. 78.* Et quidem talem Judicem, qui præest aliis Sacerdotibus, Canonicis, Archidiacono, Archipresbitero, Aboatibus aliisque inferioribus Prælatibus. Sbroz. num. 8. Anton. de Pretis *loc. cit. a num. 40.* Quamvis autem quis melioribus præest, tantò etiam major est. Sbroz. num. 11. citans Authen. *de defens. civ. s. dos igitur. Abb. conf. 21. num. 10. vol. 1. Menoch. conf. 51. num. 10. vol. 1.*

2. Limitatur nihilominus responsio multifariam à Sbroz. ac primò quidem num. 21. ita ut procedat in his, quæ pertinent ad spiritualia, non autem in iis, quæ spectant ad temporalia. Citat pro hoc Abb. in c. conquerente. *de off. ordinar. num. 2.* eò quòd in temporalibus Vicarius Episcopi æquiparetur legato Proconsulis; adeoque eum quo ad temporalia præcedent Magistratus sæculares ordinis majoris. Secundò à num. 24. ut non procedat in Officialibus deputatis per Episcopum in iis terris, quæ per Ecclesiam teneantur in feudum acceptum à Rege, aliove domino temporali, qui tunc subsunt cuilibet regio Officiali superiori; eò quòd Ecclesia quò ad ea bona feudalia, quæ tenet à Rege, aliove domino temporali ligetur legibus feudalibus Laicorum, subestque domino temporali, juxta *c. verum. de foro competent. & c. solita. de majoritate & obedientia.* Tertiò à num. 26. ut non procedat in Præsidibus, & Gubernatoribus provinciarum, & civitatum Ecclesiæ subjectarum, qui immediatè creantur à Papa, eò quòd isti Præsides provinciarum comparentur Archiepiscopis & Proconsulibus, & majores sunt omnibus in provinciis post Papam, juxta *c. cum venerabilis. de consuetudine; c. mandata. de presump. & utrobique Canonistæ.* Sic quoque ait Barbof. *l. cit. n. 41. & 42.* Vicarius Gubernatorem, vulgo Capitaneum in functionibus Ecclesiasticis præcedit, non tamen Gubernatorem civitatum, quæ sunt capita provinciarum, ut Narniensis Episcopo rescriptis S. Congreg. præposita negot. Episcop. 30. Julii 1592. Quin &, ut testatur Pignat. *loc. cit.* exiit decretum S. Congregat. Rit. quo censuit, quod Gubernatores civitatum, & provinciarum circa eorum præcedentiam cum Vicariis Episcoporum, si fuerint Præsides

P. Leuren. Vicarius Episc.

provinciarum, ut Bononiæ, Marchiæ Anconitanæ, Umbriæ & similibus, thurificentur, & accipiant pacem immediatè post Episcopum, etiam Episcopo absente, ac Gubernatores civitatum minorum præsentè Episcopo immediatè post ipsum; eò vero absente, si fuerint Episcopi, antè Vicarium propter dignitatem Episcopalem, si vero non fuerint Episcopi, post Vicarium immediatè antè dignitates, & Canonicos. Sic gubernatorem urbis Vicario, qui non sit Cardinalis, præferendum ait Sbroz. *loc. cit. num. 28.* ex Picardo. Sic gubernatorem Perusii habere potestatem Legati, & esse majorem Vicario Episcopi, & quolibet alio post Principem ait Sbroz. *ibid. num. 30.* ex Abb. *conf. 25. in fine vol. 1.* & gubernatorem Beneventi majorem Vicario Episcopi asserit Mandof. *tr. de inhib. q. 4. n. 7. & 8.*

Quæstio 66. Num Vicarius habeat eandem prærogativam, privilegium & immunitatem, quam habet Episcopus?

1. Respondeo negativè. Sbroz. *l. 2. q. 24. à n. 60.* citans Baldum in *l. sed si ff. de in jus vocandis*, ubi dicat majorem honorem deberi Episcopo quam Vicario. Et *ibid.* Jafon. *n. 6.* Item Felin. in *c. cum olim. il. 2. de off. delegat.* Menoch. *conf. 257. n. 89. cum seq. vol. 3.* ubi, quòd non sit pater omnium, nec honoretur ut Episcopus. Franc. in *c. non putamus. col. 2. vers. delegatus tamen. de consuetudine in 6.* ubi is: quòd si conceditur aliquid Principi ratione sua dignitatis, illud non extenditur ad ejus Vicarium. Unde jam, licet Vicarius repræsenteret personam Episcopi & auctoritatem; non tamen hinc sequitur, quòd in omnibus sit honorandus, aut immunitatem habeat sicut Episcopus. Sbroz. *l. cit. n. 1. 2. juncto n. 9.* cum adhuc fons fecutiens sit major quam rivulus inde proveniens, majorque sit potestas & imperium Episcopi, nec Vicarius in omnibus sit superior ut Episcopus.

2. Nihilominus responsionem limitat ipse Sbroz. primò n. 13. ut procedat quando Vicarius creatur ab Episcopo, non autem, si crearetur à superiore per suspensionem vel per mortem Episcopi; quia tunc gaudere illum eodem privilegio ait juxta *l. Vicarius. ff. de legatis.* citatque pro hoc more suo quam plurimos. Sic etiam ait Sbroz. *l. 2. q. 134. n. 6.* ubi Vicarius esset constitutus à Papa, omnes prærogativas Episcopi consequeretur, ad eò etiam causas Episcopo delegatas poterit cognoscere. Pro quo citat Bartol. in *l. filius. ff. de legat. Alexand. in l. more. n. 41. de jurisd. omnium Jud.* Item *ibidem n. 7.* ex Ruin. *conf. 548. n. 5. in 4.* dat hujus rationem, nimirum quia Vicarius à Papa creatus magis repræsenteret videtur Episcopum quam creatus ab Episcopo. Secundò n. 14. ut procedat in actibus quas exercendo non repræsenteret Episcopum. Secus in illis, in quibus Episcopum repræsenteret, quia in illis habet eandem prærogativam. Citat pro hoc Felin. in *cit. c. cum olim. il. 2. de off. delegat. col. 1. n. 1.* Tertiò, n. 15. ut procedat, quando Episcopus esset præsens, secus si absens; eò quòd tunc eadem illi debeatur reverentia ac honor, qui Episcopo, et si absente Episcopo honorari quoque debeat Vicarius juxta dicta supra. Citat pro hoc Picard. *conf. 52. n. 69.* qui sic nitatur conciliare utramque sententiam, dum concordari possunt hæc duo: non deberi Vicario in præsentia Episcopi tantum honorem ac reverentiam sicut Episcopo: & deberi tantum illi honorem ac reverentiam, etiam Episcopo præsentè. Ac denique n. 19. ait Sbroz. id non procedere de consuetudine, secundum quã indistinctè servetur, quòd Vicarius gaudeat Episcopi immunitate, ut testetur Felin. *l. cit. Card. in Clem. 1. de off. Vicarii.*

C

Quæstio

*Questio 67. Num Vicario liber Evngeliorum in missa osculandus tradi debeat?*

**R**espondeo negativè. Ventrigl. cit. §. 2. n. 9. (qui etiam addit, nequidem id competere Vicario Apostolico, juxta dicta à nobis supra ex Pignat.) Barbol. loc. cit. n. 43. ubi sic rescriptum ait à S. Congregat. Episcop. negot. præposit. Episcopo Melfitano 28. Aug. 1589. cum id solum competat Episcopo, & celebranti, ut eadem congreg. 14. April. 1592.

## PARAGRAPHUS II.

### De jurisdictione Vicarii generalis.

*Questio 68. Num ratione officii sui jurisdictionem habeat Vicarius Episcopi?*

**R**espondeo affirmativè. Pignat. Tom. 4. conf. 37. n. 4. juxta repetita à nobis sæpius in antecedentibus, & juxta communem AA. qui quia id supponunt, quæstionem de eo non faciunt. Est enim & dicitur Judex ecclesiasticus spectabilis, & de mediis Magistratibus. Sbroz. l. 2. q. 24. n. 18. & q. 26. n. 17. citans Pavin. de pot. capit. sede vac. p. 2. q. 10. n. 16. Anton. de Pret. de jurisd. Episc. c. 6. n. 46. & c. Dicitur præesse territorio. Sbroz. l. 2. q. 55. n. 21. citans Felin. in c. Rodolphus. n. 8. de appellat. in 6. patebunt hæc à fortiore & sequentibus.

*Questio 69. Num habeat jurisdictionem ordinariam, an delegatam?*

**R**espondeo: habere illum jurisdictionem ordinariam. Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 7. q. 12. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 42. Barbof. l. cit. n. 17. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 7. Pignat. Tom. 4. conf. 37. n. 4. Laym. in c. 1. de off. Vicar. in 6. Lotter de re benef. l. 1. q. 26. n. 130. Pirh. ad eund. tit. q. 35. citans Sanchi. de matrim. l. 3. d. 29. q. 1. n. 3. Covar. l. 3. var. resol. c. 20. num. 4. Sbroz. l. 2. q. 55. n. 9. citans Gl. in c. Romana. de appellat. in 6. v. generaliter. & ibi DD. Host. in sum. tit. de off. Vicar. n. 2. Bertach. de Episc. l. 4. p. 6. tit. de off. Vicar. Marant. in specul. advocator. p. 4. dist. 5. num. 12. Cuch. in instit. juris Can. de Vicar. tit. 8. num. 15. l. 2. & plurimos alios. Et sic dicitur Judex ordinarius. Barbof. Ventrigl. Pignat. loc. cit. Et simpliciter est, & dicitur Ordinarius. Sbroz. l. 1. q. 23. num. 5. citans immensam turbam Author. Garc. p. 5. c. 8. num. 21. ubi, quod Vicarius sicut Episcopus est Ordinarius. Citat præter jam citatos Pavin. de potest. Capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. num. 3. 4. & 9. Coraf. de benef. p. 2. c. 8. num. 3. Ugolin. de censur. tab. 1. c. 1. §. 20. n. 6. Mirand. de ordin. Jud. q. 2. a. 6. & plures alios contra Goffred. in sum. de off. Vicar. n. 2. Alciat. in rubric. de offic. Ordinar. n. 24. Morla in Empor. juris. p. 1. tit. 2. q. 27. Anton. Gomez. in explicat. Bull. cruciat. c. 4. n. 21. apud Garc. l. cit. Et sic decretis generaliter loquentibus de Ordinario non solum comprehenditur Episcopus, sed & Vicarius generalis Episcopi. Rosa. de execut. literar. Apost. p. 1. c. 3. n. 21. ubi: Ordinarii nomine pro certo tenendum est, quod veniat Episcopus ac ejus Vicarius, seu officialis generalis, & secundum communem ordinariam jurisdictionem poritur. ut Carol. Peregrin. in pr. Vicariatus p. 1. sect. 1. subsect. 3. Sbroz. l. 3. q. 6. n. 12. ubi ex Archid. in c. Reatina. 63. dist. quod facta mentione de Episcopo subintelligitur: vel Vicario. Pignat. cit. conf. 37. n. 4. Probatur nunc responsio nostra à Sbroz. cit. q. 55. n. 15. &

à Pirh. & Pignat. locis cit. ex eo, quod jurisdictione Episcopi & Vicarii sit eadem, unum idemque utriusque tribunal & consistorium, (sive ut Ventrigl. l. cit. n. 6. repræsentent certum & idem tribunal & curiam) juxta c. 2. de consuetud. in 6. juncta Gl. & c. Romana. de appellat. in 6. quodque faciat unam eandemque personam Vicarius cum Episcopo. Ventrigl. l. cit. ubi, quod Episcopus & Vicarius idem sunt. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 8. Pignat. l. cit. ubi, quod persona unius sit alterius, unum Judicem, unum judicium juxta eisdem textus. Dicitur quoque in jurisdictione associatus Episcopo. Sbroz. loc. cit. num. 27. Pignat. cit. num. 4. citantes Abb. conf. 21. num. 2. p. 1. Menoch. conf. 51. num. 2. vol. 1. jurisdictione autem Episcopi est ordinaria. Sbroz. citans Specul. in Rubric. de off. ordinar. p. 2. num. 1. Vantium de nullit. tit. de nullitat. ex defectu jurisdictione. deleg. num. 5. Alex. in rubric. ff. de jurisdictione. omn. Judic. num. 5. juxta c. cum Episcopus. de off. Ordinar. in 6. ergo etiam jurisdictione Vicarii generalis seu Officialis principalis ejusdem est ordinaria. Item probatur à Pirh. loc. cit. & à Pignat. loc. cit. num. 5. ex eo, quod à Vicario Episcopi (saltem in iis, ut addit Pirh. quæ ipso jure ratione officii Vicariatus competunt Vicario) non datur appellatio ad Episcopum, ne ab eodem ad eundem appellari videatur, juxta textus citatos. c. 2. de consuetud. & c. Romana. adeoque Vicarius non sit Judex delegatus sed ordinarius; siquidem à Judice delegato, ad delegantem potest appellari. C. super questionum. de offic. delegat. quia jurisdictione delegata est diversa, & distincta à jurisdictione ordinaria, licet ab eadem sit derivata & dependens. Probationes alias adjicit Sbroz. nimirum num. 17. quod Episcopus æquiparetur Duci, Comiti, & c. juxta Jason. in l. 1. ff. de offic. ejus. Bartol. in l. 2. ff. de verbis. observ. Substitutus autem Ducis, Comitis, & c. dicatur Ordinarius juxta Marant. de ordinat. Jud. num. 10. adeoque & substitutus Episcopi, qualis est Vicarius ejus generalis. Item num. 19. quod dum conceditur alicui jurisdictione in certo territorio, dicitur concedi jurisdictione ordinaria, ut Bartol. in l. more. & ibidem Jason. num. 53. ff. de jurisdictione. omn. Jud. Episcopus autem concedendo Vicario jurisdictionem in sua Diocesi, concedit eam in certo territorio; quippe Diocesis dicitur territorium ipsius Episcopi juxta Anchar. in Clem. 2. de rescript. q. 1. ubi, quod Vicarius Episcopi præsit in territorio, ut Felin. in c. Rodolphus. de appellat. in 6. num. 8. Item num. 24. quod ille, qui dare potest Judicem, habeat ordinariam jurisdictionem juxta cit. l. more. de jurisdictione. omn. Judic. Vicarius autem generalis Episcopi possit dare Judicem juxta c. Clericos. de offic. Vicarij. & c. 1. tit. eodem in 6. & utrobique Canonistæ: quin & non solum potest dare Judicem, & decretum interponere in alienationibus minorum, ut Sbroz. num. 22. juxta l. 2. ff. de off. ejus, qui vicem alterius gerit, sed etiam curatorem dare minoribus juxta c. 2. de Judic. quæ interpositio decreti, & datio curatoris, cum requirant causæ cognitionem, delegari non possunt. l. ne quicquam de offic. Procons. adeoque sunt auctoritate ordinaria, & sic in Vicario arguunt jurisdictionem ordinariam non delegatam.

2. Neque opponas primò; Vicarium non posse habere eandem jurisdictionem Episcopi ordinariam; ergo necessariò habere jurisdictionem diversam ab illa jurisdictione ordinaria Episcopi, adeoque delegatam. Antecedens probatur, sicut enim non potest unius ejusdemque

rei

rei possessio vel dominium simul esse penes duos in solidum l. 3. de acquirend. possess. l. si ut certio. ff. commo- dat. l. 3. de precario. Ita neque potest simul penes duos esse eadem jurisdic- tio in solidum, dum à posses- sione & dominio rectè arguatur ad jurisdictionem, quæ & ipsa est jus aliquod. Nam responderetur, quòd licet duo non possint eandem rem in solidum simul possidere eodem modo, quod voluit citati textus, & ut expresse habetur in c. licet. §. ex pramisso. de prob. possint tamen diverso modo & respectu possidere, scilicet ut unus possideat naturaliter, alter civiliter, unus nomine alterius, alter per seipsum nomine suo ac proprio: quomodo etiam ejusdem rei dominium potest esse penes duos in solidum diversa ratione, ita ut penes unum sit dominium directe, penes alterum utile; sic licet non possit eadem jurisdic- tio æquè principaliter, eodemque modo simul esse penes duos in solidum, non est tamen absurdum, ut eadem jurisdic- tio sit penes Episcopum principaliter ac proprio nomine: qui ratione dignitatis Episcopalis quasi dominium jurisdic- tionis habeat; penes Vicarium accessorie & secundario, & non suo sed principalis nomine, & quasi exercitium jurisdic- tionis, ut potè qui non suo nomine, sed nomine principalis, & quasi exercitium jurisdic- tionis, ut potè qui non suo nomi- ne, sed vice Episcopi jurisdic- tionem dicitur exerce- re. Ita ferè Pirh. l. cit. n. 36. citans Sanch. ubi supra n. 13. Barbof. de potest. Episc. Alleg. §. 4. num. 38. & 39. Quòd si iustus: vel ex hoc ipso, quòd Vicario Epi- scopi jurisdic- tio competat, & in sit non suo, sed nomi- mine alterius, scilicet Episcopi, sequitur illum non habere jurisdic- tionem ordinariam, sed solum dele- gatam, ut potè quæ in hoc distinguitur ab ordinaria, quòd Judex ordinarius propria jurisdic- tione utatur, & proprio nomine, delegatus vice alterius, qui man- davit, non sua fungatur, juxta l. qui mandatum. ff. de off. ejus cui mandat. juris d. l. solet. ff. de juris d. omn. Jud. respon- det Pirh. l. c. n. 30. ex Sanch. l. c. eam, qui vices alteri- su gerit in diverso tribunali, esse Judicè delegatum, non autem eam, qui vices alterius ita gerit, ut con- stituat idem tribunal cum ipso, sicuti Vicarius cum Episcopo; tunc enim erit Judex ordinarius, cum Episcopi jurisdic- tio sit ordinaria. Unde generaliter loquendo, ex eo, quòd quis gerat vices alterius, non sequitur, quòd non habeat jurisdic- tionem ordi- nariam, sed delegatam, ut patet in legato Papæ, qui ejus vices gerit. c. 1. de off. legat. & tamen habet jurisdic- tionem ordinariam c. 2. tit. eodem in 8. pro- inde requiritur insuper, ut vices alterius gerat non ex ullo proprio officio, cui talis jurisdic- tio cohar- reat. Vicarius autem Episcopi exercet jurisdic- tionem vice Episcopi ratione officii Vicariatus, non ex nuda commissione, & in eodem tribunali juxta Barbof. l. cit. n. 43. Ad ea, quæ contra hoc ipsum obmoveri possent, dicendo nimirum; jurisdic- tionem officio Vicariatus non esse annexam à lege, si- cut ea annexa est ex Canone officio Archidiaconi, sed concedi ab Episcopo, qui cum ipse non sit Prin- ceptus supremus, constituere nequit Judicem ordi- narium, adeoque nec concedere jurisdic- tionem ordinariam, ad ea inquam respondebitur paulò post, ubi quæretur, à quo Vicarius suam habeat jurisdic- tionem.

3. Neque opponas secundo jurisdic- tionem ordi- nariam esse perpetuam, irrevocabilem, & non expirare morte concedentis, sicut jurisdic- tio dele- gata expirat morte delegantis, re adhuc integra, & qualiter jurisdic- tio Vicarii non est perpetua, sed ad nutum Episcopi revocabilis, & expirat morte Episcopi, et si res adhuc sit integra. Nam respon-

P. Leuren, Vicarius Episc.

detur; de ratione ordinariæ jurisdic- tionis esse, ut sit perpetua & irrevocabilis, neque morte conce- dentis expiret, quando alicui per se prin- cipaliter, seu principaliter, & proprio nomine uesti- & competit; secus, quando jurisdic- tio ordinariæ alicui non uesti- principaliter ac per se, & nomine proprio, sed solum accessorie, ita ut vice & nomi- mine alterius exerceatur, sicut est in Vicario Epi- scopi solum accessorie, & quòd ad exercitium. Pirh. loc. cit. n. 28. ex Sanch. loc. cit. & Barbof. l. c. n. 44.

4. Neque opponas tertio; Episcopum non posse constituere Judicem ordinarium, cum id sit solius Principis supremi c. à Judicib. de arbitris. & ibi Gl. & nullus inferior Princeps possit officium suum seu totam jurisdic- tionem suam alteri committere. Maranta de juris d. p. 4. distinc. 5. num. 51. & Authores comunitè in c. penult. de Judic. apud Lay- man. in c. ut Archidiaconus. de off. Archid. n. 3. adeo- que jam non nisi delegatam jurisdic- tionem conce- dere poterit Vicario. Nam responderetur, quòd licet Episcopus nequeat constituere Judicem ordinarium, qui distinctum ab eo tribunal & jurisdic- tionem ha- beat, possit tamen constituere, qui idem cum ipso tribunal & jurisdic- tionem habeat, sitque Episcopo substitutus in eadem jurisdic- tione. Pirh. loc. cit. num. 37. Adde, quòd juxta plures habeat jurisdic- tionem, non ab Episcopo, sed à lege, de quo paulò infra.

Quæstio 70. An quoque pari modo Vicario capituli Sede vacante, & Vicario foranico Episcopi competat jurisdic- tio ordinaria?

1. Respondeo ad primum affirmative. Sbroz. l. 2. q. 55. n. 31. citans Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 8. de quo vide dicenda tr. seq.

2. Resp. ad secundum negative. Sbroz. l. c. n. 33. citans Gl. in Clem. 2. de rescript. v. foraneus. Marant. de ordm. Jud. p. 4. dist. 5. n. 14. Milis in reperor. v. Vicarius foran. Covar. qq. pract. c. 4. n. 7. Cuch. in fest. ju- ris can. tit. 8. de Vicar. n. 16. l. 2. & plurimos alios. Idem tenet Lotter. l. 1. q. 23. n. 46. citans Gutier. de matrim. c. 68. n. 11. Barbof. de potest. Episc. p. 3. alleg. 54. n. 22. Garc. p. 5. c. 8. n. 29. ubi, quòd is dicatur dele- gatus, nec faciat idem tribunal cum Episcopo, unde à tali Vicario appelletur ad Episcopum vel ejus Vica- rium. Citat pro hoc Sanch. de matrim. l. 2. d. 29. n. 12.

Quæstio 71. In quibus Vicarius generalis ha- beat jurisdic- tionem ordinariam?

1. Resp. habet primo in iis, quæ ex generali of- ficio Vicariatus ei competunt, & in generali mandato Vicariatus ei committuntur. Sbroz. l. 2. q. 55. n. 35. citans quamplurimos. Pirh. l. c. n. 40. citans Laym. de juris d. ordinar. concl. 105. Sanch. de matrim. l. 3. d. 28. c. 8. n. 8. Garc. l. c. n. 40. cum communi.

2. Secundo etiam in iis, quæ speciali commissione opus habent, modo in prima commissione generali vicariatus officio specialiter annexantur, seu simul & unà cum jurisdic- tione generali, & ordinaria pote- state committantur. Secus est in causis, quæ speciale mandatum requirentia in prima commissione seu constitutione Vicarii ipsi specialiter non committuntur, sed postea seorsim ac separatim per speciale manda- tum, ita ut in his delegatam solum jurisdic- tionem ha- beat Vicarius. Sbroz. l. c. n. 38. & 39. Garc. l. c. n. 40. & 41. citans Felin. in c. licet in corrigendis. de off. ordinar. n. 1. Aufreer. ad Capell. Tholosan. decis. 443. Gamb. de off. legat. l. 9. n. 33. & seq. Bero. conf. 22. n. 14. & 19. vol. 1. Sanch. ubi ante. Pirh. Laym. loci cit. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 49. ubi etiam: quòd, quidquid sit in jure, in praxi videmus servari, quòd

C 2

Vica-

Vicarii in his, quæ speciale mandatum requirunt, semper procedant ut Ordinarii, non ut delegati. Nam, se subscribunt in actis. NN. Vicarius generalis. Contrarium responsioni nostræ tenentibus Lapo in c. 2. de off. Vicar. in 6. Dominic. ibidem. Anchar. num. 2. Marc. Anton. Genuens. in pr. cur. Archiep. Neapol. c. 66. num. 25. apud Garc. l. cit. num. 45. in quantum tenent; quod sive in simul, sive in diversis temporibus fiat commissio specialis alicujus vel aliquorum requirentium speciale mandatum, & addatur clausula generalis: & ad omnia alia requirentia speciale mandatum: tunc tota jurisdicção sit ordinaria; eo quod ille ordinarius est, cui committitur universitas causarum. Si verò non adicitur dicta clausula generalis, tunc in expressis requirentibus specialem commissio- nem erit jurisdicção delegata. Verum nostræ responsionis bonam, & generalem rationem dat Pirh. ex Sanch. loc. cit. quod in priore casu jurisdicção quod ad actus specialem commissio- nem exigentes, datur tanquam annexa, & accessoria ad ipsum officium generale Vicariatus, & ideo, sicut jurisdicção principalis ipsius officii generalis Vicariatus est ordinaria, ita & jurisdicção quod ad actus specialiter commissos accessorie illi annexa transit in ordinariam; quia accessorium sequitur principale, juxta reg. juris 42. in 6. Secus est in posteriore casu, in quo jurisdicção ad actus specialiter commissos non accessorie, sed separatim & singulariter, & independentè à generali officio Vicariatus datur, ideoque delegata censeri debet. Specialiter quoque doctrinam & rationem adversariorum elidit Garc. cit. num. 45. nempe, quod sola commissio universitatis causarum non faciat verè Ordinarium, & quod dum in simul cum potestate ordinaria fit commissio aliquorum requirentium speciale mandatum, tota jurisdicção sit ordinaria, et si non addatur dicta illa clausula generalis, ex quo una est commissio juxta c. translat. de constit. Unde jam etiam in his casibus ita singulariter ac separatim commissis appellari potest à Vicario ad Episcopum delegantem. Pirh. loc. cit. et contra in requirentibus speciale mandatum, simul tamen cum potestate ordinaria committi solitis à Vicario ad Episcopum non datur appellatio. Garc. loc. cit. n. 42.

3. Tertio etiam in his, quæ specialem commissio- nem requirentia committuntur quidem singulariter ac speciatim à commissio- ne generali Vicariatus, committuntur tamen tanquam Vicario generali, seu intuitu officii Vicariatus. Pirh. loc. cit. Sic quoque tradit Joan. And. ad speculator. in Rub. de off. Vicar. apud Garc. num. 43. quod quando divisim ac separatim committuntur, quæ requirunt speciale mandatum, tota jurisdicção sit ordinaria, si in commissio- ne fiat mentio Vicariatus, sive in salutatione dicendo: Tali Officiali vel Vicario nostro; sive in progressu dicendo: Tibi Officiali nostro committimus, quod possis, &c. sic dicendo: potestatem tibi alias per nos commissam extendimus, prorogamus, ampliamus. Joannem And. sequitur Sanch. l. cit. Hanc tamen doctrinam sibi non placere ait Garc. n. 44. nisi in eo solum casu, dum diceret Episcopus, quod potestatem alias commissam extendat vel ampliet; non verò si in commissio- ne illa separatim facta fieret solum mentio Vicariatus sive in salutatione, sive in progressu; eo quod sola Vicariatus mentio non operetur extensionem, prorogationem, aut ampliationem potestatis alias commissæ, sed solum sit causa demonstrationis personæ, cui datur nova illa commissio.

Quæstio 72. A quo jurisdicção- nem suam ordinariam accipiat Vicarius generalis Episcopi?

Respondeo: Accipere Vicarium hanc jurisdicção- nem non tam ab Episcopo quam ab ipsa lege; eò quod licet nulla lex Canonica in toto Jure Canonico reperiat, quæ expressè hanc jurisdicção- nem tribuat isti vicario, cum tamen Jure Canonico licitum sit, & permissum Episcopis constituere & assumere Vicarios. c. cum Episcopus. de off. ordinar. in 6. c. ult. de heret. in 6. qui vice eorum jurisdicção- nem Episcopalem exercent, hoc ipso, quod Episcopus nominat & constituit Vicarium ex permissione juris, jus ipsi det, & conferat jurisdicção- nem ordinariam, supposita tamen & interveniente dicta nominatione seu institutione Episcopi. Sic inquam docet Sbroz. l. 2. q. 14. & 26. & alii plures citati à Garc. loc. paulò post citand. Item Pirh. l. cit. num. 37. citans pro hoc Barbof. de potest. Episc. alleg. § 2. n. 40. & 44. Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. q. 1. n. 13. Idem tenet Pignat. Tom. 4. consult. 37. n. 6. ubi lex ipsa est, quæ dat jurisdicção- nem Vicario generali secundum Gl. in c. Romana. v. generaliter. de appellat. rejecta opinione Gofred. & aliorum. Citat quoque pro hoc Abb. in c. quoniam. etiam in fine, ubi is asserat, quod Episcopus propriè non dat jurisdicção- nem Vicario, sed lex ipsa ministerio & factio Episcopi interveniente: eadem habet Pignat. Tom. 3. conf. 64. n. 4. ubi Vicarius accipit jurisdicção- nem à lege, ubi primum Vicarius constituitur; unde habeat jurisdicção- nem ratione officij, & titulo Vicariatus, juxta c. 2. de off. Vicar. in 6. ut notant Abb. conf. 21. n. 3. l. 1. Covar. qq. pract. c. 4. n. 4. in fine. Fagn. in c. quod nobis. de clandest. desponsat. n. 45. &c. Quorum sententiam secutus fui in foro benef. p. 2. q. 681 n. 2. citatis Castropal. Molin. Azor & aliis. Contrarium tamen tradit Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 24. & 25. ubi is: dicitur Ordinarius ex eo, quod juris permissione & consuetudine ab Episcopo constituatur, ut ejus locum teneat, & jurisdicção- nem generaliter exercent, & sic perinde, ac si à lege constitueretur. Non tamen ex eo est Ordinarius, quod lex det jurisdicção- nem Vicario interveniente ministerio & factio Episcopi, ut tenent Rota decis. 4. de off. Vicar. alias 378. in Novis. Marani. in speculo advocator. p. 4. dist. 5. n. 12. Thom. Sanch. nam verius est, Vicarium accipere jurisdicção- nem ab Episcopo eum deputante, ut tenet Vestrius in pr. Curia Roman. l. 3. c. 3. n. 2. nec id negari potest. Idem isdem verbis ex Garcia tenet Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 43. & distinctius aliquantum ex Hostiens. tit. de off. delegat. tradit Laym. in c. ut Archidiaconus. de off. Archid. n. 3. quod jurisdicção- illa ordinaria Vicarii directè proveniat ab Episcopo, creante seu assumente Vicarium; & indirectè verò à lege seu Canone, nimirum concedente Episcopis potestatem assumendi seu creandi Vicarium; sicut è contra jurisdicção- ordinaria Archidiaconi directè provenit à lege & indirectè ab homine, v. g. Episcopo, instituente Archidiaconum, seu conferente Archidiaconatum.

Quæstio 73. An & qualiter idem cum Episcopo consistorium seu tribunal habeat Vicarius, & in quibus casibus habeat idem tribunal?

1. Respondeo ad primum affirmativè. Barbof. Juris eccles. l. 1. c. 15. n. 18. Pax Jordan. l. c. n. 58. Lotter. de re benef. l. 1. q. 23. n. 45. Sbroz. l. 2. q. 25. n. 3. & q. 57. n. 1. Laym. in c. non putamus. de consuetud. in 6. n. 2. Ego in foro benef. p. 2. q. 681. n. 2. citatis pluribus juxta dicta in antecedentibus frequenter.

2. Resp. ad secundum: Vicarius non habet in omnibus idè consistoriù seu tribunal cum Episcopo, Sbroz. l. 3.

l. 3. q. 6. n. 24. Sed in iis tantum, quæ competunt Episcopo ratione jurisdictionis ordinariæ; non verò in iis, quæ ei competunt de jure speciali aut consuetudine. Sbroz. l. 1. q. 30. num. 12. & l. 2. q. 175. num. 16. Sic etiam in causa per Episcopum delegata, Vicarius non habet idem tribunal cum Episcopo; nam delegatus ille Episcopi in illa causa major est Vicario. Sbroz. l. 3. q. 6. num. 24. citans Cassan. in catalog. glor. mund. p. 7. consid. 20. Item Vicarius non habet idem consistorium cum Episcopo quo ad supplicationem juxta Franc. in c. non putamus. de consuetud. in 6. post Joh. And. in c. Romana. de appellat. in 6. in princip. apud Sbroz. l. 3. q. 12. n. 3. sed de hoc paulò post. An verò pari modo non faciat idem tribunal cum Episcopo quò ad recusationem ut Archid. & Franc. in c. non putamus. apud Sbroz. l. 3. q. 13. n. 3. vide apud eundem *ibidem*, & dicenda à nobis paulò infra. Limitat quoque dictum illud, quòd Vicarius idem tribunal cum Episcopo habeat, Barbof. l. cit. dum ait, id intelligi de causis spiritualibus; in temporalibus enim (ubi Episcopus jurisdictionem habet temporalem) ab ejus Vicario, quamvis ordinario, ad Episcopum tanquam altius tribunal appellatur, argumento Clem. 2. de rescrip. juncta Glof. l. illud quoque observandum hic ex Laym. in c. e. non putamus. n. 4. quòd licet idem utriusque sit tribunal, eademque jurisdictio, nihilominus jurisdictio Episcopi à jurisdictione Vicarii differat, non quidem substantialiter, sed accidentaliter, quatenus hæc ab illa dependens est, adeoque jurisdictio firmior sit in Episcopo quam Vicario: Sicut aqua potentior est in fonte quam in rivulo. De cetero quòd unum idemque tribunal habeat Vicarius cum Episcopo, intelligendum non esse de Vicario foraneo, dictum in antecedentibus, & spiritualiter de Vicario deputato ad civitatem tantum, quòd non faciat idem tribunal cum Episcopo, dictum est aliàs ex Sbroz. l. 1. q. 29. num. 2. citante pro hoc plures.

*Questio 74. An appellari possit à sententia Vicarii ad Episcopum?*

**R**espondeo: Non datur appellatio à Vicario ad Episcopum tanquam ab eodem ad se ipsum. Sbroz. l. 1. q. 23. n. 8. & l. 3. q. 1. n. 1. citans c. Romana. de appellat. in 6. & ibi DD. C. non putamus de consuetud. in 6. & ibi Archid. Anchar. Franc. Gemin. c. si quis. de off. deleg. in 6. Lancelot. institut. juris can. de off. Vicarii. & plurimos alios. Laym. in c. Romana. n. 2. & in c. ut Archidiaconus. de off. Archid. n. 8. & in c. non putamus. n. 1. ubi, quòd non valeat consuetudo immemorialis appellandi à Vicario ad Episcopum; eo quòd consuetudo, quæ est contra substantiã rei, de jure impossibilis atque irrationalis judicari debet; Ratio verò ac veluti substantia appellationis in eo consistat, quòd sit ad alium eumque majorem Judicem provocatio l. 1. §. si quis ff. de appellat. c. placuit. causa 2. q. 6. Episcopus autem ejusque Vicarius, seu Officialis principalis unum idemque tribunal habent, adeòque repugnet ab hoc ad illum appellare; uti etiam talem consuetudinem non valere, ait Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 6. Pax Jord. loc. cit. num. 64.

2. Extenditur responsio primò, ita ut si de facto interponatur talis appellatio, etiam partibus consentientibus, commissio causæ, & processus inde secutus sit invalidus & nullus. Sbroz. cit. q. 2. n. 11. & 12. Barbof. de pot. Episc. p. 3. alleg. 54. num. 48. Tusch. Lit. a. concl. 349. num. 7. Pax Jord. loc. cit. n. 61. Secundò, ut ne quidem detur appellatio talis in requirentibus speciale mandatum, dum ea simul

P. Lauren. Vicarius Episc.

cum potestate ordinaria commissa sunt. Garc. loc. cit. n. 42. Ego, fori benef. p. 2. q. 693. Tertio ut procedat tam de appellatione judiciali quam extrajudiciali. Sbroz. loc. cit. num. 10. & ex eo Pax Jord. n. 62. Barbof. ubi ante. Quarto ut procedat quoque in supplicatione. Sbroz. l. 3. q. 12. per tot. Barbof. l. cit. n. 49. Pax Jord. num. 63. sed de hoc inferius specialiter.

3. Limitatur e contra responsio primò, ut non procedat respectu causarum specialiter delegatarum Vicario ab Episcopo extra commissionem generalem Vicariatus; quotiescunque enim Vicarius non ut ordinarius, sed ut delegatus Episcopi procedit, appellatio detur ad Episcopum delegantem. Garc. loc. cit. n. 40. citans quamplures. Sbroz. l. 2. q. 55. n. 35. Barbof. loc. cit. n. 52. & ex eo Pax Jord. l. cit. n. 71. citantes Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. n. 6. Unde jam etiam à Vicariis quantumcumque delegatis ad universitatem causarum, cum semper maneant delegati, conceditur appellatio ad Episcopum delegantem, non ad Superiorem. Pax Jord. l. cit. citans eosdem quos ante, ac dicens, pro indubitato recipi à communi.

4. Limitatur secundò, ut non procedat in appellatione ab interlocutoria Vicarii: nihil enim verat, quò minus ab ea ad Episcopum appellatio per viam recursus à gravamine interponatur. Barbof. l. cit. n. 30. & ex eo Pax Jord. n. 67. citantes præter alios Put. l. 2. decis. 302. Jacob. Laurent. de jud. suspens. c. 24. n. 12. sicut enim Judex ipse decretum suum, quòd interloquendo pronuntiavit revocare, mutare, & emendare (etiam sæpius, ut addit Pax Jord. n. 68.) potest. Barbof. num. 51. citans Cardos. in pr. iudicium V. Judex. num. 66. & 67. Ricc. in collect. p. 5. collectan. 1474. Calder. Põreiram. qq. forens. l. 1. q. 9. Gratian. discept. for. c. 474. n. 11. &c. juxta l. quòd iust. ff. de re jud. l. dicere. ff. de arbit. c. cum cessante. de appell. (modo tamen sententia illa interlocutoria non sit mandata executioni. Barbof. cit. n. 51. Pereira l. cit. n. 8. Pax Jord. n. 68. nec finem imponat iudicio aut processui. Barbof. Pax Jord. locis cit. Pereira n. 9. nec sit geminata, aut ab ea transferint decem dies; quia tunc efficitur irrefractabilis, seu revocari non potest ad petitionem partium, seu partes eam retractationem petere nequeunt. Barbof. Pax Jord. locis cit. citato Gratian. c. 155. num. 35. quamvis (ut addit Pax Jord. Judex non impediatur eam ex officio concedere) sic etiam Episcopus, cum eandem jurisdictionem, & auditorium cum Vicario habeat, sententiam, quam Vicarius ipse interloquendo pronuntiavit, tanquam à se ipso probatam corrigere, & emendare poterit. Barbof. cit. num. 51. & ex eo Pax Jord. num. 7.

5. Observandum quoque hic, quòd tradit Sbroz. l. 3. q. 2. num. 9. ex Franc. in c. non putamus. de consuetud. in 6. quòd à Vicariis (intellige quibuscumque) detur appellatio ad eorum principales, à quibus constituti, dum hi sunt supremi Principes, non agnoscunt Superiorem propter defectum superioritatis. Sic etiam tradit Pax Jord. l. cit. num. 6. à Vicario Papæ ad Papam appellari posse.

*Questio 75. Num pari modo à Vicariis foraneis Episcopi appellari nequeat ad Episcopum?*

**R**espondeo negative. Quòd enim Episcopi, & ejus Vicarii seu Officialis unum sit tribunal, de Vicario solum generali intelligitur, seu ad universitatem causarum Ordinario. Garc. p. 5. c. 8. n. 29. citans quamplures. Laym. in c. non putamus. de consuetud.

n. 6. num. 7. Barbof. *Jur. Eccles. l. 1. c. 15. num. 18.* juxta Clem. 2. de *rescrip. & c. Romana. de appellat. in 6. contra Germon. de indulg. Cardin. l. 1. c. 7. num. 88.* Et sic in specie, etiam si Vicarius resideat in civitate, restrictè tamen ad illam tantum, aut ad alium locum vel loca & partem Diocesis, non ad totam, adhuc ab eo appellari possit ad Episcopum; quia remaneret foraneus. *Garc. loc. cit. num. 30.* ubi ait in *Abulens. matrim. de Anno 1542.* resolutum à Rota, à Judice Metropolitano Archiepiscopi Compostellani residente in civitate Salmantina deputato ad cognoscendum de causis appellationum certorum Episcopatum Suffraganeorum tanquam Vicario foraneo posse appellari ad Archiepiscopum. *Pax Jord. loc. cit. num. 50.* *Sbroz. l. 1. q. 23. num. 4.* ubi dicit, talem Vicarium restrictè constitutum ad civitatem non dici generalem, sed delegatum *juncto num. 9.* ubi dicit, à Vicarii foranei sententia dari appellationem ad Episcopum, aut ejus Vicarium generalem. Item *q. 29. num. 1. & 2.* ubi talem dicit esse Vicarium foraneum, & non habere idem tribunal cum Episcopo. Unde mirum est, quòd hic auctor tam manifestè sibi contradicat *l. 3. q. 2. num. 5.* ubi is expressè: *Ampliatur primò, etiam non dari appellationem ad Episcopum à sententia Vicarii generalis constituti in Civitate tantum, &c.* quia is non est verè & absolute generalis, ut *Garc. loc. cit. num. 53.* & ipse *Sbroz. confessus erat cit. q. 29.* Sic itaque appellari poterit à Vicario foraneo ad Episcopum, cujus est Vicarius foraneus, vel ejus Vicarium generalem. *Garc. loc. cit. num. 29.* citans quamplures. *Sbroz. l. 2. q. 62. num. 6.* ubi expressè: *Quia foraneus Vicarius dependet à Vicario generali seu principali, & eidem subditus est, ab ejus sententia ad Vicarium generalem appellatur.* Citat pro hoc *Archidiacon. in c. 2. de consuetudine in 6. in fine. Cardin. in Clem. 2. de rescrip. num. 25. Felin. in c. si quis contra. De foro compet. num. 5. & plures alios.* Limitat tamen hoc ipsum *Sbroz. cit. q. 62. num. 8. & 9.* ut non procedat appellatio à foraneo ad Vicarium generalem, dum appareret, quòd propter causas delegatas ab Episcopo potestas detracta esset ab ordinaria potestate Vicarii generalis, & concessa foraneo; eò quòd tunc Vicarius quòd ad illas causas non subsit Vicario generali. Sed neque à Vicario tali foraneo appellari potest præterito Episcopo, ejusque Vicario ad Metropolitanum. *Sbroz. l. 3. q. 2. n. 6.* nisi forte consuetudo haberet aliud, *Sbroz. ibidem n. 7.*

*Quæstio 76. Ad quem ergo detur appellatio à sententia diffinitiva Vicarii generalis?*

**R**espondeo: Ad Archiepiscopum seu Metropolitanum Episcopi, cujus est Vicarius, vel ad Papam, sive ad illum, ad quem appellaretur ab Episcopo. *Sbroz. l. 3. q. 1. num. 1.* juxta *c. Romana. de appellat. in 6. & ibi Innoc. & Archid.* Idque non obstante in contrarium consuetudine etiam immemorali. *Sbroz. ibid. num. 2.* Ita tamen, ut procedat in appellationibus à diffinitiva, vel ab alia habente vim diffinitivæ, & cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequit; secus enim est ab interlocutoria, vel à quocunque alio gravamine ante diffinitivam. *Sbroz. num. 3.* De cetero Metropolitanus cognoscere non poterit de negotio principali omisso articulo appellationis, etiam cum consensu Vicarii Episcopi Suffraganei, nisi ejusdem ad sit mandatum speciale. *Sbroz. num. 4. & 5.* citans *Jo. Baptist. Ferret. conf. 307. num. 1. & 2.*

*Quæstio 77. An à sententia Vicarii generalis supplicari possit ad Episcopum?*

**R**espondeo negativè. *Barbof. de off. & potest. Episc. p. 3. alleg. 54. num. 49.* citans *Marches. de commiss. p. 1. c. 6. n. 118.* *Pax Jord. l. cit. num. 63.* ex *Sbroz. l. 3. q. 12. à n. 2.* citante pro hoc *Hoff. & Archid. c. Romana. Cardin. in Clem. 2. de rescrip. n. 8.* *Aufferer. in addit. ad Tolosan. q. 439. & c. Rationem ex iisdem Authoribus dat Sbroz. primò.* Quòd si à sententia Vicarii supplicari possit ad Episcopum, fieret fraus prohibita: appellationi contra mentem *cit. c. Romana. & c. 2. de conscrip. in 6. & contra regul. juris in 6. quòd unà viã prohibetur, ad illud alia viã non debet admitti.* Secundò, quòd vel sic non esset idem consistorium Vicarii cum Episcopo, si à consistorio Vicarii supplicari possit ad consistorium Episcopi; adeoque jam prohibita appellatio ab ipso, prohibitum quoque est supplicare ad Episcopum, non obstante ut *Sbroz. l. cit. num. 6.* quòd supplicatio de cetero differat ab appellatione: siquidem differentia illa procedat in casibus expressis, in aliis verò supplicatio & appellatio procedant pari passu, ut *Roland à Valle conf. 94. n. 9. & seg. vol. 3. Imol. conf. 146. col. 4. in fine.* Uti etiam differentiam illam inter supplicationem & appellationem locum habere dicit *n. 7.* si fieret Principi habenti jurisdictionem diversam à suo Judice; non verò si fiat Episcopo habenti eandem jurisdictionem cum suo Vicario.

2. Ampliat quoque hanc doctrinam de supplicatione prohibita ad Episcopum *Sbroz. l. cit. ut locum quoque habeat in Vicario Capituli sede vacante,* citans pro hoc *Pavin. de potest. Capit. sed. vac. p. 2. q. 10. num. 14.* *Jo. And. in cit. c. Romana. de appell. in 6. Zenzel. in Clem. 2. de rescrip.*

3. Limitatur tamen etiam à *Sbroz. l. cit. n. 10.* responsio nostra, ut procedat de supplicatione strictè tali, non autem, ubi agitur de restitutione largè tali, qualem vocat, quæ concevit, seu respicit commodum restitutionis in integrum; eò quòd, si supplicatio porrigatur ad solum effectum restitutionis in integrum, seu suam intentionem unicè fundet in hoc remedio restitutionis, poterit interponi, & poterit Episcopus eidem supplicationi deferens restituere in integrum adversus Vicarii sui sententiam, non secus ac ipse Vicarius contra sententiam à seipso latam potest concedere condemnato hanc restitutionem. *Sbroz. cit. n. 10.* *Pax Jord. cit. n. 63.* *Barbof. cit. n. 51.* citante pro hoc *Capell. Tholosan. decis. 479.* *Cabellin. milleto q. 747.* *Bertach. de Episc. p. 5. l. 4. n. 67.* *Cuch. Instit. major. l. 3. lit. 9. de Episc. n. 308.* *Zerol. in pr. p. 1. v. Vicarius §. 5. &c.* pro cujus ulteriore declarat. fit

*Quæstio 78. Num igitur & qualiter Vicarius tam contra suam, quam Episcopi sui sententiam restituere possit in integrum?*

**R**espondeo primò: Possit Vicarium contra sententiam à se ipso latam restituere in integrum jam dictum est, stabilitque id ipsum *Sbroz. l. 3. q. 13. n. 1. & 2.* citatis quam plurimis, & insuper hac ratione desumpta ex *c. causa. junctà Gl. v. habentibus. de restitution. in integ.* quòd Ordinarij, qui habent jurisdictionem cum administratione (qualiter illam habet Vicarius generalis Episcopi, ut dictum supra) possunt concedere restitutionem in integrum.

2. Ampliatur id ipsum primò à *Sbroz. l. cit. num. 4.* ut procedat tam in restitutione in integrum, quæ

quæ conceditur minori, quam in ea, quæ conceditur majori ex causa, ut Abb. in c. ex literis, n. 11. in fine. Ampliatur ab eodem secundo, n. 3. janco n. 12. & 13. ut procedat quoque in Vicario foraneo delegato ad univertitatem causarum. citat pro hoc Abbat. in c. causa. de restitut. in integ. n. 7. probarique ait ex eod. c. c. ausu, ubi dicitur delegatum ab Ordinario habente administrationem posse restituere in integrum. Veruntamen hæc extensio non videtur subsistere cum eo, quod n. 2. dixerat ex c. causa, nempe quod Ordinarii, qui habent jurisdictionem cum administratione, possint in integrum restituere; siquidem à sensu contrario patet, quod qui non est Ordinarius, seu ordinarius jurisdictionem non habet, sed delegatam (qualis est ille Vicarius foraneus) restituere nequeat.

3. Limitatur è contra responsio à Sbroz. à n. 8. ut Vicarius adversus sententiam à se latam non possit restituere in integrum, dum sententia illa transisset in rem judicatam; eò quod Judex sine Principe restituere tantum possit adversus sententiã in casibus, in quibus ea non transit in rem judicatam, ut quando lata esset in contumaciam illius, qui ex forma statuti habetur pro confessio & convicto, quæ nunquam transit in rem judicatam, ut Natta conf. 44. Cephal. conf. 241. n. 77. non verò, quando sententia Judicis transit in rem judicatam; tunc enim non sit concedenda restitutio, nisi à Principe, ut Imol. Franc. Decius in c. tua. de appellatione. Afflic. super confit. Reg. tit. que sint regalia. n. 99. Roland. conf. 38. & 43. l. 2. & alii, quos citat Sbroz. n. 10.

4. Respondeo secundo, Vicarium quoque restituere posse in integrum adversus sententiam latam ab Episcopo, tradit Sbroz. l. c. num. 5. citatis pro hoc Rebuff. in pr. benef. tit. forma Vicar. Archiep. num. 155. Marant. de ordin. judic. p. 6. tit. & quandoque appell. n. 382. Innoc. in c. dilecti. de privileg. Conrad. in templo judic. l. 2. c. 6. §. 2. n. 10. &c. Cumque idem Sbroz. n. 11. dixisset: declaratur (nempe quod Vicarius restituere possit) ut procedat quò ad restitutionem in integrum adversus sententiam suam tantum, secus contra sententiam Episcopi, contra quam restituere non potest, ut Abb. in c. cum ex literis. de restitutione in integ. n. 3. eò quod restitutio in integrum contra sententiam tractari debeat coram superiore ipsius judicantis l. primò. c. ubi & apud quem restit. in integ. & l. adversus. c. si adversus rem judicatam. subjungit: sed ista declaratio non esset recipienda per ea que dicta sunt supra, nempe n. 3.

5. Atque ex his jam deducitur à fortiore, posse Episcopum adversus sententiam Vicarii sui restituere in integrum. Sbroz. l. 3. q. 12. num. 10. & 11. citans Bertach. de Episc. p. 6. l. 4. tit. de Vicar. Episc. num. 18. Cuch. institut. Juris. Can. de Episcopo. n. 308. Franc. in c. dilecti. de appell. q. 9. &c. juxta dicta à nobis quasi proced.

*Questio 79. Num de cetero quoque supplicari possit Episcopo propter gravamen illatum à Vicario generali, aut etiam agi de nullitate sententiæ late à Vicario?*

1. Respondeo ad primùm affirmativè. Laym. in c. non putamus. de consuetud. in 6. n. 3. citans Jo. An. l. in c. Romana. col. 1. & Jo. Monach. n. 3. de appellat. in 6. & sic rejecta appellandi facultate conceditur saltem querelæ, seu supplicationis remedium, juxta l. si quis. junctâ Gl. & aushen. c. de precibus Imperatori offer. ubi habetur: licet à sententia Præfecti prætorio appellari non poterit, potuisse tamen intra dies decem supplicari ad Imperatorem. Laym.

2. Respondeo quoque ad secundùm affirmativè Laym. l. c. n. 4. citans Franc. in cit. c. non putamus. n. 10. Marant. in speculo aureo, sive de ordin. judic. p. 6. q. 5. Reg. 2. n. 391. Ait quoque Laym. his non obtinere, quòd censetur esse substantialiter idem tribunal Episcopi & Vicarii; eò quod nihilominus jurisdictiono Vicarii differat à jurisdictione Episcopi tanquam ab ea dependens. Eandem doctrinam tradit Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 9. in fine. ubi: tamen à Vicario generali ad Episcopum appellari nequeat, tamen supplicari potest, ut acta ejus rescendantur, vel de nullitate sententiæ cognoscatur, quia talis supplicatio vel petitio etiam ad ipsum Vicarium dirigi potest, ut notavit Cardin. in Clem. 2. de rescrip. q. 7. Sic Episcopum posse cognoscere de nullitate sententiæ sui Vicarii, & è contra, tradit Sbroz. l. 3. q. 10. p. 1. citatis Cardin. ubi ante. n. 8. Gemiu. in c. non putamus. n. 3. Franc. ibidem col. ult. in fine. Possit quoque revocare sententiam interlocutoriam, ait Sbroz. l. c. n. 2. citatis Franco ubi ante. Vant. de nullit. sent. tit. coram quò null. n. 20. Cuch. Instit. Jur. Can. de Vicar. Episc. n. 116. Limitat tamen id ipsum Sbroz. ut Episcopus cognoscere possit de iniquitate sententiæ interlocutoria, eamque revocare in casu, quo id posset Vicarius & non aliter, citat pro hoc Glof. in c. 2. de consuetud. in 6. Bertach. de Episc. l. 4. p. 5. tit. pot. Episc. circa judic. n. 44. quem admodum etiam revocare potest Episcopus admissionem appellationis factam per vicarium eo casu, quo id posset Vicarius & contra. Sbroz. l. c. n. 3. citans Bertach. ubi ante.

3. De cetero, si Vicarius quidpiam ex commissione Officii seu Canonice egit, Episcopus revocare aut impugnare nequit. Laym. in c. non putamus. n. 5. Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 6. citans Rebuff. in pr. benef. tit. de Vicar. Episc. n. 40.

*Questio 80. An Episcopus causam pendentem coram Vicario suo ad se revocare possit, aut etiam ei inibere, ne judicet in certa causa?*

1. Respondeo affirmativè. Laym. l. c. n. 4. Sbroz. l. 3. q. 39. citans Gemiu. in c. licet. de off. Vicar. in 6. Calderin. Confil. 2. tit. de offic. Vicar. Abb. in c. si quis contra. de foro compet. Lectur. 1. n. 25. & Lectur. 2. n. 30. Bertach. de Episc. l. 4. p. 8. tit. de Vicar. Episc. n. 19. Marant. de ordin. Judic. p. 3. dist. 16. Covar. 99. pract. c. 9. Rebuff. de nominat. in presat. n. 39. Bero. conf. 22. n. 37. vol. 1. Cuch. ubi ante, n. 189. Si enim Episcopus potest ex toto revocare Vicarium, poterit etiam à fortiore revocare ex parte, prohibendo, ne in hac vel illa causa judicet. Sbroz. n. 2. & sicut quilibet, etiam inferior Episcopo, avocando ad se causam pendentem coram suo Vicario videtur ejus jurisdictionem suspendere quò ad illam causam, ut Abb. in c. ut nostrum. de appellat. n. 3. Unde jam Vicarius non poterit se intromittere; quia quantum ad illam causam habetur pro revocato. Sbroz. ex Gemiu. l. c. & consequenter gesta Vicarii in illa causa post avocationem vel prohibitionem ab Episcopo factam non valent Sbroz.

2. Ampliatur quoque responsio, ut Episcopus non solum Vicario, sed & ejusdem Vicarii sui delegato inibere possit, ne procedat in illa causa. Sbroz. l. c. n. 4. & apud illum Bertach. de Episc. l. 4. p. 5. tit. de potest. Episc. circa judic. n. 52. Avocare tamen ad se causam pendentem coram alio inferiore Ordinario, puta Archidiacono, Abbate &c. non posse Episcopum, ait Sbroz. n. 6. citatis Bertach. ubi ante. Franc. in c. nostrum. de appellat. not. ab. 3. Imol. &c.

*Quæstio 81. Num appellari possit à delegato Episcopi ad Vicarium?*

1. **R**espondeo negativè: Saltem Episcopo non absente. sbroz. l. 3. q. 7. n. 20. citat pro hoc Guido Papam. q. 272. qui dicat communem. Caslan. Catalog. de glor. mundi. p. 7. consid. 20. Gig. conf. 82. n. 4. Selvam. de benef. p. 2. q. 14. n. 2. Decium in c. dilecti. de appellat. n. 2. Abb. ibid. n. 3. & in c. si quis contra. de foro competent. in 1. lectura n. 25. & in 2. lectur. n. 3. Gemm. in c. licet. de consuetud. in 6. & plures alios. contra Cuchum Inst. Jur. Can. de Vicar. Episc. n. 114. Felin. in c. si quis contra. n. 5. Bald. in c. dilecti. de appellat. Bart. in l. 1. §. 1. in verb. idem auditorium. ff. de appellat. Cardin. in Clem. 2. de reser. n. 25. & plures alios apud Sbroz. l. c. n. 11. Stabilitur responsio argumento c. studuisti. de off. deleg. ubi de causa specialiter commissa delegato per Papam Legatus generalis se immiscere non potest; quia quo ad illam causam delegatus censetur major ipso Legato. Ad quod tamen dicent adversarii. id mirum non esse; eò quòd Legatus Papæ non faciat unum tribunal cum Papa. sicut Vicarius cum Episcopo. adeoque malè argumentari à Vicario Episcopi ad Legatum Papæ in hoc puncto appellationis. Veruntamen contra est. quòd. ut dictum supra. diciturque iterum paulò post. neque quòd ad causas delegatas idem est tribunal Episcopi. & Vicarii. & delegatus censetur major ipso Legato. Rationem etiam dat sbroz. cit. n. 2. quòd. ut dictum q. præced. Episcopus possit inhibere Vicario. ne in certa aliqua causa iudicet. videatur autem eo ipso id ei inhibere. & auferre Vicario suo jurisdictionem. quòd deleger causam illam alteri. adeoque jam in ea causa ad Vicarium appellari non poterit. Quam tamen ultimam sequentia negare possent adversarii dicendo. quòd licet sublata videatur per hoc Vicario potestas respectu primæ instantiæ principalis. non tamen sublata quoque videatur instantis appellationis. quia talem potestatem non transtulit in alterum. nec sibi specificè seu privative retinuit. & per dictam delegationem non tollitur. quin Vicarius remaneat Judex ordinarius. habens idem tribunal cum Episcopo. Veruntamen etiam hanc sequelam stabilire videtur Sbroz. n. 22. dum ait; præsentè Episcopo propter reverentiam delegantis cessare debere jurisdictionem Vicarii in causa specialiter delegata alteri. intellige omnimodè. hoc est. tam respectu primæ instantiæ quàm respectu appellationis; pari enim modò respectu utriusque urget reverentia Episcopi præsentis. Neque responsioni obstant. quæ obmovent adversarii. Non primò textus cit. c. dilecti. de appellat. ubi Officialis Archiepiscopi cognoscit causam appellationis interposita ad Archiepiscopum; nam textus ille. uti & c. dilectus. loquuntur de appellationibus interpositis iure ordinario ad Metropolitanum. quas Vicarius illius cognoscere potest tanquam habens idem tribunal cum suo Archiepiscopo; hic verò agimus de speciali appellatione interposita à delegato Episcopi. & sic diversa ab ordinaria appellatione. ac ideo de una ad aliam non est argumentandum. sbroz. l. c. n. 25. Neque secundò. quòd Vicarius sit Judex ordinarius habens idem cum Episcopo tribunal. Nam Vicarius semper habet eandem jurisdictionem quam Episcopus. & idem tribunal. sbroz. l. c. n. 24. ut patet in causis specialiter extra generalem commissionem Vicariatus commissis ipsimet Vicario.

2. Ampliatur responsio. ita ut adhuc appellari à delegato nequeat ad Vicarium Episcopo præsentè. dum ipse Episcopus recusatus esset; possit autem in eo casu absente Episcopo appellari ad Vicarium. non

ut in causam discutiat. sed ut alteri discutendam. & finiendam committat. sbroz. n. 26. citans Abb. in c. si quis contra. Franc. in c. 2. de consuetud. in 6. Porerit tamen etiam consulto Episcopo. sive is præsens sit sive absens. causam hujusmodi appellationis cognoscere. sbroz. n. 27.

*Quæstio 82. Num appellari possit ad Vicarium à delegato ipsiusmet Vicarii. aliisque Prælati inferioribus?*

1. **R**espondeo ad primùm affirmativè. sbroz. l. 3. q. 7. citatis Abb. in c. super questionum. n. 9. de off. delegati. Felin. in c. si quis contra. de foro competent. n. 5. Bertach. de Episc. p. 6. l. 4. tit. de Vicar. Episc. n. 17. ita ut in potestate appellantis sit. eligere quem maluerit. Episcopum vel ejus Vicarium. Et quòd ad Episcopum patet; cum is. ut dictum quæst. ante hanc penult. etiam avocare possit causam pendente coram delegato Vicarii. adeoque multò magis appellationem in ea causa admittere eamque cognoscere.

2. Respondeo ad secundum. posse quoque appellari à sententia inferioris Prælati Episcopo subiecti ad Vicarium Episcopi diocæsanum. Sbroz. l. 3. q. 8. citans Melill. in opuscul. de præcedent. Vicar. c. 3. n. 11.

*Quæstio 83. Num Vicarius generalis Episcopi habeat jurisdictionem in subditos Prælatorum Episcopi subditorum?*

**R**espondet affirmativè Sbroz. l. 2. q. 60. ex Jo. And. in c. tua nobis. de off. Vicar. col. 2. Et quidem tam in civilibus quàm in criminalibus. ita ut sit locus præventioni inter Prælatos & Episcopum. nisi aliud suadeat consuetudo. ut idem Sbroz. ex Abb. in cit. c. tua nos. col. 2.

*Quæstio 84. An Episcopo præsentè ad hunc recurrendum. an verò etiam ad ejus Vicarium recurri possit?*

1. **R**espondeo primò: Tametsi Episcopus potestatem majorem. majusque imperium habeat quàm Vicarius. regulariter tamen ad eundem Vicarium. Sbroz. l. 2. q. 57. n. 16. id probari dicens ex c. 3. de Inst. c. 2. de regul. c. 2. de off. Vicar.

2. Respondeo secundo: Præsentè Episcopo atque ac absente in omnibus recurri potest ad Vicarium Episcopi. Sbroz. l. c. n. 16. citans Boër. decis. 345. n. 6. Bertach. l. 4. part. 5. tit. de potest. Episc. circa judic. num. 92. Jo. And. in addit. ad specul. tit. de offic. Vicar. in c. licet. de off. Vicar. in 6. Item Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 151. nisi forte Vicarius constitutus esset pro solo tempore absentia. ut responsionem limitat Pax Jord. l. c. Potest siquidem Vicarius exercere jurisdictionem suam tam præsentè quàm absente Episcopo. Sbroz. l. 2. q. 64. n. 1. citans Gemm. in c. licet. de off. Vicar. in 6. n. 12. Federic. de Senis. conf. 302. n. 4. Selvam. de benef. p. 2. q. 15. Rebuff. pr. benef. form. Vicar. Archid. n. 187. &c. Sive potest in præsentia Episcopi omnia. quæ ei competunt sive ex generali. sive ex speciali commissione. Pax Jord. l. c. dicens hanc statui regulam communem per DD. quamvis secus sit in reverentialibus. Sbroz. l. c. n. 3. & ex eo Pax Jord. l. c. n. 152. cujus exemplum uterque affert ex c. 1. de off. ordinari. in 6. nimirum quòd Vicarius Archiepiscopi quamdiu Archiepiscopus est in Provincia. non possit exercere jurisdictionem in Episcopos suffraganeos ferendo censuras. de quo infra. Item licet secus sit in casu c. nullus. de temp. ordinari. in 6. ubi prohibe-

hibetur Vicarius præfente Episcopo dare dimissorias, quas dare absente Episcopo ei permittitur. Sbroz. num. 4. Pax Jord. num. 153. Sed & de hoc infra. Quarum tamen limitationum neutra, uti nec aliarum locum habet in Vicario Episcopi constituti à Papa ob inhabilitatem Episcopi; is enim absolute potest omnia etiam præfente Episcopo. Sbroz. n. 6. Pax-Jord. num. 154.

*Quæstio 85. Num Vicarius possit esse Judex in causa sui Episcopi?*

**R**espondeo affirmativam teneri à Papazon, in apostil. ad rotam decis. 1. aliis 47. n. 5. apud Sbroz. l. 2. q. 137. n. 1. qui tamen ipse ait, negativam sibi videri certiore. citat pro ea Bald. in l. si quis. c. de Episc. & cler. n. 6. Sapiam Felin. &c. Ampliat etiam Sbroz. suam hanc doctrinam n. 5. ut neque etiam esse possit Judex in causa Ecclesiæ sui Episcopi, eo casu quo Episcopus in tali causa nequit esse Judex. Admittit tamen Sbroz. n. 3. & 4. quòd, cum Episcopus sit piarum voluntatum executor, dicaturque pater & procurator pauperum, possit petere missionem in petitam per procuratorem possessionem nomine pauperum institutorum hæredum, & in hoc casu Vicarium ejusdem Episcopi posse esse Judicem competentem in causa coram se mota per procuratorem Episcopi nomine pauperum contra laicum excipientem de competentia. Admittit quoque Sbroz. l. c. n. 6. quòd Vicarius non prohibeatur coram Episcopo testificari in causa pro actore, si necessitas immineret. citat pro hoc Gl. in c. dilecto. v. recusasti. de testibus. Gemin. conf. 115. n. 6. Verum his non obstantibus non video, cur Vicarius non possit esse Judex delegatus & constitutus à Pontifice in causa sui Episcopi.

*Quæstio 86. Num Vicarius generalis Archiepiscopi habeat jurisdictionem in suffraganeos Episcopos, aut saltem in eorum Vicarios?*

**1.** Respondeo ad primum: Vicarius Archiepiscopi nullam habet potestatem in Coepiscopos seu Episcopos suffraganeos, ob dignitatem & eminentiam Officii Episcopalis. Azor. Inst. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 10. Pirh. ad rit. de off. Vicar. n. 66. Pax Jord. l. 1. 2. tit. 1. n. 152. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 39. Sbroz. l. 2. q. 58. n. 2. citans Bertach. de Episc. p. 7. 4. tit. de Vicar. Episc. q. 10. Rebuff. in pr. benef. rit. form. Vicar. Archiepisc. n. 164. Cuch. instit. Jur. Can. de Vicar. Episc. n. 123. &c. juxta c. Romana. §. si Officiales. de off. Judic. ordinar. in 6.

**2.** Limitant responsum Ventrigl. Pax Jord. Azor. locis cit. Sbroz. l. c. num. 3. ut procedat solum, quando Archiepiscopus est præfens in provincia, non verò, quando est absens; eo quòd tunc Vicarius Archiepiscopi habeat in dictos suffraganeos jurisdictionem cum potestate infligendi censuras, seu profereudi in illos sententiam excommunicationis, suspensionis & interdicti. Pro hac limitatione citat Ventrigl. præter quamplures citatos à Sbroz. Gratian. discept. for. c. 111. n. 19. & 20. & c. 169. num. 16. Meroll. Theol. mor. d. 7. c. 6. dub. 40. juxta cit. c. Romana. vi ejus prohibitum Vicario ferre censuras istiusmodi in suffraganeos præfente Metropolitanò, quas tamen si tulisset præfente Archiepiscopo, validas seu validas fore, tenet Gl. in cit. c. Romana. v. attentans, & cum eo Sbroz. l. c. n. 8. citans quoque pro hoc Foller. in pr. crim. can. p. 1. mor. d. n. 123. quamvis addat, Vicarium esse propterea puniendum. Ve-

rumtamen melius cum Jo. Monacho. & Archid. in idem c. Romana. eas vim habituras negat Azor. Lactum sententia lata ab eo, qui Judex non est (qualis pro tempore dictæ sententiæ in ordine ad dictum effectum non est Vicarius, utpote cujus tunc suspensæ jurisdictionis & potestatis ferendi censuras in dictos suffraganeos) non valet. Et sic in specie Vicarium Archiepiscopi eo absente in causa appellationis ab Episcopo suffraganeo per viam suspensionis, interdicti, vel alia posse procedere contra Episcopum suffraganeum, ut pareat suis rescriptis & provisionibus, tradit Carol. de Luca ad Ventrigl. l. c. num. 4. citato Gratiano discept. 169. n. 6. Verum de hac potestate ferendi censuras ex professo infra.

**3.** Respondeo ad secundum: Sed neque Vicarius Archiepiscopi habet jurisdictionem in Vicarios suffraganeorum, uti nec in alios eorum subditos. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 8. Pirh. l. c. Sbroz. l. 2. q. 59. n. 1. citans pro hoc cit. c. Romana. Gl. in c. 1. de off. Vicar. in 6. v. ratio. & ibidem Archid. in princ. Gemin. n. 6. Abb. in c. pastoralis. de off. ordinar. &c.

**4.** Quòd si his opponatur, Archiepiscopum dici Ordinarium Judicem omnium Episcoporum suæ provinciae, & illos illi subditos esse lege Metropolitanæ juxta c. pastoralis. ubi id uocat Abb. n. 2. & per consequens etiam Vicarium Archiepiscopi, utpote qui facit unum tribunal cum suo Archiepiscopo, esse Judicem illorum suffraganeorum, adeoque etiam esse Judicem Vicariorum illorum suffraganeorum, utpote qui quoque idem faciunt tribunal, eandemque personam repræsentant cum suis Episcopis, ac ita non minus istos Vicarios suffraganeorum, quam ipsos suffraganeos subditos esse dicto Vicario Metropolitanæ. Si inquam hæc opponantur, responderetur (quæ responsio continet quoque limitationem datæ à nobis responsionis) imprimis jurisdictionem illam Archiepiscoporum in Episcopos cessare hodie quòd ad causas criminales; cum nequeant citari aut moneri, sive ex officio procedatur, sive per inquisitionem seu denunciationem vel accusationem. Sbroz. cit. q. 59. n. 1. juxta dispositionem Trident. sess. 13. c. 6. ita ut pro nullo delicto aut causa, etiam gravissima, & atrocissima, puta hæresis, læsæ Majestatis &c. citari possint ad personaliter comparendum per quoscunque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam S. E. R. Cardinales, nisi de expressa ac speciali commissione manu Papæ signata, pro ut habetur in constitutione Pii IV. quæ declaratur & ampliatur dicta Tridentini dispositio, quæque in Bullario est 15. & incipit: In supremæ militantis Ecclesiæ, edita anno 1564. Sept. Calend. Decemb. Dumque in Trident. l. cit. excipitur causa, ob quam deponendus seu privandus veniret Episcopus, quòd in ea citari & moneri posset ad comparendum personaliter, id inquam de Episcopis non residentibus, non verò de residentibus, utpote in hoc ob residentiam magis privilegiatis, intelligendum. Gonz. ad Reg. 8. gl. 41. n. 5. Subditos nihilominus Archiepiscopo Episcopos suffraganeos quo ad causas eorum civiles, quatenus de iisdem cognoscunt Archiepiscopi, ex Abb. in cit. c. pastoralis. tradit Sbroz. cit. q. 59. n. 2. Dein dicitur, quòd Vicarius Episcopi suffraganei consideratur ut privata persona non magis subicitur Metropolitanò quam alii Episcopo subditi, adeoque sicut alii illi subditi, ubi deliquerunt, non puniuntur nec conveniuntur coram Archiepiscopo (nisi in casibus, de quibus Gl. in c. pastoralis. v. exceptis & ibi canonistæ) ita nec Vicarii suffraganeorum puniri à Metropolitanò aut conveniri coram eo possunt, dum possident aut faciunt aliquid, aut

aut delinquant tanquam privati, ita ut tunc Metropolitanus non sit Judex comperens eorum. Sbroz. l. c. n. 3. & 4. Laym. l. c. hanc addens limitationem: nisi etiam in illiusmodi sit appellatum ad Archiepiscopum. Multo igitur minus in illos ut tales jurisdictionem exercere potest Vicarius Episcopi. Si verò consideretur Vicarius ut persona publica, nempe ut Judex ordinarius in eodem cura Episcopo tribunali jurisdictionem exercens, poterit ratione hujus officii male administrati, commissæque in eo culpæ v. g. ratione injustæ sententiæ latæ, cognita à Metropolitanano causâ ab eodem puniri, v. g. excommunicari. Carol. de Luc. l. c. n. 8. Pith. cit. n. 66. Laym. cit. n. 8. Sbroz. l. c. n. 6. juxta cit. c. Romana. de off. Vicar. in 6. Quin. & renebitur Episcopus in hoc casu sistere & exhibere suum Vicariû Metropolitanano. Pith. Laym. locis cit. Causas verò rationabiles, ob quas à Metropolitanano puniri possit juxta dictum c. Romana. de off. Vicar. Vicarius recenteri à Gl. in idem c. item ab Archidia. ibidem in princ. & sine. & à Gemin. n. 6. ait Sbroz. cit. n. 6. & inter alias esse, dum Vicarius impediret causam appellationis delatam ad Archiepiscopum. Si uteretur jurisdictione Episcopi excommunicati. Si non servaret sedis Apostolicæ privilegia. Si sit criminolosus & incorrigibilis. Intelligendo tamen hæc omnia, si Episcopus sit complex & particeps delicti & culpæ sui Vicarii. Si enim ipse particeps delicti & culpæ de ea cognosceret & judicaret,ungeretur officio partis, & Judicis, & sic in propria causa judicaret, utpote cum quo eandem personam representat Vicarius. Pith. l. cit. Sbroz. l. 2. q. 138. n. 3. De cetero namque si Episcopus ipse extra culpam fuit, jam poterit ipse de negligentia & delicto Vicarii sui in officio suo commissa cognoscere & eum punire. Sbroz. l. 2. q. 138. n. 2. Laym. l. c. citantes Speculator. l. 2. part. 7. tit. de compet. Judic. additione. 8. sequitur videre. n. 3. ubi is, quod de maleficio commisso in officio ab Officiali Episcopi, ut puta in sententia & processu, agendum est coram Episcopo, cujus est Officialis, & non coram Archiepiscopo vel ejus Officiali. Item Payin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 22. Bertach. de Episc. f. 4. p. 5. n. 19. & plures alii apud Sbroz. l. c. Quin & Archiepiscopus se in hoc casu immiscere non poterit, nisi Episcopus requisitus cognoscere recuset. Laym. l. c. Sbroz. l. c. n. 5. ubi: quod si Episcopus requisitus nolle causam cognoscere, Vicarius coram Metropolitanano vel ejus Vicario conveniri poterit: rationem hujus subdens, nempe quod Vicarius etiam ratione officii sui quodam modo subiectus & subordinatus sit Episcopo suo, & licet ejus jurisdictione & potestas eadem sit cum jurisdictione Episcopi, alio tamen modo in Vicario resideat, & aliter in Episcopo; in illo videlicet cum dependentia à voluntate & imperio Episcopi, qui proinde invigilare debet Vicario, & quæ male ab eo acta rescindere. Neque enim culpa Officialis aut Vicarii domino nocere debet, ut ait Rebuff. in pr. tit. de Vicar. n. 41. & in de form. Vicar. n. 140. Neque hac ratio, etsi Episcopus habeat idem tribunal, sitque eadem cum Vicario suo persona, dicitur agere in causa propria, cum factum Vicarii, dum is male egit, non dicatur factum ab Episcopo, nec is illi actui stare teneatur. Sbroz. l. c. n. 4. citans Gemin. conf. 114. Castrenf. consil. 348. col. 2. vol. 1. Decium in c. sane il. 2. col. 2. de offic. delegat. ubi is dicat, quod tunc Vicarius non gerat vices Episcopi. Abb. in c. eam re, de rescript. n. 12. & 13. & plures alios. Unde jam illud conficitur, Vicarios suffraganeorum in tantum sive quod ad dictas penas subiectos esse suis Metropolitanis, & quidem quasi per accidens, nimirum in defectu Episcopi proprii

negligentis cognoscere & punire illas culpas Vicarii. Et ulterius illud deducitur, quod si Vicarii hi in dictis casibus subiecti sint Metropolitanis, non minus subiectos fore Vicariis generalibus Metropolitanorum, utpote qui eandem cum Metropolitanis suis exercent jurisdictionem.

**Questio 87.** In quo loco Vicarius exercere possit suam jurisdictionem?

1. **R**espondeo primò: Vicarius generalis Episcopi, quamvis tribunal plerumque in civitate Ecclesiæ Cathedralis situm sit. Pith. l. c. n. 64. citans Navar. l. 1. conf. 2. n. 5. de offic. Judic. ordinar. Laym. in c. cum contingat. de foro compet. potest tamen ex causa rationabili in quovis loco diocesis honesto & idoneo judicium exercere, ut si in comitatu Episcopi vel solus extra locum tribunalis sui versetur in aliis partibus diocesis, vel ob aliam causam commodum sit ibi causam controversiam decidi. Pith. l. cit. Barbof. de offic. Episc. alleg. 80. n. 6. Vicarius siquidem generalis jurisdictionem Episcopalem exercens Episcopus autem in quovis loco non exempto jurisdictionem exercere potest juxta c. cum Episcopus. 7. de offic. Judic. ordinar. in 6. ergo & ejus Vicarius, modo caveatur, ne partes litigantes ad locum nimis remotum extra proprium Episcopi consistorium trahantur, alioquin petere possunt, ut in loco ipsis propinquiore judicium instituat, & si id negetur, appellare. Ita ferè Pith. citato Barbof. ubi ante n. 5.

2. Respondeo secundò: jurisdictionem voluntariam Vicarius exercere potest etiam extra diocesim. Sbroz. l. 2. q. 65. n. 4. citans l. 2. & ibi Bald. de offic. procons. Jason in l. final. n. 7. ff. de jurisdic. omni. Judic. Menoch. de arbit. Judic. l. 1. q. 43. n. 16. & seq.

**Questio 88.** Num Vicarius exercere possit actus voluntaria jurisdictionis sine speciali mandato Episcopi?

**R**espondent negativè Roman. singul. 700. Ferrand. in Apostil. ad Abb. in repet. c. si quis contra. de foro compet. n. 35. apud Sbroz. l. 2. q. 65. n. 1. & 2. qui tamen ipse n. 3. sentit contrarium. Melius distinguuntur, ita ut affirmetur de actibus jurisdictionis voluntariae, qui non sapiunt gratiam, & negetur verò de actibus voluntariae jurisdictionis sapientibus meram gratiam. Fagn. in c. non amplius. de instit. n. 76. ubi: quæ sunt voluntariae jurisdictionis & sapiunt gratiam, regulariter non censentur translata in Vicarium generalem, sed tantum ea quæ sunt contentiosa jurisdictionis & sapiunt Justitiam. Item Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 63. ubi: quæ sunt voluntariae jurisdictionis, non tamen sapiunt gratiam: actus enim voluntariae jurisdictionis, qui non sunt mere gratia, rectè possunt exerceri à Vicario absque speciali mandato, ut tenent Dominic. in c. final. de off. Vicar. in 6. Bald. in margarit. v. Vicarius. Felin. in c. ex parte. de constit. n. 1. & alii apud eundem Garc.

**Questio 89.** Num Vicarius Episcopo excommunicato, suspenso vel interdicto exercere possit jurisdictionem?

1. **R**espondeo primò: Remissive ad dicenda inferius, ubi de potestate Vicarii delegandi, & num eo excommunicato substitutus ab eo exercere possit jurisdictionem: item qualiter extinguatur jurisdictione Vicarii Episcopo excommunicato. Quæ vide, & cum hic dicendis combina.

2. Respondeo secundò: Directè ad questionem negativè. Eo ipso enim, quo suspenso, & impedito est jurisdictione Episcopi, suspenso quoque est jurisdictione Vicarii, & acta à Vicario durante illa excommunicatione & suspensione Episcopi, pertinentia ad jurisdictionem

risdictionem sunt invalida. Azor. p. 2. l. 3. c. 6. q. 13. Engels ad tit. de offic. Vicar. num. 8. Pirh. ad eund. tit. n. 69. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 30. l. 6. & seq. Sbroz. l. 3. q. 17. n. 1. & 4. citans Selv. de benef. p. 2. q. 14. n. 6. Cuch. Inst. Jur. Can. de Vicar. Episc. n. 134. Patif. conf. 89. n. 6. vol. 4. & plurimos alios. Ratio est, quia unum idemque est tribunal Episcopi, & Vicarii illius, adeoque sicut per excommunicationem, suspensio, &c. Episcopi suspenditur jurisdictione Episcopi, ita etiam Vicarii illius, qui jurisdictionem dependenter ab Episcopo habet; & sic, ut inquit Bald. in c. licet. de off. delegat. n. 6. apud Sbroz. l. c. n. 2. excommunicatio (intellige Episcopi) inficit auditorium Episcopi & Vicarii.

3. Extenditur responsio, ita ut Vicarii jurisdictione suspendatur etiam quo ad negotia jam incepta. Pirh. l. c. Extenditur quoque ad Subvicarium seu substitutum Vicarii, ita ut excommunicato Vicario, & vel sic expensa ejus jurisdictione, suspensa quoque sit istius Subvicarii jurisdictione, etiam quod ad causas jam captas (intellige tamen sub distinctione paulo post subjungenda) & acta ab eo post excommunicationem Vicarii non valeant, dum iste Subvicarius ab ipso Vicario tantum acceperit jurisdictionem. Pirh. l. c. n. 70. Sbroz. l. 2. q. 18. n. 6. citans Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 20. juxta expressum textum c. Romana. de offic. Vicar. in 6. Extenditur quoque hoc ipsum Sbroz. l. c. n. 7. Pirh. num. 71. ad causas commissas Subvicario ante excommunicationem Vicarii. Quod ipsum tamen distinguunt apud eundem Sbroz. Hostiens. Archid. &c. ita ut non valeant gesta Subvicarii, si Vicarius fuerit excommunicatus re adhuc integrâ, seu causâ per Subvicarium nondum captâ, valeant verò re non amplius integra. Confirmarique hanc Hostiensis doctrinam posse ait Sbroz. l. c. ex eo, quod sicut Vicarius Episcopi non potest mortuo Episcopo causas eo vivente captas perficere, ut Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. Archiep. n. 162. Bald. in l. aliquando ff. de offic. Procons. n. 7. aliique plures apud Sbroz. ita etiam Subvicarius non possit causas captas ante excommunicationem Vicarii perficere post illius excommunicationem. Quam distinctionem & paritatem in adducto simili tenere putat ipse Sbroz. à n. 9. in casu quo substitutus esset Vicarius Officiali seu Vicario, ita ut is tunc non posset causas captas ante excommunicationem Vicarii perficere post ejus excommunicationem: secus ubi substitutus non esset Vicarius sed delegatus ad speciales causas. Eandem Sbrozii doctrinam sequatur Pirh. l. c. n. 72. Ratio illorum est, quod extinctâ vel suspensâ delegantis jurisdictione extinguatur quoque vel suspendatur jurisdictione delegati re adhuc integrâ, argumento c. licet. de offic. delegat; non autem, si negotium jam captum sit, argumento c. relatum. & c. gratum eod. tit. quia delegatus non eandem sed diversam jurisdictionem à jurisdictione delegantis habet, adeoque necessarium non est, quod ea subsistere possit causâ jam captâ & re non amplius integra, licet jurisdictione delegantis per mortem naturalem vel civilem sublata sit. Confirmatur quoque hæc differentia inter Vicarium Vicarii & delegatum Vicarii à Sbroz. l. cit. num. 12. ex eo, quod licet Episcopo suspecto possit quoque suspectus recusari ejus Vicarius, Vicarius tamen in causa sibi delegata ab Episcopo non possit recusari Episcopo recusato; quia ex eo, quod delegatus sit, non habet idem tribunal cum Episcopo, adeoque mirum non sit, si Subvicarius non potest cognoscere causas captas ante excommunicationem, sicut potest delegatus. Verum de his plura infra, ubi de expiratione Vicariatus. De cetero

fallit tota hæc extensio, si Subvicarii jurisdictione non suspenditur per excommunicationem Vicarii sed valent gesta per illum, dum Subvicarius ille non esset creatus à Vicario ipso, sed ab alio v. g. Episcopo. Pirh. l. c. citans Gl. in cit. c. Romana. v. tantum & Franc. num. 3. Sbroz. cit. q. 18. n. 14. citans Felin. in c. insinuante. de off. deleg. n. 1.

4. Limitatur è contra principalis responsio (quod idem tamen applicandum extensioni secundâ) ut solum procedat, quando Episcopus esset nominatim denunciatus vel notorius percussor Clerici, adeoque vitandus; secus si non esset nominatim excommunicatus, sed esset toleratus; talis enim retinet jurisdictionem post Concilium Constantiense, adeoque & ejus Vicarius. Pirh. cit. num. 69. Sbroz. cit. q. 17. num. 6.

*Questio 90. Num declinari possit jurisdictione Vicarii, & is quoque recusari tanquam suspectus, ubi ipse Episcopus recusatus est tanquam suspectus?*

1. **R**espondeo: In hoc non convenire AA. nam negativam tenent apud Sbroz. l. 3. q. 14. n. 1. cum Bald. in l. unic. c. si quacunque pradius potestate. n. 4. Dec. in c. 1. de Jud. Barbof. tr. de prestant. Cardinal. Legat. à lat. num. 12. & c. eod. quod, ut Bald. suspicio afficiat personam, & non jurisdictionem, ac ideo, licet tribunal Episcopi sit idem quod Vicarii, quia tamen diversæ sunt personæ, recusato Episcopo non erit recusatus ejus Vicarius. Et alibi dicitur, quod auditorium Episcopi non est idem quod Vicarii quod ad recusationem, ut Sbroz. l. c. num. 3. citato Archid. in c. non putamus. de consuetud. in 6. in fine. & sic inquit Staphil. de lit. grat. fol. 136. quem refert Papazon. ad rota decis. 1. alias. 47. tit. de off. Vicar. quod de stylo signaturæ non possint Vicarii recusari, sed dentur illis adjuncti. Affirmativam è contra tenent apud Sbroz. l. c. num. 4. Salicet. in c. l. unic. Jason l. aperitissimi. c. de judic. num. 9. Innoc. Imol. Abb. Felin. in c. insinuante. de off. deleg. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicariar. Archid. num. 190. Bertach. de Episc. l. 4. p. 5. num. 69. Redoan. de reb. Eccles. non alien. c. 3. num. 2. Anton. Burg. in reper. c. ceterum de rescrip. num. 128. Tom. 2. qui etiam dicat, interponendam esse appellationem à non admisione recusationis. Et generaliter, quod ubi Superior est suspectus, sint quoque suspecti ejus Officiales, tenent apud Sbroz. l. c. num. 5. Brun. conf. 31. num. 9. Bursat. conf. 21. num. 19. Lancelot. de attent. p. 1. c. 6. num. 38. Menoch. in resp. causa sinariens. num. 90. & seq. Adducitur pro hac sententia textus c. insinuante. de off. delegat. ubi dicitur, quod Episcopus & ejus Vicarius recusantur suspecti ex familiaritate cujusdam Rectoris cum Episcopo, quem Judicem in causa impetraverat; quia, cum ille Rector esset per Episcopum admissus in suam familiarem post causam sibi commissam, erat per consequens familiaris Vicarii secundum intellectum Abbatis ibidem num. 3. & ideo recusato Episcopo ex causa dictæ familiaritatis fuit quoque recusatus Vicarius. Adduntur quoque textus c. visis. 16. q. 3. in illis verbis: *humani moris est illum vereri, cujus judicio & voluntate nunc erigitur, nunc deprimatur*: quasi quod Vicarius debeat Episcopum suum timere, à quo fuit creatus, & ad libitum revocari potest. Gl. in Clem. fin. de Procurat. & in Clem. si principalis. de rescrip. v. per electionem, & ibi Card. n. 1. Abb. num. 9. & c. & sic trahi possit in Episcopi suspecti sententiam. Ut Ripa in c. 1. de judic. num. 44. Et huic sententiæ affirmativæ adhæret ipse Sbroz. sub num. 5. ubi etiam respon-

respondet ad textum *cit. l. unic.* quam pro præcipuo fundamento allegant aduersarii, nempe quòd Vicarius ordinarius in *cit. l. unic.* non habeat idem tribunal cum Episcopo, cum de iure civili appelletur à Vicario ad ordinarium suum superiorem. *l. à proconsulibus. c. de appellat. & ibi Bald.* (quamvis aliud sentiat *inc. dilecti. il. 3. de appell.*) secus ac est in Jure Canonico, secundum quod ex identitate tribunalis appellari nequit à Vicario ad Episcopum, adeoque hac in parte male arguatur à Vicario citatæ *leg. unic.* ad Vicarium Episcopi. Vel melius, quòd *cit. l. unic.* loquatur de suspitione orta ex inhabilitate Judicis in poenam illius delicti; non autem de suspitione orta in his, quæ pertinent ad officium Episcopi, adeoque mirum non sit, si in casu *cit. legis unic.* Vicarius non reddatur suspectus, quia Ordinarius incidit in poenam dictæ legis ob suum delictum, ob quod Imperator committit Vicario universè negotia civilia & criminalia, ita ut tunc Vicarius videatur ad illa à Principe constitutus. Aliter verò sit, ubi Episcopus redditur suspectus non propter inhabilitatem personæ, sed ob causam aliquam aliam, quæ solet reddere Judicem suspectum.

2. Extendit quoque Sbroz. *num. 7.* hanc sententiam, ut procedat non solum, quando causa Episcopo & ejus Vicario in simul delegatur, sed etiam quando Vicarius procedit tanquam Vicarius, citat pro hoc Abbat. in *cit. c. insinuante*, ubi dicit, fortiolem esse recusationem in Vicario non delegato, quia Vicarius præsumitur magis affectus & obediens Episcopo in jurisdictione Episcopali sibi per Episcopum commissa, quam in jurisdictione delegata utriusque eorum per Superiorem. Limitat è contra *num. 9.* ut non procedat, si causa esset commissa Vicario per Episcopum non cauquam Vicario, sed tanquam delegato; eò quòd tunc Vicarius tanquam delegatus non habeat idem tribunal cum Episcopo; ubi autem diversum est utriusque tribunal, mirum non sit, quòd Vicarius recusari nequeat suspectus, quamvis recusatus fuerit Episcopus. citat pro hoc Cardin. in *Clem. 2. de rescript. q. 2. Felin. in cit. c. insinuante. num. 1.* Eandemque limitationem locum habere in Vicario Capituli sede vacante, dum is in causa sibi delegata non facit idem consistorium cum Capitulo, ait Sbroz. *q. 10. num. 14.* Limitat secundò *num. 11.* ut non procedat in Vicario Episcopi electo vel confirmato per Papam, vel alium Superiorem, ita ut is recusato Episcopo non sit recusatus, pro quo citat Felin. in *c. insinuante. n. 1. in fine. Bertach. de Episc. l. 4. p. 6. tit. de Vicar. Episc. Barbat. tr. de Cardin. Legat. à lat. q. 3. num. 12. &c.* nisi fortè eadem causa suspitionis esset in utroque; tunc enim recusatio Episcopi includeret recusationem Vicarii. Sbroz. *num. 12.* citatis Bertach. & Barbat. *ubi ante.* Limitat tertio *num. 15.* ut non procedat de stylo signaturæ secundum dicta supra ex Staphilo.

*Questio 91. Num vice versa recusato Vicario Episcopi suspecto recusari quoque possit Episcopus?*

Respondeo neque in hoc convenire AA. nam affirmativam tenent apud Sbroz. *l. 3. q. 15. Salicet. in cit. l. unic. c. si quacumque præditi potest.* Decius in *c. 1. de off. delegat. num. 17. de Vicar. ordinari. & de Vicar. Episc. Rebuff. in pr. benef. tit. de Vicar. Archiep. n. 219. Cuch. Instit. Jur. Can. eod. tit. num. 152. &c.* Rationem dant, quia Vicarius habet idem tribunal. Firmantque à simili, quo recusato Assessore, Judicem quoque recusari posse dixit Abb. in *cit. c. 1. de off. de-*

*leg. num. 14.* Quem sequitur Decius *ibid. num. 17.* E contra sententiam negativam apud eundem Sbroz. *l. cit. num. 3.* tenent Bald. in *cit. l. unic. in fine. Jason in l. aperitissimi. num. 9. c. de Judic. Franc. in c. si contra. de off. deleg. in 6. col. 2. Bertach. ubi ante n. 11. & alii, quibus adhærere videtur ipse Sbroz. dum *num. 4.* ait, non valere argumentum aduersariorum ab Assessore Judicis ad Vicarium Episcopi; cum Assessor ob Judicis imperitiam communiter assumatur, ut Abb. in *c. 1. de off. Assessor. num. 14.* & ideo verisimile sit, quòd Juxta imperitus sit suspectus, ne sequatur Assessoris suspecti opinionem, qualis suspicio cadere non possit in Episcopo: cum coram eo probanda sit causa suspitionis Vicarii. Sed quid si etiam constet de imperitia Episcopi, & dum multi eorum ob hanc imperitiam coguntur assumere Vicarios, an non tunc saltem militabit eadem ratio, quæ in Assessore? De cetero rectè limitatur hæc sententia secunda à Sbroz. *num. 5.* ut procedat, nisi Vicarius intelligatur suspectus ex causa concernente pariter Episcopum. v. g. quia oriundus esset de terra aduersarii. citatur pro hoc Gemin. in *c. si contra. n. 10. Oldr. conf. 268. &c.**

*Questio 92. An & coram quo causa recusationis probanda?*

1. Respondeo probandam esse, & quidem coram Episcopo. Sbroz. *l. 3. q. 16. num. 1.* citans Hofst. in *c. legitima de appellat. in 6. Gemin. in c. non putamus. de consuetud. in 6. num. 7.* Redoan. de reb. Eccles. non alien. *q. 22. c. 3. num. 27. & 30. Auchar. Archid. Franc. in c. si contra. de off. deleg. in 6.* cujus textus sic sonat; cum autem ipse delegatus Episcopi recusatur, recusationis causa coram Episcopo est probanda; idem est, si Officialis recusetur ejusdem (intellige Episcopi) licet ad ipsum (intellige Episcopum) nequeat appellari. Ratio hujus est, quòd recusatio Vicarii concernat ejus personam, & ejus personæ cohareat, nec quòd ad illam faciat idem tribunal cum Episcopo, adeoque non prohibetur cognoscere causam recusationis sui Vicarii, sicut prohibetur cognoscere causam appellationis.

2. Extenditur responsio ad recusationem delegati ab Episcopo vel illius Auditoris, ita ut tunc quoque causa recusationis debeat probari coram Episcopo delegante vel Auditorem deputante. Sbroz. *l. cit. num. 2.* juxta expressum textum *cit. c. si contra.* nisi fortè delegatus Episcopi allegaretur suspectus ex causa concernente quoque Episcopum; tunc enim Episcopus non cognosceret de causa recusationis. Sbroz. *num. 3.* citatis Gemin. in *c. si contra. num. 10. Franc. col. 2. Oldr. conf. 268.* Probendam verò causam recusationis delegati ab Episcopo, sive is præsens sit sive absens, astitit Sbroz. *n. 4.* ex Archid. in *c. si contra. vers. cum autem.* ubi is dicit, causam recusationis esse proponendam coram delegato recusato, & significandum, quòd vult ire ad Episcopum, & quòd tunc recusatus procedere non potest, aliàs datur appellatio. Quòd si tamen Episcopus non tantum esset prope, seu non multum absens, sed ageret in remotis, & delegatus ejus vel Auditor allegatur & recusatur suspectus, de causa suspitionis cognosceret Vicarius Episcopi (intellige generalis) Sbroz. *num. 4.* citans Jo. And. in *c. si contra. & ibidem Auchar. num. 4. Gemin. num. 7. &c.*

3. Limitatur responsio primò, ut non procedat de consuetudine, secundum quam Episcopus committere solet causas recusationis alicui confidenti. Sbroz. *n. 8.* citans Jo. And. in *c. si contra. & ibidem Gemin. num. 8.*

num. 8. qui etiam addat, hoc debere facere Episcopum, ubi is est suspectus. Limitatur secundo; quod quando Episcopus est in remotis, & habet plures Officiales in solidum constitutos, unus Officialis seu Vicarius non recusatus cognoscet de causa recusatationis alterius. Sbroz. num. 5. & 7. citatis Bertach. ubi ante num. 17. Prosp. Palet. conf. 43. num. 9. Abb. in c. si contra. Argumento ejusdem cap. ubi dicitur: si contra unum ex duobus Judicibus cum illa clausula: quod si ambo interesse non possunt, alter eorum in causa procedat: à sede Apostolica delegatis suspicionis causa legitima proponitur, causa ipsa suspicionis coram non recusato conjudice (ad quem ex vi dicta clausula debet ipsius causa cognitio pertinere) probari, & ab eo examinari debet. Et. Quod si verò tales plures Vicarii in solidum deputati non sint, debent eligi arbitri, qui de causa suspicionis Vicarii cognoscant, sicut cognoscere de recusatatione ipsius Episcopi; cum in diocesi non sit alius Judex, qui cognoscat. Sbroz. num. 6. & apud illum Gemin. in c. si contra. num. 7. Anchar. & Frauc. *ibid.* argumento ejusdem cap. ubi: si verò non est dicta clausula in rescripto (de quo paulò ante, & vi cuius constituuntur plures in solidum) debet super hoc recurri ad arbitros haberi &c.

*Questio 93. An si plures ab Episcopo Vicarii generales constituti simpliciter, unusquisque illorum habeat jurisdictionem in solidum & exercitium, ita ut unus sine alio procedere possit separatim?*

**1.** Respondeo primò: Dum plures in solidum habent jurisdictionem, quilibet eorum ad exercitium jurisdictionis procedere potest separatim. Sbroz. l. 2. q. 61. num. 2. & in specie de Vicariis episcopalibus, si singulis in solidum data jurisdictione ab Episcopo, seu singuli constituti in solidum, id tenent apud Sbroz. cit. num. 2. Bartol. in l. 1. num. 7. Bald. *ibidem* ff. de off. procons. Anchar. in c. licet. de off. Vicar. in 6. num. 5. Gemin. *ibid.* num. 13. Pavin. de potest. capit. sed. Vac. p. 2. q. 10. num. 9. Selv. de benef. p. 2. q. 14. num. 11. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. num. 203. Vant. de nullit. sent. ex defectu jurisdic. ordin. num. 176. &c. Daturque tunc locus preventioni, neque alii licet aut validè se immiscere possunt. Laym. in c. cum plures. de off. & potest. Judic. deleg. in 6. num. 1. Sbroz. loc. cit. num. 4. citans plures alios, uti & num. 20. ubi: si unus ex istis Vicariis solus capisset de causa cognoscere, tunc coram alio pars non debet prosequi causam, cum sit locus preventionis. Nisi tamen, qui præoccupavit exequi impeditus fuerit; tunc eam causam ceptam promovere & finire poterit alter ex iis. Sbroz. l. cit. uti & num. 21. Laym. cit. num. 1. citans seipsum in c. prudentiam. de off. & potest. Jud. deleg. Anchar. *ibid.* not. 3. Jo. And. num. 2. ubi is: si delegatus, qui inchoavit, in remotas terras abiit, & causa expedienda esse existimetur, quod collega eam assumere possit. Vel etiam si alter procedere nollit, aut malitiose se occultaret. Laym. l. cit. Sbroz. num. 25. juxta c. cum plures. juncta Gl. v. recusaret. & ibi DD. Porro datis hoc modo in solidum pluribus Judicibus, si omnes simul cognoscere causam incipiant, non potest dein unus eorum sine aliis non requisitis, nec impeditis procedere; sicut enim uno inchoante ac præoccupante alii procedere non possunt, ita & omnibus inchoantibus ac veluti præoccupantibus causam unus sine aliis procedere prohibetur; sed debent omnes in simul eam terminare. Sbroz.

R. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

l. cit. num. 22. citans quam plurimos. Laym. loc. cit. num. 3. citans Lapum in cit. c. si plures. num. 3. quod ipsum extendit Sbroz. num. 23. ut procedat, etiam si unus illorum juret sibi de causa non liquere, adhuc alter non possit ferre sententiam, argumento l. si uni. nisi ferenda esset pro causa favorabili, puta libertate, testamento, vel pro reo, pro quo postremo citat Bartol. in l. si uni. n. 2. Jason. num. 5. Felin. in c. prudentiam. num. 9. &c. Limitat è contra id ipsum Sbroz. num. 26. ut procedat, ubi esset sententia diffinitiva, vel habens vim diffinitivæ; quia tunc, si omnes simul ceperunt cognoscere, debent in simul omnes judicare: secus, si esset merè interlocutoria. citat pro hoc Bartol. in l. si uni. num. 4. Jason. num. 11. rationem etiam disparitatis addit, quod per meram interlocutoriam non finiatur jurisdictione, nec ejus Officium, juxta Bartol. & Jason. locis cit. quemadmodum per diffinitivam; quando autem per actum aliquem jurisdictione ordinariorum Judicum finitur, tunc ipsi in casu posito non possunt illam separatim exercere, juxta Abb. in cit. c. prudentiam. num. 14. Quod si tamen in dicto casu, ubi omnes in simul debent terminare eandem causam, unus solus ferret sententiam, eam non reputandam nullam ex defectu potestatis, cum ei competat in solidum jurisdictione, astringit Sbroz. num. 27. citans Vantium ubi ante. num. 17. in sine. & Rotam decis. 2. cit. de arbit. in antiq.

**2.** Respondeo secundo: Ordinarios quoscumque simpliciter creatos (subintellige absque eo, quod in creatione addatur in solidum) habere jurisdictionem & exercitium jurisdictionis in solidum, ita ut separatim quilibet sine alio procedere possit, tradit Sbroz. cit. q. 61. num. 2. citatis pro hoc Gl. in l. uni. ff. de judic. v. si uni. Bartol. *ibid.* num. 1. & seq. Alex. num. 7. Jason. num. 4. Gl. in c. ut officium. de heretic. in 6. v. separatim. Roman. conf. 242. num. 1. Marant. de ordin. Judic. p. 4. dist. 5. num. 31. Abb. in cit. c. prudentiam. num. 10. qui hanc sententiam dicat communiorè & veriorè. Adducitur quoque pro hac sententia à Sbroz. loc. cit. num. 3. præter alios textus juris civilis. l. tutores. l. decreto. ff. de administ. Tut. l. fin. de auctor. prestan. ubi pluribus tutoribus simpliciter datis cuilibet in solidum videtur dari potestas; de tutoribus quoque ad Vicarios Episcoporum nunquam argumentari Rebuffum, ut in pr. benef. tit. de Vicar. Episc. num. 26. ait Sbroz. Adducitur quoque ab eodem textus c. si duo. §. sanè junctà gl. v. non in solidum. de Procuratoribus. in 6. ubi: licet ex procuratoribus constitutis sine adjectione; in solidum; unus sine altero admitti non possit, in negotiis tamen spiritualibus specialiter observetur, ut si plures Procuratores fuerint non in solidum deputati, prævaleat, ac si in solidum esset electus; ex quo fiet, quod in spiritualibus procuratoribus constitutis non in solidum ex gratia idem servetur, quod in illis in solidum constitutis; Vicarius verò Episcopi in spiritualibus dicatur etiam Procurator Episcopi. c. petito. de procuratoribus. & ibi Abb. Adeoque in ipso quoque locum habeat dispositio c. si duo, ita ut absque adjectione clausula: in solidum: constitutus sit, ita ut sine alio procedere possit.

**3.** Ampliatur hæc responsio, ita ut Vicarii sic constituti habeant jurisdictionem & exercitium jurisdictionis in solidum tam voluntariam quam contentiosam. Sbroz. cit. q. 61. num. 16. citans Vantium de nullit. cit. de nullit. ex defectu jurisdic. num. 17. Alex. Jason. Item juxta eundem Sbroz. num. 17. five sint constituti in spiritualibus five in temporalibus.

4. Limi-

4. Limitatur è contra, ita ut non censeantur constituti in solidum, ut unus sine alio procedere non possit, dum iurisdictione sive potestas concessa fuit Vicariis non ut singulis, sed ut universis, ac simul & complexivè, sicut fit, cum verba delegationis vel rescripti reperiuntur directa universitati seu dignitati Vicariorum, seu pluribus tanquam universis, non autem simpliciter. Sbroz. *l. cit. num. 18. & 19.* citans Bartol. *in l. si uni. de re judic. num. 1.* Alex. *num. 7.* Jason. *num. 4.* Vant. *ubi ante. num. 175. & seq.* Pavin. *de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. num. 9. & c.* Plures limitationes alias vide *Respons. præced. ubi*, in quibus casibus adhuc alii ex Vicariis in solidum constitutis possunt causam ab uno captam profequi ac finire, vel etiam in simul omnes.

*Questio 94. Num hæc ipsa dicta de Ordinariis seu Vicariis generalibus Episcoporum locum quoque habeant in delegatis ab Episcopo ad universitatem causarum?*

1. **R**espondeo: problematice ferè in hac questione procedit Sbroz. nam primò *cit. q. 61. num. 4. & s.* id affirmat hisce expressis: *isti delegati ad universitatem causarum simpliciter constituti habent iurisdictionem, & ejus exercitium tanquam Ordinarii in solidum, ita ut unus absque alio procedere possit.* Citatque pro hoc Gl. *in cit. l. si uni. & ibi Bartol. num. 3. Alex. & Jason. num. 6.* Marant. *de ordin. Judic. p. 4. dist. 3. num. 41.* Vant. *de nullit. ex defectu jurisd. num. 178.* & plures alios, dicitque hanc esse opinionem communem testibus AA. citatis. Adduci ait pro hac sententia textum *l. i. §. si plures. ff. de exercit. ubi pluribus constitutis Magistris seu exercitoribus ad universalem administrationem, in dubio quilibet censetur in solidum constitutus, & quilibet potest separatim administrare, adeoque idem dicendum de pluribus delegatis ad universitatem causarum.* Item *num. 6.* rationem adducit, nempe quod tales delegati æquiparentur Ordinario. Pro quo citat Gl. *in c. causam. il primo. de appellat. v. delegatus, & in c. statutum. §. insuper. de rescrip. v. moderatus, ubi illos vocat ordinarios.* Abb. *in c. Bertoldus. col. 1. de re Judic. Vant. ubi ante num. 178.* Menoch. *de arbit. Judic. l. 1. q. 67. num. 31.* Adeoque sicut pluribus Ordinariis constitutis simpliciter quilibet procedere potest.

2. Sententiam directe contrariam, nimirum quòd istiusmodi delegati ad universitatem causarum, seu Vicarii foranei Episcoporum simpliciter constituti iurisdictionis exercitium non in solidum habeant singuli, sed pro parte, unusque sine altero procedere nequeat, Sbroz. *num. 7.* teneri ait ab Imol. *in c. 1. de officio delegati.* Abb. *in cit. c. causam, il primo. num. 7.* Bened. de Vald. *in addit. ad Felin. & alios.* adducitque ab illis textum in *cit. c. officium. de heret. in 6. juncta gl. v. separatim.* ubi Inquisitores hæreticæ pravitatis deputati in aliqua provincia vel civitate delegati ad universitatem causarum juxta Alex. *in cit. l. si uni. num. 8.* Jason. *num. 6.* Alciat. *in rub. de off. ordinari. n. 21.* Menoch. *ubi ante q. 54. num. 41.* ex speciali favore fidei procedere posse separatim; Adeoque à speciali alii delegati ad universitatem causarum procedere non possunt separatim. Item adduci ab illis rationem ait Sbroz. *num. 8.* nempe quòd ratio, cur unus ex Ordinariis possit à principio tanquam constitutus in solidum procedere separatim; non autem

ex pluribus delegatis ad unam causam, fit, quòd Ordinarius dicatur habere iurisdictionem jure proprio, delegati illi jure alieno. Quæ ratio quoque militet in delegatis ad universitatem causarum. Sed neque ob stare argumenta sententiæ oppositæ affirmativæ, ait Sbroz. *cit. num. 8. & seq.* eò quòd imprimis textus ille *l. si uni.* loquatur de Exercitatoribus, quorum officium est autoritate & utilitate privatum, ut Abb. *in c. prudentiam. num. 10.* & ideo ab illis malè arguatur ad dictos delegatos. Dein delegatos illos æquiparari Ordinariis, & esse admittat illorum, negent alii, ut Abb. *in c. relatum. de off. deleg. num. 7.* Alex. *in l. more. ff. de jurisdic. omni. Judic. num. 26.* & Dec. *ibidem. num. 42.* vel saltem negari non posse, quin delegatus ad universitatem causarum in multis differat ab Ordinario, uti in specie delegatorum ad universitatem causarum Episcopi seu Vicariorum foraneorum differentias plures afferunt Abbas *loc. cit.* Bartol. *in l. fin. quis & à quo. in fine. Alex. cons. 82. num. 3.* & plures alii citati à Sbroz. *num. 10.* Adeoque non procedat æquiparatio; quia non est universalis & per modum regulæ, pro ut requiritur ad hoc, ut dispositum in uno ex æquiparatis locum habeat in alio juxta Decium *in c. translatio. de consue. num. 3.* Et certè æquiparatio delegati ad universitatem causarum & Ordinarii non reperitur facta specialiter à citatis AA. in exercitio iurisdictionis in solidum, de quo est præfens quæstio. Unde jam inquit Sbroz. *num. 12.* opinionem illam affirmativam communem nullo loco munitam esse, quin expugnari possit & refutari; Verumtamen nefas esse ab ipsa recedere propter autoritatem tantorum Patrum pro ea citatorum; præsertim cum facillè quoque, quæ pro opposita sententiæ negativa afferuntur, dilui possint respondendo ad primum, dictos Inquisitores hæreticæ pravitatis non esse delegatos ad universitatem causarum; cum delegatus ad universitatem causarum dicatur ille, qui est institutus ad universas causas alicujus loci, ut Bartol. *in l. 1. ff. quis & à quo. in fine.* Jason. *cons. 12. num. 3.* & alii apud Sbroz. *cit. num. 14.* Ad rationem quoque adverbiorum dicendo, adductam ab illis rationem, quòd nimirum ideo delegatus ad universitatem causarum tanquam non habens iurisdictionis exercitium in solidum, non possit procedere separatim, quia iurisdictionem habet jure alieno, non esse veram rationem, sed veram rationem hujus esse, quòd delegata universitate causarum pluribus, censeatur commissum in solidum exercitium iurisdictionis, ut jura à se pro hoc allegata probant. Et hanc rationem dari à Felino *in c. causam. de off. delegat. num. 8.* ait Sbroz. *num. 15.* Porro limitationes & extensiones adductas *quest. præced.* pro Vicariis constitutis simpliciter pari modo suis locis applicari dictis delegatis, & firmat accumulatis AA. Sbroz.

*Questio 95. Num igitur idem quoque locum habeat in Vicariis pluribus foraneis constitutis ad certum genus causarum, ita ut simpliciter constituti censeantur in solidum?*

1. **R**espondeo negative; cum isti Vicarii sint simplices delegati, & idem videatur de illis delegatis,

legatis, quod de particularibus. Sbroz. *cit. q. 61. n. 30. & 31.* Quod spectat, quod aliàs cum communi ait Laym. *in c. prudentiam. de potest. judic. deleg.* si plures Judices ad causam terminandam delegati sunt, non habent jurisdictionem in solidum, nisi id in forma exprimitur, qualiter id satis exprimi in constitutione talium Vicariorum foraneorum delegatorum ad certum genus causarum ait Sbroz. *n. 32.* si adhibetur clausula: *vos omnes, vel duo, aut unus vestrum*: quia tunc censetur delegatio facta in solidum, & locus esse preventioni, ut Capra. *Reg. 25. n. 20.* Marant. & alii. Item si adjecta esset clausula: *quod si unus interesse nequeat, alter exequatur*: nam constituto, quod collega non possit aut nolit interesse, alter solus expedire potest. Sbroz. *num. 33.* citans *c. prudentiam. & ibi DD.* Felin. *in c. seiscratus. de rescript.* Capra. *Reg. 27. n. 25.* Vant. *de nullit. ex defect. jurisdic. num. 180.* qui dicat esse communem, De cetero rationem responsionis dat Sbroz. *ex Abb. in c. prudentiam. num. 15. & Felin. n. 8.* quia plures delegati ab uno dati super eodem articulo representant personam unius in unica jurisdictione, & ideo non possunt separatim procedere.

2. Occasione hujus de jurisdictione data in solidum, & pro meliore intelligentia dictorum tribus quaestionibus praecedentibus, notanda sunt sequentia ex Laym. *l. c. imprimis.* quod licet jurisdicatio secundum se dividi nequeat, ita ut pluribus secundum diversas sui partes competat, possit tamen ita pluribus competere, ut singuli totam habeant, sed non totaliter. Dein quod jurisdicatio similisve potestas v. g.

praesentandi, vel competit pluribus collegialiter, & tunc singuli jurisdictionem illam aut potestatem non exercent, sed Collegium, unde sententia aut decretum illorum non valet, nisi sit ex consensu majoris partis Collegii legitime congregati. Vel jurisdicatio similisve potestas competit pluribus ut singulis; & tunc interdum competit eis totaliter seu in solidum; ut si duo sunt generales Vicarii Episcopi, hi tum simul, tum seorsim causas cognoscere possunt, & quod si unus praecoccupet, alter se immiscere nequit, nisi, qui caeperat, impediatur prosequi juxta dicta à nobis. Ac denique, quod licet jurisdicatio secundum se dividi nequeat, per accidens tamen dividi possit ratione temporis aut loci. Exemplum primi est, si duo Consules civitatis alternis annis officium administrant, seu jurisdictionem exercent, hoc casu officium seu jurisdicatio Consulis per accidens dividitur quò ad exercitium secundum varia tempora. Exemplum secundi est, si territorium ex hereditate fratribus proveniens inter ipsos dividatur (uti divisio illa semper institui potest, nisi terra illa vinculo primogeniturae sit astricta, aut ex feudi specialis concessione, aliave dispositione hanc conditionem habeat, ut indivisa permaneat. Molin. *Tom. de Just. p. 1. disp. 581.* apud Laym.) consequenter etiam jurisdicatio in ordine ad loca illa dividatur. Quia verò communio, praesertim in jurisdictione exercenda, discordias parere solet, ideo expedit, quin & socii cogi quandoque possunt ad talem divisionem instituendam, ut Laym. *ex Felin. in c. prudentiam. de off. deleg. num. 5.*

## CAPUT TERTIUM.

### De potestate Vicarii Episcopi.

#### PARAGRAPHUS I.

De iis, quæ Vicarius facere possit extra materiam beneficalem, vi Officii Vicariatus generaliter ei commissi.

Quaestio 96. Num parem cum Episcopo potestatem habeat Vicarius generalis?

**R**espondeo: Tamen Vicarius generalis regulariter possit omnia, quæ Episcopus, Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num. 65.* citans præter alios Covar. *pract. 99. c. 4. num. 4.* Sbroz. *l. 2. q. 57. n. 5.* citatis Host. Jo. And. Archid. *in c. fin. de off. Vicar. in 6.* Felin. *in c. ex parte. de constit. col. 3.* Maran. *de ordin. judic. p. 4. disp. 5. n. 20.* Mandol. *ad Reg. 24. Cancell. de malè promotis. n. 39. n. 2.* & pluribus aliis. Sitque superior sicut Episcopus. Sbroz. *l. cit. num. 4.* ex Archid. *in c. Romana. de appellat. in 6. num. 1.* Idque sive creatus sit ab Episcopo, sive ab ejus Superiore invito Episcopo; quia adhuc habet eandem jurisdictionem, & non minus representat ipsum Episcopum. Sbroz. *num. 6.* citatis pluribus. Majus tamen est imperium majorque potestas Episcopi (intellige, P. Lauren. *Vicarius Episc. Tract. 1.*

etiam præscindendo ab iis, quæ Episcopo jure speciali competunt, & loquendo solum de iis, quæ ei jure ordinario conveniunt) Sbroz. *l. cit. num. 11.* citatis Gemin. *in c. licet. de off. Vicar. in 6. num. 6.* Bald. & Jason. *in l. sed si hæc. §. semper. ff. de in jus vocandis.* Felin. *in c. cum olim. il. 2. de off. deleg. in princ.* Foller. *in pract. crim. can. p. 1. mor. num. 121.* &c. Pax Jord. *l. 12. tit. 1. num. 230.* ubi: *est idem sit tribunal Vicarii cum Episcopo, id tamen cum moderatione accipiendum; etenim multa per solum Episcopum possunt expediri, aut de illius mandato, & in reliquis omnibus Episcopi potestas & auctoritas tanquam propria, & principalis firmior est quam Vicarii. Pater id ipsum quoque specialiter etiam in spiritualibus v. g. quò ad absolvendum, dispensandum &c. in quibus, ut constat, non habet Vicarius parem cum Episcopo potestatem. Et ista regula de tribunali identitate propriè in contentiosis procedit.* Pax Jord. *l. cit. num. 231.* Patetque in omnibus iis, quæ Vicarius sine speciali Episcopi mandato facere nequit. Sed neque in omnibus Vicarius cum Episcopo suo concurrere potest. Sbroz. *l. cit. num. 12.* citans Capra. *Reg. 33. num. 17. p. 1.* Neque in omnibus est Superior sicut Episcopus. Sbroz. *n. 13.* ex Archid. *in c. Romana. de appellat. in 6. n. 1.*

*Questio 97. An aequalem potestatem habeat Episcopi Vicarius generalis cum Capitulo sede vacante?*

**R**espondeo: non posse eum omnia, quae potest Capitulum sede vacante. Sbroz. l. 2. q. 29. n. 7. citans Innoc. in c. eam te. de rescrip. in 6. Abb. in c. quoniam. de off. deleg. num. 17. Pavin. de potest. capis. sed. vac. p. 1. q. 2. num. 2. &c. Patebit ex dicendis tract. de capis. sed. vac. ubi, quod Capitulum totalem Episcopi potestatem habeat, eamque Vicario suo committere possit.

*Questio 98. Vicarius generalis Episcopi quid possit eo ipso, quod constituatur, sive ex vi Vicariatus generalis per commissionem generaliter factam ei collati?*

**R**espondeo: potest omnes causas ad Episcopalem jurisdictionem pertinentes expedire, praeter illas, quae speciale mandatum requirunt. Garc. p. 5. c. 8. num. 66. Pirh. ad tit. de off. Vicar. num. 41. c. licet. de off. Vicar. in 6. & argumento c. qui generaliter. de Procur. in 6. ubi de Procuratore generaliter constituto ad negotia id deciditur. Et sic Vicarius generaliter constitutus praesumptionem pro se habet, quod omnes causas jurisdictionis episcopalis expedire possit, nisi constet vel ostendatur jure scripto, aut recepta curiarum consuetudine inter speciales numerari. Laym. in cit. c. licet. num. 1. citans Rebuff. in pr. p. 1. tit. de form. Vicariat. num. 152. item Pirh. l. c. vel nisi constet, aliquid ab Episcopo esse suae potestati specialiter reservatum, ut Pirh. l. cit. Quare, si in aliquo canone dicatur, quidpiam ad Episcopi potestatem spectare, nisi inter casus exceptos sit, ceteri debet, etiam Vicario generali competere; cum eandem ipse jurisdictionem habeat. Laym. Pirh. locis cit. Porro quae in specie sint ea, quae eo ipso, quo generaliter creatur, Vicarius possit, Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 4. ait contineri in l. suggerente. c. de eo, qui vices alterius gerit. & eorum plura ibidem enumerat. Ubi etiam illud notandum ex Tondut. qq. beneficiis. p. 2. c. 4. §. 9. num. 18. quod Episcopo in remotis agente multa facere possit (intellige vi Vicariatus illi generaliter commissi) quae non posset Episcopo praesente. v. g. jurisdictionem exercere in suffraganeos, consentire collationi, non tamen electioni, pro quo citat Sbroz. l. 2. q. 71. num. 22. statutis capitularibus consensum praebere. Pro quo citat Sbroz. l. 2. q. 200. num. 4. concedere licentiam assumendi Ordines. Pro quo citat Abb. conf. 88. vers. venio. l. 1. Verum de his statuitur melius, ubi de sequentibus in singula inquiritur, num ea possit vi generalis commissionis Vicariatus, num ad ea egeat speciali mandato.

*Questio 99. An, si Episcopus Vicario in generali Vicariatus commissione generalem seu plenam & liberam facultatem det agendi omnia, quae ipse facere potest, hoc ipso in tali generali mandato comprehensa censentur, quae alias speciale mandatum requirunt, v. g. dispensatio, collatio beneficiorum &c.*

**R**espondeo negativè. Sbroz. l. 1. q. 65. num. 7. & 9. citans Gl. in c. 2. de off. Vicar. in 6. v. committantur. Laym. in c. ult. de offic. Vicarii in 6. n. 13. Pirh. l. cit. num. 42. citans Covar. l. 1. var. resol.

c. 6. num. 3. cum communi. Specialiter enim non censentur commissa aut delegata, nisi exprimantur. Laym. & Pirh. locis cit. juxta c. qui ad agendum. de procurat. in 6.

2. Quod si tamen in mandato generali exprimat quidpiam requirens speciale mandatum adjecta clausula generali. v. g. committimus tibi Vicario generali facultatem dispensandi, & omnia alia, quae nos possumus, expediendi, etiamsi speciale commissionem requirant, poterit Vicarius expedire quoque omnia alia speciale mandatum requirentia. Sbroz. l. cit. num. 5. citans Gl. fin. in c. 2. de off. Vicar. in 6. Bertach. de Episc. l. 4. p. 6. tit. de Vicar. Episc. num. 10. Abb. conf. 88. col. 5. num. 6. vol. 1. Diaz. in pr. crim. can. c. 3. num. 5. Berol. conf. 22. num. 10. 11. & 9. vol. 1. Quos sequuntur Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 46. Laym. & Pirh. locis cit. Garc. l. cit. num. 68. Modò tamen illa speciale mandatum requirentia non expressa sint in minor vel aequalia, non verò majora vel graviora expressis. Sbroz. num. 10. 11. & 12. Garc. num. 69. citans Rebuff. in pr. tit. de form. Vicariat. num. 183. Laym. l. cit. Pirh. l. cit. citans in super Barbof. in collect. ad cit. c. 2. de off. Vicar. in 6. num. 8. juxta textum Clem. 2. de procurat. ubi, quod in mandato procuratorio non veniunt majora, sed similia vel minor expressis, & juxta c. sedes. de rescrip. & ibi Abb. num. 2. & DD. communiter. Clausula enim generalis seu indefinita subsequens ordinariè restringitur ad similia illis, quae ante expressa erant; & dictio alias vel alia est implicativa similitudinis. Pirh. l. cit. Non tamen post expressum aliquid speciale mandatum requirens sufficit dicere: ad omnia alia: nisi addatur: etiamsi speciale mandatum exigant. Garc. num. 70. & 71. citans Bartol. conf. 5. num. 3. l. 2. argumento c. quid agendum. & Clem. 2. de Procurat. Verumtamen in his omnibus attendendum ante omnia ad intentionem committentis; cum istiusmodi juris praesumptiones non habeant locum, ubi de contraria eius voluntate constat, monet Laym. h. c. in fine & ex eo Pirh.

*Questio 100. Num igitur etiam ex generali commissione Vicariatus, quae est cum clausula: cum libera, plena & omnimoda potestate agendi omnia alia: absque eo, quod aliquid speciale mandatum requirens expressum fuerit, expedire possit speciale mandatum requirentia?*

**R**espondeo: affirmativam tenet Garc. l. cit. num. 72. juncto num. 73. quem sequitur Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. num. 47. eo quod dicta clausula inducat mandatum speciale. pro quo citat Bartol. num. 2. & alios in l. Procurator, cui generaliter, ff. de Procurat. Cornæum & alios in l. si Procurator. cod. eod. Covar. Vicar. l. 1. c. 6. num. 3. Monterros. tract. de claus. ponend. in mandat. pract. 7. Guttier. de juram. confirmator. p. 1. c. 50. num. 9. & 13. Mohed. decis. 2. de off. Vicar. alias 323. ubi dicat; quod habere mandatum cum libera, vel cum plena & omnimoda potestate; & habere mandatum speciale, aequiparentur. Pro quo eodem recitat quoque decis. rosa in Valent. beneficii. de anno 1582. Quae si vera sunt, multò magis poterit Vicarius expedire ea, quae speciale mandatum requirunt, si dicta clausula sic formaretur: cum libera & plena potestate omnia alia agendi, quae speciale mandatum requirunt: absque eo, quod quidpiam eorum in specie exprimat. & sic sentire videtur Sbroz. l. c. n. 6. citatis pluribus. De cetero idem Sbroz. postquam n. 8. dixisset: quam-

quanti procuratoris mandatum cum plena potestate vel cum libera vim specialis mandati habere scribant DD. in l. si procurator, cui libera. Abb. in c. si non. de delegat. num. 28. quod tamen non transit absque difficultate ex dictis per Alex. & alios in cit. l. si procurat. &c. Addit. num. 9. Vicarium tamen Episcopi cum plena potestate non posse facere exigentia speciale mandatum, nisi quibusdam specialibus expressis dicit gl. in dicto c. 2. in fine, & videtur esse de mente illorum, quos retuli in princ. hujus q. 65.

*Questio 101. An, si in mandato generali Vicariatus Vicario ab Episcopo detur potestas ad omnia exequenda, quae Episcopalis sunt potestatis, excepta aliqua re speciali, speciale mandatum requirente, v. g. beneficiorum collatione, Vicarius expedire possit cetera, quae speciale mandatum requirunt v. g. dispensare &c.*

1. **R**espondeo non convenire in hoc AA. nam primò affirmativam tenent apud Sbroz. cit. q. 65. num. 15. Decius in c. cum dilecta. col. 2. de confirmat. utili & inut. & in l. de Regul. juris. num. 29. Dominic. in c. qui ad agend. de procurat. in 6. §. 1. n. 2. Cagnol. in cit. l. 1. num. 37. Gozad. conf. 26. num. 49. Tiraq. de retract. lignan. in fine. num. 95. Ratio horum AA. est, quia illa exceptio declarat & ampliat regulam, aliàs exceptio non esset de regula, pro ut esse debet, & esset inutilis & superflua. Negativam è contra tenent apud eundem Sbroz. & apud Garc. n. 78. Anchar. in c. 2. de off. Vicar. in 6. in fine. Franc. in c. quoniam frequenter. de lite non contestata. num. 1. Covar. ubi ante. dicens hanc sententiam veriore. Quibus adherere videtur ipse Sbroz. & expressè illis adherent Laym. in c. ult. de off. Vicar. in 6. num. 12. & Pirh. cit. num. 43. Item Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 48. citans Meroll. Theol. mor. p. 3. disp. 7. c. 6. dub. 43. num. 411. & seq. Pro hac sententia n. 43. rationem hanc dat Sbroz. quòd tunc exceptio illa veniens ad regulæ diminutionem non debet operari augmentum. Eandem rationem fusiùs deductam dat Pirh. l. cit. ex Laym. l. cit. quia nimirum exceptio rei, quæ sub regula non comprehenditur, non ampliat sive extendit regulam, sed potius restringit & diminuit; licet enim exceptio apposita regulæ universali eam confirmet in aliis contentis sub regula, seu non exceptis; quia tamen collatio beneficiorum ex juris dispositione non comprehenditur in generali mandato Vicariatus, sed excipitur, ideo illa exceptio non ampliat regulam, ut comprehendat etiam reliqua speciale commissionem requirentia; sed solum videtur apposita ad significandam diminutionem seu restrictionem, ita ut æquipolleet particulæ adversativæ, & sensus sit, quòd Vicarius omnia possit exercere, quæ jure ordinario ad ejus officium spectant, sed beneficia conferre non possit.

2. Quòd si tamen Episcopus committeret facultatem absolute faciendi omnia, quæ ipse facere potest, excepta v. g. collatione beneficiorum, tum vi talis commissionis poterit etiam expedire reliqua omnia speciale mandatum requirentia; nam jam collatio beneficiorum continetur in regula seu propositione illa universali; quia est inter ea, quæ facere potest Episcopus; ideoque ejus exceptio censetur confirmare alia omnia ejusdem generis non excepta. Ita Laym. & Pirh. citantes Gloss. in cit. c. 2. v. committantur. Idem omnino tradit Garc. l. c. n. 79. sub hac distinctione; P. Leuron. Vicarius Episc.

nimirum quòd possit Vicarius cetera omnia requirentia speciale mandatum, si datum generale mandatum dicendo: ad omnia, quæ potest constituens, excepta illa re; secus, si datum generale mandatum dicendo simpliciter: ad omnia, excepta illa re.

## PARAGRAPHUS II.

De iis, quæ Vicarius generalis facere nequeat sine speciali mandato extra materiam beneficiale.

*Questio 102. Mandatum speciale Vicarii quodnam sit, & qualiter a mandato singulari distinguatur?*

**R**espondeo cum multa spectantia ad jurisdictionem & potestatem Episcopalem exercere nequeat Vicarius sine speciali Episcopi mandato. Sbroz. l. 1. q. 65. num. 1. juxta c. penult. & ult. de off. Vicar. in 6. necesse erit explicare priùs mandati seu commissionis specialis naturam; hinc dico minus perfecte illud describi à Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. num. 46. quòd tunc dicatur habere Vicarius generalis speciale commissionem ad aliquod negotium, quando illud particulariter est illi demandatum, vel in, seu una cum commissione (intellige generali Vicariatus) vel extra illam per aliquem actum. Melius vero describi à Sbroz. l. cit. num. 2. quòd speciale mandatum dicatur, quando Episcopus dat potestatem Vicario verbis expressis ad aliquem actum, generalitate verborum abstracta v. g. ad conferenda beneficia &c. absque eo, quòd causa & persona exprimat se seu specificetur, citat pro hoc c. penult. de off. Vicar. in 6. junctà gl. v. committantur. & c. fin. cit. eod. junctà gl. v. commissa. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. Alex. conf. 134. in princ. vol. 6. Cravet. conf. 125. num. 6. ac præsertim Melill. tract. de præcedentia Vicarii c. 3. num. 5. in fine Covar. l. 1. var. resol. c. 6. num. 2. ubi quòd non oporteat esse mandatum speciale quo ad causam, neque quo ad personas. Tunc vero erit & dicetur mandatum singulare, ubi non tantum genus seu species causarum, sed ipsa causa in particulari, & persona fuit expressa. Sbroz. l. cit. num. 3.

*Questio 103. Vicarium habere speciale mandatum, an probandum an præsumendum: & an Vicario attestanti de eo sit credendum?*

1. **R**espondeo primò per modum suppositionis, Vicarium ipsum, seu ipsam deputationem in Vicarium esse probandam ex Regula generalitatis quòd qualem quis se facit, talem debet se ostendere: l. non ignorat. c. de accusat. Bald. conf. 89. num. 3. l. 1. apud Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 50. Quia & in hoc non creditur assertioni ipsius Vicarii, ut Paris. conf. 12. num. 14. & 15. apud eundem. Quòd ipsum tamen solum procedit, ubi Vicariatus negatur, & tunc fundans se in eo debet illum probare, Ventrigl. ibidem citans Bursat. conf. 23. num. 22. l. 1. Mihi in repertor. v. Vicariatus. juxta dicta à nobis supra in quest. an opus sit scripturâ in constitutione Vicarii, ubi etiam qualiter probandus Vicariatus.

2. Respondeo secundò: si verò non negetur Vicariatus seu deputatio in Vicarium, sed sola potestas

Vicarii, distinguendum est, ita ut, si negetur potestas & facultas, quam habet Vicarius ex generali commissione & jurisdictione ordinaria, hæc probanda non sit, sed præsumenda. Ventrigl. l. cit. num. 52. citans c. cum in jure. de off. deleg. & ibi Felin. col. penult. Bald. in l. ea quidem. col. 4. c. qui accusari non poss. Rotam decis. 176. in antiq. ubi deciditur, Legato credendum in his, quæ veniunt ex communi jure, & ex officio legationis. Et sic credendum Vicario sine literis attestanti in his, quæ veniunt ex generali commissione, astituit Sbroz. l. 2. q. 66. num. 2. citans Mascard. de probat. concl. 140. num. 3. & concl. 269. n. 3. & 4. vol. 1. Si vero negetur in Vicario facultas eorum, quæ speciale mandatum requirunt, subdistingendum est: vel enim negatur aut opponitur contra hanc facultatem, antequam Vicarius illam exerceat, ad impediendum actum faciendum, & tunc est ea omnino probanda, nec præsumi debet aut sufficit, aliis actus erit nullus ipso jure. Ventrigl. l. cit. n. 33. citans Mascard. de probat. concl. 140. num. 16. & Crescent. (quos etiam ait tenere, in hoc casu hanc facultatem probari per communem reputationem) exemplo delegati, à quo si petatur, ut doceat de suo mandato; si non doceat, quidquid agit, est ipso jure nullum, juxta Innoc. in c. venerabilis. de censib. col. 1. Felin. in c. cum in jure. de off. deleg. apud eundem Ventrigl. Qualiter verò probanda dicta facultas, satis constat ex dictis supra, ubi an opus scripturæ in constit. Vicarii, quæ enim ibi dicta de probatione Vicariatus, multo magis locum habent in probanda commissione speciali, dum ea, quæ specialiter committuntur, seu speciale mandatum requirunt (intellige in simul cum commissione generali Vicariatus) in literis Vicariatus exprimi soleant. Sbroz. l. 2. q. 67. num. 1. ex Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 42. Si verò negatur prædicta facultas, postquam Vicarius ea usus est, & ad annullandum actum factum, & tunc, si Vicarius, vel ejus prædecessor communiter explevit ea, quæ requirunt specialem facultatem, maxime Episcopo præsentem, est præsumenda illa facultas, ne actus invalidi dentur; cum semper præsumatur pro validitate actus. Ventrigl. cit. n. 53. Paris. de resen. l. 7. q. 24. num. 13. Et generaliter, quod mandatum præsumatur post actum factum; concludit idem Paris. l. cit. l. 9. q. 22. num. fin. & num. 21. dicit mandatum legationis præsumi ex diuturnitate temporis. Quod faciunt etiam, quæ habet Barbof. juris Eccles. l. 1. c. 32. num. 129. ubi agens de facultate Vicarii Episcopi dandi dimissorias sine speciali mandato Episcopi, fuse probat, hoc mandatum datis dimissoriis in Vicario præsumi & probari multis conjecturis.

*Quæstio 104. Num in iis, quæ speciale mandatum requirunt, Vicarius sit delegatus, & ab eo ad Episcopum appelletur?*

**R**espondeo affirmative. Sbroz. l. 2. q. 65. num. 2. Garc. p. 5. c. 8. num. 40. nisi simul & unâ in prima commissione generali Vicariatus committantur. Sbroz. num. 3. Garc. num. 41. vel si extra illam committantur, committantur tanquam Vicario. In utroque enim hoc casu erit Ordinarius, & spectabunt ea ad ordinariam illius jurisdictionem. Vide & de his dicta fuis supra, ubi in quibus habeat jurisdictionem ordinariam. Vide quoque Laym. in c. ult. de off. Vicar. in 6. num. 14.

*Quæstio 105. An & qualiter requirentia speciale mandatum, sine eo gesta à Vicario ratificare possit Episcopus?*

**R**espondet negative Sbroz. l. 3. q. 26. cum Anchar. in c. licet. de off. Vicar. in 6. n. 2. Gemin. ibidem n. 15. & Franc. ibid. col. 2. in Gl. v. speciali mandato. Rationem etiam addit; quia non est locus rati-  
habitioni ut ex tunc, nec ut ex nunc in iis, in quibus consideratur initium, ut in sententia, electione; secus tamen in casibus, in quibus non consideratur initium; quia tunc ratificare potest Episcopus gesta per Vicarium, saltem prout ex tunc juxta regulam: non firmatur. de reg. juris in 6. Item quia juxta Gemin. l. cit. facere nomine Vicariatus, non est facere nomine constituentis, nisi in his, quæ veniunt ex generali mandato; hinc rata haberi non possunt specialia tanquam non gesta nomine constituentis juxta regulam. Ratum. de reg. juris in 6. licebit tamen ratificare gesta per Vicarium nomine Episcopi in ejus commodum per Episcopum scientem & tacentem, nedum approbantem. Sbroz. l. cit. n. 2. ex Abb. conf. 88. col. 5. n. 6. vol. 1. plura de his infra in fine hujus tract. ubi de gestis per Vicarium approbandis aut rescindendis, & puniendis.

*Quæstio 106. Num Vicarius in iis, quæ speciale mandatum requirunt, possit Vicarius potestatem suam specialiter acceptam ab uno casu extendere ad alium similem?*

**R**espondeo: Resolutionem hujus quæstionis pendere ab eo, num potestas in illis requirentibus speciale mandatum, ei concessa in ipsa Vicariatus commissione; tunc enim in iis habebit, ut dictum paulò ante, jurisdictionem ordinariam; jurisdictionem autem ordinariam, quia est prorogabilis de casu ad casum similem. Sbroz. l. 1. q. 67. num. 5. in fin. juxta c. P. & G. de off. delegat. & ibi Gemin. num. 9. videtur posse extendi dicta potestas de casu uno ad alium similem. Si verò sunt solum jurisdictionis delegate (qualia sanè erunt, dum commissio seu mandatum non tam est speciale quam singulare ad singularem casum) non poterit ea potestas extendi ad omnino etiam similem casum; quia ut Sbroz. l. cit. citans Jo. de S. Georgio. in c. licet. de off. Vicar. in 6. jurisdictione delegata est improrogabilis, seu extendi nequit ad alia etiam similia juxta cit. P. & G.

*Quæstio 107. In quibus Vicarius egeat speciali mandato?*

**R**espondeo: Plurima esse, ad quæ Vicarius egeat speciali commissione seu mandato, constat. Sbroz. l. 1. q. 65. n. 1. quanquam verò ea sint, difficile est generali aliqua regulâ complecti, propter diversas DD. sententias, dum quæ eorum aliqui volunt requirere speciale mandatum, de iis id negent alii. Engels ad tit. de off. Vicar. num. 10. generalem regulam aliquam ponere videtur Garc. p. 5. c. 8. num. 46. juncto num. 63. ita ut in omnibus iis, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, & sapiunt meram gratiam, egeat speciali mandato; in iis verò quæ sunt justitiæ, seu necessario expedienda, speciali mandato non egeat. Verum hæc regula infallibilis non est, nec apud omnes recepta, ut bene Engels. loc. cit. sic v. g. tradit Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. Vicarium instituire non posse præsentatos, etsi id negent alii, & tamen instituire præsentatos est justitiæ. E contra dispensare, remittere denunciations matri-

trimoniales, & familia sunt saepe meræ gratiæ, & tamen plures sentiunt, hæc fieri posse à Vicario sine speciali mandato. Engels l. cit. Unde is aliam videtur regulam statuere ex Sanch. de matrim. l. 3. d. 59. q. 2. num. 1. & seq. dum ait: quòd, cum Vicarius utatur jurisdictione, & tribunali Episcopi, regulariter quæ conceduntur Episcopo (intellige de jure communi, & non ex speciali aliqua commissione aut statuto) etiam vicario concessa intelligantur (uti & is, & Capitulum Sede vacante in ijs, quæ pertinent ad jurisdictionem, nec competunt Episcopo jure aliquo speciali, continentur appellatione Episcopi. Fagn. in c. quoniam, de off. deleg. num. 41.) nisi fuerint specialiter in jure excepta, vel sint res arduæ & magni præjudicii, quæ verisimiliter Episcopus nolle sine suo præfata expedire. Verum de his statuetur, ubi singula, de quibus dubium esse potest, an requirant specialem commissionem, speciatim examinabuntur in sequentibus quaest.

*Quaestio 108. Num ea, quæ sunt meri imperii, transeant in Vicarium sine speciali mandato?*

**R**espondeo: primò per modum notabilis, Episcopum habere merum & mixtum imperium. Sbroz. l. 2. q. 56. n. 1. merum autem imperium & mixtum secundum Canones comprehendere omnia jura Episcopalia, tã ordinis quam dignitatis & jurisdictionis. Sbroz. ibid. num. 3. citatis Abb. in c. quod sedem, de off. jud. ordin. n. 4. & seq. Covar. l. 3. var. resol. c. 20. n. 2. ac denique non prohiberi Vicarium exercere, pleraque jura Episcopalia sine speciali mandato. Sbroz. l. cit. num. 3. in fine. His suppositis,

2. Resp. secundò non convenire in hoc puncto AA. nam in Episcopi Vicarium non transferri merum imperium sine speciali mandato, tenent apud Sbroz. l. cit. n. 1. Alex. in l. 1. ff. de off. ejus. n. 71. & 74. juxta c. 2. de off. Vicar. in 6. Gl. in c. quod translationem, de off. legat. v. reservata circa medium. Abb. in c. 1. de off. Archidiacon. n. 2. Bero in c. cum omnis, de consuet. num. 48. &c. verum melius astruit Sbroz. a num. 4. cum plures sint gradus tam meri quam mixti imperii, tam de jure civili quam canonico, plures eorum transire in Vicarium ex generali Vicariatus commissione. v. g. excommunicare, quod est meri imperii, ut Hostiens. in c. postulasti, de off. ordinat. Innoc. in c. transmissam, de elect. nisi forte exerceatur in favorem privatum in casu, quò delegatus vult excommunicare impedientem jurisdictionem; quia tunc esset mixti imperii, ut Menoch. tract. de arb. judic. l. 2. casu 438. in fine. centur. 2. Item cognoscere causas civiles, beneficiales, sententiam exequi, restituere in integrum, instituire præsentatos, &c. Sbroz. num. 8. quæ sunt mixti imperii, ut apud eundem Abb. in c. si quis contra, de foro compet. num. 2. Speculat. tit. de jurisdic. omni. Judic. num. 29. & 30. E contra plures sunt gradus tam meri quam mixti imperii, quæ sine speciali mandato non transeunt in Vicarium Episcopi. Sbroz. num. 10. sic depositiones, degradationes, consecrationes, & ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, sunt meri imperii, ut Abb. in c. quod sedem, num. 8. Speculat. l. cit. num. 28. Bertach. de Episc. l. 4. tit. de vita Episc. num. 15. & ea sine speciali commissione exerceri nequeunt à Vicario. Item suspendere perpetuò, conferre beneficia sunt mixti imperii, & Specul. l. cit. num. 29. Abb. l. cit. apud Sbroz. num. 12. & hæc pariter sine speciali mandato Episcopi exerceri nequeunt à Vicario.

*Quaestio 109. An speciale mandatum datum Vicario ad cognoscendum vel expediendum certi generis causas vel negotia sufficiat, ut dein Vicarius commissam seu delegatam Episcopo à Papa causam istius generis expedire valeat?*

**R**espondeo negativè. Sbroz. l. 2. q. 45. num. 1. ubi etiam ponit istius rei exemplum, dum ait: speciale mandatum Vicarii ad cognoscendum causas matrimoniales non erit sufficiens ad illas (nempe matrimoniales) cognoscendas, quæ Episcopo delegatæ sunt. Pro quo citat DD. in Clem. 2. de rescrip. Bertach. de Episc. p. 7. l. 4. q. 4. Felin. in c. ar. si Cleric. de judic. n. 21. Abb. in c. quoniam, de off. deleg. &c. Item speciale mandatum Vicarii ad dispensandum, non prodest eidem in causis dispensandi à Papa demandatis Episcopo. Neque etiam extenditur ad causas futuras seu demandandas Episcopo; cum potestas & jurisdictio, quæ non est, Vicario committi nequeat. Sbroz. l. cit. n. 2. uti & l. 2. q. 135. num. 2. ubi præ hoc citat Felin. in c. eam te, de rescrip. n. 17. Pavim. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 35. Cuch. Inst. jur. Can. n. 115. &c. plura de his paulò post, ubi in specie de potest. Vicar. ad dispensandum, ad cognoscendas causas matrimoniales.

*Quaestio 110. An Vicarius habens etiam speciale mandatum ad exprimendas certi generis causas possit se dein intromittere in causa illius generis commissam specialiter ab Episcopo Vicario alicui foraneo seu speciali?*

**R**espondeo negativè. Sbroz. l. 2. q. 139. num. 2. citans Gemin. in c. licet, de off. Vicar. in 6. n. 13. contra Bero. cons. 22. n. 40. vol. 1. hoc mixtum fundamentum, quod talis Vicarius specialis sit deputatus cumulative, non privative. Verum probatur responsio hac ratione, quòd Episcopus delegando alicui alteri causam aliquam, videatur eam abdicare seu subtrahere à Vicario suo generali. Sbroz. cit. q. 139. num. 3. citatis Innoc. in c. Romana, de appellat. Franc. in c. dilecti, eod. tit. q. 2. Bertach. de Episc. l. 4. p. 1. num. 25. in fine. Eandem rationem proponit Sbroz. l. 2. q. 174. num. 8. ubi ex Abb. in c. si quis contra, ubi quòd Episcopus uni committendo causam in specie derogare videtur jurisdictionem, & ita suspensa ejus jurisdictione quò ad illam causam gesta per illum in ea erunt nulla. Quò etiam faciunt, quòd Episcopus avocare possit causam à suo Vicario, eique interdiceret, ne in ea se intromittat. Sbroz. cit. q. 174. num. 6. juxta dicta à nobis supra. Et sic quoque non prohibetur Episcopus causam avocata à suo Vicario delegare Vicario alterius Episcopi, si ultra consensum committentis adsit consensus commissarii & partium Sbroz. l. 2. q. 41. n. 1.

*Quaestio 111. An Vicarius sine speciali mandato procedere possit in iis casibus, in quibus à Tridentino tribuitur potestas Episcopo tantquam Sedis Apostolicæ delegato?*

**R**espondeo primò. Dum tribuitur ei à Trident. jurisdictio & facultas in iis, in quibus etiam ante Tridentinum jure ordinario eam habebat, potest Episcopus, etsi constituatur etiam in iisdem Sedis Apostolicæ delegatus, procedere quòque ut Ordinarius, & videtur potius excitata jurisdictione ei prius competens quam nova concessa. Fagnan. in

*c. quoniam, de off. ordinar. in 6. juxta l. sepe. & l. seq. ff. de off. praed. c. licet in corrigendis. de off. ordinar. & ibi Felin. n. 1. dictio enim illa etiam implicat Episcopum cognoscere posse jure ordinario. Fagnan. cit. n. 7.*

2. Respondeo secundò: dum Episcopus constituitur delegatus Papae in iis, in quibus jure ordinario ante Tridentinum non habebat facultatem, poterit in his quidem concedere Vicario suo hanc facultatem sibi spiritualiter attributam. Fagnan. l. cit. n. 8. & 9. potest enim delegatus à Principe subdelegare juxta cit. c. quoniam. & l. à Judice. c. de Juridicis. & in specie potest Episcopus, etiam à Sede Apostolica delegatam sibi causam subdelegare Vicario. Laym. in c. ult. de off. Vicar. in 6. n. 11. cum communi DD. in c. 3. de off. delegat. sub hac tamen limitatione, si nudum ministerium, seu executio sine causae cognitione mandata sit, ea subdelegari nequeat. Laym. l. cit. juxta c. ult. de off. delegat. Nequaquam tamen per generalem Vicarii constitutionem censetur in eum translata facultas hanc Episcopo competens speciali jure & tanquam delegatò. Fagn. n. 10. citatis Franc. in c. non putamus. de consuetud. in 6. n. 4. Dec. in c. quoniam. n. 19. & 20. & AA. in Clem. 2. de rescrip. in causa enim delegata non fit extensio à persona ad personam. Fagn. num. 11. citans Federic. de Senis. cons. 163. super invocatione n. 2. & c. edoceri. juncta gl. ult. de rescrip. neq; in causa delegata, ubi Episcopus procedit non ut Episcopus, sed ut delegatus. Fagn. n. 12. citans Dec. Guilielm. de Cuneo. Abb. in c. quoniam. Alex. in l. at quia. de jurisdic. omni. judic. uti nec è converso Vicarius causam sibi delegatam cognoscit ut Vicarius Episcopi, sed ut delegatus. Fagn. n. 15. Unde hæc delegata jurisdictio transit ad Capitulum Sede vacante. Fagn. num. 13. & apud illum ibi Felin. in c. eam re. de rescrip. n. 17. Abb. in c. cum olim. de majorit. & obedientia. q. 5. neque in delegata jurisdictio est unum & idem tribunal Episcopi & Vicarii. Fagn. num. 15. estque delegatus in causa sibi per Papam delegata major Ordinario. Fagnan. n. 16.

3. Respondeo Tertio: dum Episcopus quandoque expedire aliqua jubetur per dictionem tantum, vel solus, aut cum alia adjectione, quæ specialem Episcopi personam designando ceteros excludat, Vicarius quoque Episcopi censi debet exclusus; cum enim industria personæ censeatur electa, non poterit Episcopus negotium alteri demandare. Fagn. l. cit. num. 18. citans c. quoniam. de off. deleg. §. is autem. vers. propter quam. & ibi Glof. communiter approbata in v. inquisitionem. Laym. in c. ult. de off. Vicar. in 6. num. 11. quamvis & in hoc casu articulus aliquis causæ, v. g. testium examen alteri, v. g. Vicario suo committere possit. Laym. l. cit. citans Felin. in c. si pro debilitate. de off. deleg. n. 4. & Sbroz. l. 2. q. 43. n. 31.

### PARAGRAPHUS. III.

De potestate Vicarii exercendi Pontificalia, aliasque functiones Ecclesiasticas & Sacramentalia.

*Questio 112. Num Episcopus Vicarius Episcopi possit exercere Pontificalia sine speciali mandato?*

**R**espondeo primò supponendo, quòd si Episcopus assumat in Vicarium generalem, qui

est in ordine Episcopali constitutus, eum ex officio suo, & generali mandato non habere ampliorem potestatem, quam ceteri Vicarii non Episcopi. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 9. hinc jam

2. Respondeo secundò: non potest talis Vicarius Episcopus exercere Pontificalia sine speciali mandato. Pirh. ad tit. de off. Vicar. num. 48. Azor. l. cit. ubi ea, quæ sunt ordinis Episcopalis exercere nequit, nisi ei specialiter committat Episcopus. Unde nequit Ecclesias, Capellas, Oratoria consecrare, cimiteria polluta expiare, ordines conferre, vel Sacramentum confirmationis ministrare, vel Christina conficere, vel oleum infirmorum sacrare, & etiam si Vicarius Archiepiscopi, non potest Abbates aut Abbatissas benedicere. Eadem ferè habet Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 192. citans Barbof. de potest. Episcopi. allegat. 54. n. 83. Ugolin. de Episc. c. 4. §. 7. n. 2. nisi quòd omittat de oleis consecrandis. Item Sbroz. l. 2. q. 6. per totam. & l. 2. q. 10. n. 6. & 7. ubi etiam singula seorsim stabilit authoritate plurium Doctorum, & in super addit, quòd nequeat benedicere calicem & patenas, & quæcunque ornamenta Ecclesiastica, citra tamen corporalia, pro quo citat Cardin. in Clem. 2. de statu Monachor. Pavin. de capit. sed. vac. p. 1. q. 3. n. 1. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 168. & seq. Item addit l. 2. q. 2. quod Episcopus Vicarius generalis Archiepiscopi sine speciali mandato exercendi Pontificalia consecrare nequeat Suffraganeos. Contra Menoch. de arbit. Judic. l. 2. casu 22. num. 9. quatenus inquit Vicarium Episcopi (intellige, dum is est Episcopus) posse conferre ordines, Episcopo agente in remotis, adducendo pro hoc textum c. cum nullus. de tempore ordinar. in 6. quem tamen in hoc decipi ait Sbroz. l. cit. num. 11. cum textus ille non loquatur de collatione Ordinum; quia hæc collatio est ordinis Episcopalis, sed de licentia conferendi ordines, quæ à Vicario, etiam non Episcopo, concedi potest, Episcopo agente in remotis. Limitanda tamen est responsio; nisi Vicarius iste generalis Episcopus constitutus quoque esset Vicarius in Pontificalibus. Pirh. l. c.

3. Respondeo tertio: potest tamen Episcopus Vicario suo Episcopo committere ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, & in specie omnia illa, quæ responsione præced. enumerata sunt. Sbroz. l. 1. q. 5. num. 10. ea enim, quæ sunt ordinis Episcopalis, delegari possunt. Sbroz. l. cit. num. 11. citatis Hostiens. in c. quod sedem. de off. ordinar. Abb. in c. his quæ. de majorit. & obedient. num. 3. Bertach. de Episc. in. de vita Episc. n. 12. in fin. Bursat. cons. 110. n. 12. in primo. Covar. &c. Et hinc à fortiore delegari possunt Vicario ab eo, si Episcopus est, exercenda cum Vicario (intellige etiam non Episcopo) quæ ab eo aliis delegari non possunt. Sbroz. l. cit. n. 2. citatis Felin. in c. quod sedem. n. 2. Covar. l. 3. Vicar. resolut. c. 20. n. 3. Riminald.

*Questio 113. An Episcopus Vicario suo non Episcopo committere ea possit, quæ sunt ordinis Episcopalis.*

**R**espondeo negativè: Sbroz. l. 2. q. 10. n. 3. citans c. à qua. de consecrat. Ecclesiar. & Altar. & ibi Abb. n. 2. & c. quanto. de consuetud. Anchar. in c. fin. de off. Vicar. in 6. col. 1. Gemin. num. 8. &c. Item l. 2. c. 5. n. 2. citatis in super pluribus aliis: eò quòd, quæ sunt ordinis Episcopalis, exerceri nequeant nisi per Episcopos. Et in specie, quòd Vicarius Episcopi (intellige non Episcopus) ea exercere nequeat, [intellige etiam de mandato speciali sui Episcopi] firma-

firmari ait Sbroz. cit. q. 5. num. 2. per Rebuff. pr. benef. tit. de devolut. num. 66. Fufc. de visit. l. 2. c. 25. n. 3. ed quoddam potestas exercendi ea, quæ sunt Ordinis, non dependeat à nuda voluntate Superioris; sed consistit in certa forma tradita per Ecclesiam secundum Gl. in cit. c. aqua. v. jurisdictionis. & Abb. ibi num. 7. & sic in specie de benedictione Abbatum, & Abbatissarum, de consecratione Monialium, concessione veli, quæ sunt ordinis Episcopalis, ea delegari non posse Vicario non Episcopo, tradit Sbroz. l. 2. q. 8. citatis plurimis. Idem tenere videtur Pignat. Tom. 1. consult. 326. ubi querit, an Vicarius generalis Episcopi, qui obtinuit à Papa facultatem faciendi omnes benedictiones, in quibus non adhibetur oleum sacrum, absente Episcopo possit benedicere Moniales habentes requisitas qualitates in consecratione & velatione earum; & respondet, quod non, nisi suffragetur facultas in specie (intellige obrenta à Papa) & sic censuisse ait S. Congreg. Concil. in una Piana. 9. Februarii 1647. ad c. 17. sess. 27. de regular. & sic elicit ex Gl. in c. aqua. de consecrat. Eccl. & Altar. v. consecrationis.

2. Declaratur ab eodem Sbroz. l. cit. num. 4. responsio, ut non procedat, si ea, quæ sunt Ordinis, commissa sunt Vicario Episcopi non Episcopo à Papa, vel ab Episcopo, sedis tamen Apostolicæ indulto; quia tunc Vicarius, etiam non Episcopus possit ea exercere. Citantur ab eo pro hoc Abb. ubi ante. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 169.

3. Limitatur tamen hoc ipsum; nempe ut Papa demandare possit Vicario non Episcopo ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis ex dispositione humana, secus si ex dispositione divina sunt certo Ordini tributa, quæ committi jam non poterunt exercenda ab eo, qui Ordinem illum non habet, ne quidem per Papam. Sbroz. cit. q. 5. n. 8. citans Gl. in c. pervenit. dist. 95. Abb. in cit. c. aqua. in fine. Et sic in specie D. Thom. & cum eo Sylv. in sum. v. Ordo. n. 7. tradunt, Papam simplici Sacerdoti non posse committere collationem Ordinum sacrorum; eo quod hi habeant immediatam relationem ad Corpus Christi. Quod ipsum tamen negat apud Sbroz. l. cit. n. 9. Abb. in c. quanto. de consuet. num. 9.

*Questio 114. An Episcopus committere potest Vicario suo, quæ sunt dignitatis Episcopalis?*

**R**espondeo affirmativè: ea enim, quæ dignitatis sunt Episcopalis, inferiori non Episcopo committi possunt. Sbroz. l. 2. q. 28. n. 1. citatis Abb. in c. accidentibus; de excess. Prælator. n. 2. & 3. Sylv. in sum. v. Episcopus n. 9. &c. Adeoque multo magis Vicario suo juxta dicta in fine quæst. præced. Nihilominus usus illorum, quæ sunt insignia & ornamenta dignitatis Episcopalis, V. G. usus mitræ, baculi pastoralis, annuli, chirothecæ, &c. ab Episcopo tali Vicario concedi non potest; quia solus Papa inferiori Prælato, seu Prælato non Episcopo usum dictorum ornamentorum concedere potest. Sbroz. l. cit. num. 3. Sylv. ubi ante. juxta cit. c. accidentibus.

*Questio 115. Num Vicarius Episcopi possit ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, sine speciali commissione committere exercenda aliis Episcopis?*

**R**espondeo primò: id Vicarium Episcopi non posse. Pith. l. cit. Pax Jord. l. cit. n. 193. Ven. trigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 31. citans Bonacin. Tom. 3. de suspens. in particulari. d. 3. q. 2. punct. 12. n. 5.

Sbroz. in addit. ad l. 2. q. 7. ubi etiam ait, sic censuisse S. Cong. Concil. Trid. sess. 6. c. 5.

2. Respondeo secundo: potest tamen Episcopus Vicario suo, etiam non Episcopo, dare specialem auctoritatem committendi alicui Episcopo, quæ sunt Ordinis Episcopalis. Pith. l. cit. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 9. in fine. Sbroz. l. 2. q. 12. n. 1. citans Abb. in c. his quæ. & in c. cum olim. de major. & obediem. Bertach. de Episc. p. 3. q. 61. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 35. & 171. Cuch. instit. juris can. de Vicar. Episc. n. 121. Idque etiam potest Episcopus, etsi ipse impeditus non esset exercere illa per se. Sbroz. l. c. n. 5. Quod ipsum tamen limitat Sbroz. n. 6. ut non procedat in collatione Ordinum, quæ aliter fieri non potest per alium Episcopum respectu Clericorum ei non subditorum, nisi eorum proprio Episcopo impedito ex ægritudine aut aliter; juxta Trident. sess. 23. n. 3. Admonet etiam Sbroz. l. cit. n. 3. hanc commissionem Episcopo alicui fieri debere à Vicario cum protestatione, quod per hoc nihil juris illi Episcopo acquiratur, ut Abb. in c. his quæ. n. 3. Rebuff. tit. de devolut. n. 66. Pavin. &c.

*Questio 116. An Vicarius sine speciali mandato dare possit licentiam Episcopis expulsis à suis Diœcesibus exercendi in sua Diœcesi jurisdictionem in eorum subditos?*

**R**espondeo: id facere posse Vicarium, ubi habuerit ad hoc speciale mandatum, juxta quod Clemens III. olim in Concilio Viennensi concessit Episcopis expulsis ab eorum Diœcesibus facultatem procedendi contra expulsores, consiliarios, & fautores, & in eorum subditos jus dicere in locis aliarum Diœcesum, obrenta licentiâ ab Episcopo Diœcesano, vel saltem petita. Sbroz. l. 2. q. 106. juxta Clem. unice. de foro comper. & ibi Abb. Joan. And. &c. Non tamen id posse Vicarium sine speciali Episcopi sui mandato. Sbroz. l. cit. n. 2. citatis Gl. in cit. Clem. v. Diœcesani, & ibid. Abb. n. 10. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 178. Pavin. de potest. capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. num. 28. Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. l. cit. num. 3. ut ad hoc concedendum Vicarius egeat speciali mandato, Episcopo Diœcesano in Diœcesi aut prope illam existente, secus, si multum ab ea distet. Citat iterum dictam Gl. & Abb. ubi ante n. 18.

*Questio 117. An Vicarius possit exercere functiones Episcopales, & se immiscere in alijs functionibus Ecclesiasticis?*

**R**espondeo primò in genere, non posse eum absente Episcopo vel impedito exercere functiones Episcopales, sed id spectare ad primam dignitatem, & alijs successivè. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 239. sic definitum asserens à S. Congregat. Rituum in Brudusyn. 8. Febr. 1614. & in Alarima 22a Jan. 1618.

2. Respondet secundò in specie Barbof. Juris Ecclesiastici l. 1. c. 18. num. 3. Vicarium ut Vicarium non posse missas conventuales aut Pontificales celebrare, aut sanctissimum Sacramentum, aut sacras Reliquias paratum in processionibus deferre, nec alijs officiis aut functionibus Ecclesiasticis se immiscere, sed tantum providere, ut omnia suo ordine fiant, prout declaravit S. Congregat. præposit. negot. Episcop. in Bisignanensi 16. Martii 1600. Sic etiam Vicarium generalem non posse dare benedictionem Diacono, antequam canter Evangelium, neque

que

que concionaturo, antequam ascendat cathedram ex S. Congreg. Rituum in Pacens. 17. Martii 1607. tradit Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 2. num. 27. Neque etiam prohibere potest, ne in choro inchoetur officium, donec ipse veniat, prout voluit eadem S. Congreg. 26. Febr. 1606. apud Aldan. compend. resolut. can. tit. 43. n. 3. §. Ventrigl. l. cit.

**Quaestio 118.** Num Vicarius generalis Episcopi jus habeat cumulativè concurrendi in administratione Sacramentorum, & praedicatione verbi Dei cum omnibus Curatis totius Dioecesis?

**R**espondeo affirmative: Laym. in c. inter cetera. §. unde, de off. Jud. ordinar. num. 2. ubi: Episcopus cum omnibus Parochis, aliisque Curatis Ecclesiarum non exemptarum concurrat cumulativè, ita ut ipse vel ejus Vicarius à peccatis absolvere, vel sacramenta fidelibus ministrare possit, juxta c. 2. de off. Archiepisc. poteritque Vicarius id ipsum sine speciali commissione, Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 28. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 15. & seq. & plures alios. Cum id competat ejus Episcopo jure ordinario, nec sit de causis arduis, aut specialiter in jure exceptis. Ait tamen Sbroz. l. 2. q. 11. num. 2. quòd ipsi Rectoribus Ecclesiarum parochialium Sacramenta fori poenitentialis ita demum administrare possit, si sit Sacerdos, & mandatum speciale habeat, citat pro hoc Abb. & Innoc. in c. cum satis. de off. Archiepisc. Rebuff. n. p. tit. form. Vicar. n. 46. & 171.

2. De cetero idem videtur de munere concionandi; cum Episcopus sit Pastor totius Dioecesis, cui ex officio incumbit inter cetera populum verbo Dei pascere, & Sacramenta eidem ministrare. Laym. l. c. n. 1. & spectato jure communi ad Episcopum pertinet jus cathedrae, seu munus praedicandi ad plebem idoneis personis committendi. Et quòd si hoc jus alii inferiores per consuetudinem praescripserint, non propterea omnis cura & sollicitudo Episcopo ablata est. Laym. l. cit. num. 3. unde & idem quòd ad concionandum per se ipsum, si velit, vel committendo id munus aliis, competere videtur Vicario ex generali commissione Vicariatus. Non poterit tamen, uti nec ipse Episcopus Parochis aliisque Curatis, ubi ipsi ad hoc apti sunt, officium illud concionandi in suis Ecclesiis, Sacramentaque administrandi auferre; multò minus Religiosis, aut aliis aliquibus, quibus id competit ex privilegio Papae. Laym. l. cit. n. 3. in fine. citans Clem. dudum. de sepult. c. excommunicamus. §. quia verò. de senten. excommunic. remittensque ad Barbof. de potest. episcop. p. 3. allegat. 76. Trident. sess. 6. c. 2. & sess. 24. c. 4.

#### PARAGRAPHUS IV.

De potestate Vicarii circa dispensandum.

**Quaestio 119.** An Vicarius sine speciali mandato dispensare possit in iis, in quibus id potest Episcopus?

**R**espondeo negativè. Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. num. 1. & 9. Pirh. ad tit. de off. Vicar. num. 57. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 216. Sbroz. p. 2. q. 35. num. 3. citans Calderin. conf. 1. tit. de off.

Vicar. Felin. in c. si cleric. de Judiciis. n. 22. Cuch. institut. jur. Can. de Vicar. Episc. num. 26. & 111. Garc. de benef. p. 5. c. 8. num. 47. citans insuper Guttier. qq. Can. l. 1. c. 19. n. 15. Rodriq. in sum. Tom. 1. c. 234. num. 5. Ledesin. in sum. de matrim. c. 27. concl. 2. Vegam. in sum. p. 1. c. 88. casu. 1. contra plures alios citatos, à Sbroz. l. cit. n. 1. nixos hoc fundamento, quòd dispensare sit jurisdictionis, quae autem sunt jurisdictionis, possit Vicarius exercere sine speciali mandato. Rationem dant Pirh. Laym. Pax Jord. Sbroz. l. cit. quòd dispensare sapiat gratiam & liberalitatem; quae autem sunt gratiae & liberalitatis non continentur in generali Vicariatus mandato; item quòd aequiparetur restitutioni in integrum, quae etiam in generali mandato non continetur, juxta l. illud. §. si satis. ff. de minoribus. Quòd si verò Vicarius palam ac publicè faciat dispensationes, praesumitur habere specialem auctoritatem dispensandi. Sbroz. l. cit. n. 7. Et sic in specie non poterit sine commissione speciali dispensare in votis, juramentis, impedimentis Canonice, legibus, in quibus id potest Episcopus, Laym. Pirh. l. cit. citans Sanch. de matrim. l. 2. d. 40. sic quoque in irregularitate vel suspensione aliqua proveniente ex delicto occulto, & in casibus aliis occultis, Sedi Apostolicae reservatis, in quibus dispensatio & absolutio concessa est Episcopis per Tridentinum sess. 4. c. 6. Vicarius dispensare nequit, nisi specialiter id ei ab Episcopo commissum. Pirh. l. cit. n. 6. Pax Jord. l. cit. n. 210. Ventrigl. l. cit. §. 1. n. 28. Garc. l. cit. num. 48. Barbof. jur. Eccles. l. 1. c. 15. n. 24. citans Narbon. de appellat. à Vicar. ad Episcop. p. 1. n. 229. Suar. Tom. 5. de censur. d. 41. s. 2. num. 8. Ugolin. de off. Episc. c. 4. §. 7. n. 2.

**Quaestio 120.** An & quas data responsio patiatur exceptiones?

**R**espondeo: Posse dari aliquas exceptiones, & has esse sequentes. Prima, quòd Vicarius vi generalis commissionis absque speciali mandato sciente & tolerante Episcopo dispensare possit in casibus frequenter occurrentibus. V. g. quòd ad jejunia, festa & similia; si enim dioeceses amplae sunt, & negotia multa, vel Episcopus apud Ecclesiam suam Cathedrali, ubi frequentior est populus, non resideat, aut ab ea absit, difficile erit in omnibus recurrere ad Episcopum, & ab eo petere dispensationem aut facultatem dispensandi; & quamvis absentia Episcopi per se loquendo non tribuat majorem potestatem Vicario quam is habeat praesente Episcopo, consuetudo tamen, & antecedentium Vicariorum praxis interdum ostendit, Episcopum contentum esse, & tacite consentiendo committere Vicario potestatem illam dispensandi. Imò si Episcopus valde remotus sit, ut consuli & responsum haberi non possit, potestas illa dispensandi quodammodo Vicario debetur, argumento c. 3. §. Episcopo. de tempor. ordin. in 6. ita ferè Laym. l. cit. & ex eo Pirh. l. cit. num. 59. Ex quibus tamen eorum verbis vides non abesse hic omnino specialem ad hanc commissionem, dum haec adesse tacite arguitur ex illa scientia & tolerantia Episcopi.

2. Secunda, dum jus ipsum Vicario generali hujusmodi potestatem in aliquibus dispensandi concederet, quemadmodum potestatem dispensandi in denunciationibus matrimonii concedi per Tridentinum, dum id eam concedit Ordinario, comprehendendo sub nomine Ordinarii non solum Episcopum, sed & Episcopi Vicarium, volunt plures, & habet

habet communior, de quo ex professo infra, ubi de potestate Vicarii circa matrimonialia.

*Quaestio 121 Quas dispensationes specialiter committere Vicario suo possit Episcopus?*

**R**espondeo primò, cum Episcopus in pluribus ordinaria auctoritate dispensare possit, Sbroz. l. cit. num. 3. citans Calder. cons. 3. de off. Vicar. Felin. in c. ar. si Clerici. de Judic. num. 21. Cardin. Alex. &c. Si enim ea, quae sunt dignitatis & jurisdictionis (intellige ordinariae) Episcopalis possint committi Praelato inferiori, & apud Sbroz. num. 4. Abb. in cap. quanto. de consuetud. num. 2. Felin. ubi ante, Syl. in summa. v. Episcopus. num. 9. multò magis ea poterunt committi Vicario, utpote cui multa ab Episcopo committi possunt, quae aliis committi non possunt juxta c. constitutus. de concess. praeb. Sbroz. l. c. u. s.

2. Secundo, cum quoque in pluribus dispensare possit Episcopus auctoritate sibi per Papam delegata, poterit Vicario suo committere potestatem dispensandi in casibus à Sede Apostolica, vel Concilio generali Episcopis ratione dignitatis per generalem delegationem commissis aut concessis. V. G. potestatem dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta illa, quae oritur ex homicidio voluntario juxta Tridentinum sess. 24. c. 8. quia talis potestas generaliter delegata ratione dignitatis Episcopalis transit in ordinariam, ideoque alteri committi, & delegari poterit. Laym. in c. ult. de off. Vicar. in 6. num. 10. & ex eo Pirh. ad tit. de off. Vicar. num. 60. Si tamen Episcopus Vicario suo specialiter committit facultatem dispensandi in casibus Episcopalibus, sub ea commissione non comprehenduntur hi casus à Papa & concilio generali Episcopis, ratione suae dignitatis etiam generaliter delegati. Laym. Pirh. locis cit. Sbroz. l. 2. q. 36. num. 2. citans Cuch. Instit. juris can. de Vicario. num. 111. Mandok. ad reg. 3. Cancell. q. 7. num. 16. p. 1. nisi ex adjuncta clausula colligi possit, quòd Episcopus voluerit omnem potestatem suam, quae delegabilis est, committere Vicario. V. G. si additum sit: committimus Vicario nostro potestatem dispensandi in omnibus casibus, prout ea competit vel competere potest, etiam ex Papae vel aliorum delegatione, vel alias quomodo-cunque. Laym. Pirh. locis cit. citantes Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 46.

3. Tertio; idem esse de casibus Papalibus, qui per accidens ad Episcopum devolvuntur ob difficultatem adeundi Papam, ait Laym. l. cit. sic colligi dicens ex iis, quae docet Sanch. l. 2. d. 40.

4. Quarto, potest Episcopus potestatem dispensandi etiam specialiter sibi delegatam subdelegare Vicario suo. Quia generaliter loquendo potest Episcopus etiam ea, quae non ut Ordinarius, sed ut specialis delegatus Sedis Apostolicae agere potest, specialiter mandata committere seu delegare suo Vicario. Laym. l. cit. n. 11. ita dicens tenere DD. communiter in c. ult. §. veterum. de off. delegat. Pirh. l. c. n. 61. Sbroz. l. 2. q. 34. n. 3. citans Felin. in c. fin. de off. delegat. n. 8. juxta dicta supra ex Fagnan. in c. quoniam. de off. delegat. n. 9. quia delegatus à Principe potest subdelegare juxta l. à Judice. c. de Judicis. Limitatur tamen hoc ipsum primò: nisi forte persona Episcopi specialiter in rescripto delegationis designata & expressa sit, ita ut censetur electa industria personarum. Pirh. cit. num. 6. Sbroz. cit. q. 34. num. 3. Limitatur secundo, ut dum nudum solum ministerium dispensandi, absque cognitione causae delegatum esset

Episcopo, is illud subdelegare non possit, Laym. cit. num. 11. Sbroz. cit. q. 34. n. 4. & 5. citans plures Secus autem esset, dum dispensatio una cum cognitione causae delegata esset; jam enim Episcopus non censetur nudus minister, adeoque dispensandi ministerium una cum cognitione causae subdelegare potest. Sbroz. cit. num. 3. An verò in hoc casu subdelegare possit solum executionem, seu nudum factum dispensandi, non definit ibidem Sbroz. Ex iis verò, quae habet l. 2. q. 33. n. 6. (ubi, quòd in iis, in quibus Episcopo competit dispensare auctoritate ordinaria, possit nudum ministerium dispensandi absque causae cognitione demandare Vicario) sequi videtur à contrario, quòd in iis, in quibus non nisi delegatam habet potestatem dispensandi, non possit nudum ministerium subdelegare. Limitatur tertio, ut Episcopus subdelegare nequeat dispensationes sibi à Papa committendas, sed solum commissas; jurisdictionem enim seu potestatem sibi nondum competentem, seu quam non habet, delegare non potest. Laym. cit. n. 11. Sbroz. l. 2. q. 34. n. 6.

*Quaestio 122 An Vicarius generalis dispensare possit in interstitiis?*

**R**espondeo, posse Vicarium habentem generale mandatum, dispensare, Episcopo absente in interstitiis temporum ordinationis. Fagnan. in c. de eo. de temp. ordinat. n. 12. dicens hanc esse sententiam S. Congregat.

## PARAGRAPHUS V.

De potestate Vicarii quo ad absolvendum & relaxandum.

*Quaestio 123. An Vicarius absolvere possit à suspensione, à qua absolvere potest Episcopus?*

**R**espondeo: id eum non posse sine speciali mandato Episcopi. Ventrigl. Tom. 2. annot. 24. §. 1. num. 29. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 219. Barbof. jur. Eccles. l. 1. c. 14. num. 24. citans Narbon. Ugol. &c. Intelligendumque id ipsum non videtur de suspensione, quam ipse tulit; sicut enim illam ex generali Vicariatus commissione ferre potest, saltem ubi non est perpetua aut multum diuturna. Sbroz. l. 2. q. 182. à n. 2. juxta dicenda paulò infra, ita etiam ab eadem absolvere poterit sine speciali commissione. Quod ipsum velle videtur Sbroz. dum l. 2. q. 183. absolute ait: quemadmodum Vicarius Episcopi suspendere potest, ita etiam absolvere potest; & quod excommunicatus absolvendus remittitur ad suum excommunicatorem, id ipsum quoque extenditur ad suspensionem & interdictum. Sed intelligendum de suspensione juris seu Canonis, ubi ab ea absolvere potest Episcopus. Sbroz. l. 2. q. 184. num. 1. ubi: suspensum à suspensione juris seu Canonis Vicarius Episcopi absolvere non poterit sine speciali mandato. Declarat id ipsum num. 4. ut absolvere possit à suspensione juris in iis casibus, quibus Episcopo est permittum, ut quando esset lata suspensio in contumaciam, vel etiam ad tempus non determinatum, & in casibus non reservatis à conditore Canonis, super quibus Episcopus dispensare potest. Et sic posse Vicarium Episcopi absolvere à suspensione lata in contumaciam, & non in poenam delicti absolute sine termino, & reservatione, five jure communi five particulari confirmata per Papam, dicit teneri à Navar. in manual. confessar. c. 27. num. 162. post Innoc. communiter

niter receptum in c. 2. de solut. nisi tamen suspensio proveniat à delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum; quia tunc Vicarius Episcopi specialiter deputatus absolvere potest à suspensione, etiam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis. Sbroz. cit. q. 184. num. 3. in fine. & num. 5. juxta expressam dispositionem Tridentini sess. 24. c. 6. De cetero Vicarius habens speciale mandatum ad absolvendum etiam à suspensione, non poterit vi illius adhuc absolvere suspensum in iis casibus, ubi absolutio specialiter esset demandata Episcopo per Papam. Sbroz. l. 2. q. 186. remissivè ad se ipsum q. 35. l. 2.

*Questio 124. An Vicarius relaxare possit interdictum?*

**R**espondeo de relaxatione interdicti pariter ac de absoluteione à suspensione faciendâ à Vicario est loquendum. Hinc in casibus, in quibus Vicarius absolvere potest à suspensione, potest etiam absolvere ab interdicto. Sbroz. l. 2. q. 185. num. 2. Pax-Jord. l. cit. num. 201. est enim poena interdicti minor poena suspensionis ab officio, ut Diaz. in pract. crim. Can. c. 21. in princ. atque ita jam Vicarius de mandato speciali, & non sine illo relaxare poterit interdictum à jure vel Canone prolatum. Sbroz. l. cit. n. 3. nimirum in illis casibus Episcopo permittis, nec reservatis à conditore Canonis juxta dicta quæst. præced. de suspensione.

*Questio 125. An Vicarius generalis Episcopi absolvere possit ab excommunicatione?*

**1.** Respondeo primò: absolvere potest sine speciali mandato ab excommunicatione, quam ipse tulit. Sbroz. l. 2. q. 172. num. 1. Regula enim communis, quod excommunicatus remittitur ad suum excommunicatorem ab eo absolvendus. Sbroz. l. 2. q. 183. num. 2. & cit. q. 172. num. 1. juxta c. pastoralis. §. præterea. de offic. ordinar. & ibidem Felin. num. 9. & ille, qui potest condemnare, etiam potest absolvere; convertibilique sunt absolvere & condemnare, ita ut qui potest unum, possit & alterum. Sbroz. q. 172. num. 2. citatis. Menoch. de arbit. Judic. l. 1. q. 43. num. 3. & seq. ubi etiam dicat, potestatem datam ad ligandum esse quoque commissam ad solvendum. Innoc. in c. prudentiam. de offic. delegat. num. 14. Butrio in c. tua. de offic. Vicar. &c. & in terminis de Vicario Episcopi tenent Cardin. in Clem. 1. de off. Vicar. n. 19. Covar. in c. alma. p. 1. §. 2. n. 10. Et in excommunicatione hominis solus excommunicans absolvit, etiam si sibi non reservaverit absolutionem. Sbroz. l. 2. q. 179. n. 7. nisi, ut addit Sbroz. n. 8. lata sit excommunicatio per hominis vel judicis sententiam, quæ generalis sit.

**2.** Extenditur responsio primò (quæ extensio uti & extensio subsequens applicari quoque potest absoluteioni ab excommunicatione faciendâ à Vicario ex commissione ei specialiter delegata) ut etiam absolvere possit Vicarius extra Diocesim. Sbroz. cit. q. 172. num. 5. quia hæc absolutio est jurisdictionis voluntariæ, quæ etiam extra provinciam exerceri potest, juxta l. 2. ff. de offic. procons. ubi Baldus, Jason, in l. fin. ff. de jurisdic. omni. Judic. Menoch. de arbit. Judic. l. 1. q. 43. num. 16. & 19. Sbroz. l. cit. Extenditur secundò ad Vicarium Episcopi, etsi is Sacerdos non esset. Sbroz. cit. q. 172. num. 7. citatis Abb. in cap. ab excommunicato. de rescript. n. 16. & in c. transmissam. de elect. num. 2. Navar. in manual. confess. c. 27. n. 14. Anton. 3. p. tit. 24. c. 77. Tabien.

**v.** *Absolutio.* qui etiam dicat, à sola excommunicatione posse excommunicatorem absolvere quò ad forum conscientie, etiam non Sacerdotem, sed solâ primâ tonsurâ initiatum; non tamen quò ad forum poenitentie, ubi absolutio ab excommunicatione conjungitur cum absoluteione à peccatis. Eò quòd excommunicatio actus sit jurisdictionis, & à Judice Ecclesiastico exerceri possit, etiam non Sacerdote, vel etiam Diacono aut Subdiacono. Sbroz. n. 8. ex Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 11. num. 10. de sentent. excommunicat. & consequenter etiam ab eodem absolvi juxta dicta paulò ante. Subjungit tamen Sbroz. num. 10. Vicarium non Sacerdotem, cum ipse absolvere nequeat à culpa, sed tantum à poena, facturum sanctè & honestè, si committat absoluteionem Sacerdoti, qui absolvat à poena & à culpa. Pro quo citat Abb. in cit. c. excommunicato. n. 16. Syl. in sum. v. absolutio. Bottæ. de Synodo, &c. Quin & in fine num. 3. addit Sbroz. commodius videri committere absoluteionem presbytero, à quo, ut absolvetur excommunicatus coram Notario & testibus, curare debet, ut, cum oportuerit, probare possit absoluteionem. Unde jam etiam patet, absoluteionem ab excommunicatione per Vicarium delegari posse alteri, ut ex professo tradit Sbroz. l. 2. q. 181. à num. 1. citatis Imol. & Butrio. in c. ab excommunicato. de rescript. Abb. & Felin. in c. his, quibus. de offic. ordinar. dum scribunt absoluteionem ab excommunicatione esse delegabilem per Ordinarium, & consequenter per Episcopi Vicarium, ut pote qui Ordinarius est, quemadmodum & ipsa excommunicatio delegabilis est juxta Abb. in cit. c. his quibus, & in c. pastoralis. de offic. Ordinar. Sbroz. cit. q. 181. n. 3.

**3.** Limitatur è contra, ut non possit Vicarius absolvere ab excommunicatione, quam ipse tulit ex commissione excommunicandi sibi tantum delegata, nisi id expressè in illa commissione dicatur. Sbroz. cit. 172. num. 14. citans Borgal. tract. de irregulari. & dispens. p. 6. tit. de absolut. à majore excommunic. n. 29. Quod ipsum tamen sublimitat Sbroz. num. 15. ita ut, dum Vicarius haberet mandatum Episcopi ad excommunicandum, & excommunicavit in contumacia, absolvere possit, nisi esset commissa causa cum termini perfixione ad expediendum, & terminus esset elapsus. Alias enim extra hunc terminum Vicarius Episcopi sine speciali mandato absolvere nequeat excommunicatum.

**4.** Respondeo secundò. Tamen si igitur Vicarius absolvere possit ab excommunicatione lata ab homine, puta ab Episcopo (saltem dum hic sibi eam absoluteionem non reservavit) vel ejus delegato, ut satis indicat Sbroz. l. 2. q. 179. in princ. (de quo ex professo quæst. seq.) non poterit tamen sine speciali mandato absolvere excommunicatos excommunicatione juris seu Canonis. Sbroz. ibidem. num. 1. & 2. citans Gl. in c. sua. 2. de poenitent. & remissione in 6. n. refutantur. Abb. in c. nuper de sent. excomm. n. 6. Felin. ibid. num. 1. Butrio in c. sua. de offic. Vicar. &c. eò quòd dispensatio à Canone videtur permessa solis Episcopis. Pro quo citat inter alios Felin. in c. pastoralis. §. præterea. num. 10. de offic. ordinar. ubi dicat, quòd ubicunque Canon relinquit absoluteionem ab excommunicatione inferioribus, intelligatur de solis Episcopis.

**5.** Respondeo tertio: sic quoque sine speciali mandato absolvere nequit ab excommunicatione majore Episcopo reservata. Sbroz. cit. q. 179. n. 3. citatis Felin. & Abb. in cit. c. nuper. Idque etiam si excommunicatio lata fuerit per constitutionem seu statutum Episcopi, sive Prælati Ecclesiastici. Sbroz.

*cit. q. 179. num. 4.* citans Imol. & Abbat. in *c. gravi. de prob. Felin. in cit. c. pastoralis. de offic. Ordinar. num. 9.* ubi is equiparatur excommunicatum constitutione inferiorum excommunicato excommunicatione Canonis Papæ.

6 Respondeo quartò : absolvere quoque non poterit (subintellige etiam de speciali mandato Episcopi) Vicarius excommunicatum exemptum ab Ordinario, etiam si reservatio absolutionis facta non sit à conditore Canonis. Sbroz. *cit. q. 179. num. 6.* citatis Dominic. in *c. non solum. de regul. juris in 6. Federic. conf. 14. Felin. in cit. c. pastoralis. §. preterea. num. 10.* eo quod huiusmodi absolutio spectet ad Papam, qui solus censetur Episcopus exemptorum juxta Felin. *loc. cit.* & Rebuff. *tit. de union. revocat. num. 22.*

7. Respondeo quintò : in specie absolvere nequit sine speciali mandato ab excommunicatione Canonis : *Si quis suadente diabolo.* quam quis incurrit ob violentam manuum injectionem factam Clerico, & in iis certis casibus, in quibus ex officio absolutio hæc competit Episcopo præstita satisfactione. Sbroz. *l. 2. q. 180. num. 1.* citans *c. de catero. de sentent. excom. c. in his quibus. de offic. Ordinar.* & utrobique Canonistas & Abb. in *c. ea noscitur. de sentent. excommunic. Extenditur quoque responsio nostra ad Vicarium Papæ, ut necis subditos aut aliunde venientes absolvere possit à dicta excommunicatione incurta ob violentam injectionem manuum sine speciali mandato. Sbroz. num. 4. citans Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. num. 35. &c. Poterit tamen id ex speciali commissione Episcopi. Sbroz. *l. cit. num. 2.* citatis Butrio in *c. ab excommunicato. de rescrip. Gl. in cit. c. de catero. v. licet. Laucel. &c.* Observandum nihilominus quòd tradit Fagn. in *c. pervenit. de sentent. excommunic. num. 8. & 9.* nimirum excommunicatos ob levem injectionem manuum in Clericum absolvi posse per Episcopum. Idque jure ordinario, & non ex speciali tantum gratia & delegatione, idque juxta veriorum intellectum *cit. c. pervenit.* & si injuria illata est mediocri, non posse Episcopum absolvere ab excommunicatione ideo incurta, nisi privilegiatos, ut Osiarium, Officialem, servum Clericum, communiter viventes, & professos : si autem injuria sit gravis seu enormis, Episcopum non posse absolvere sine speciali commissione sibi facta per Papam, nisi eos, qui Papam non possunt adire, ut senes & mulieres, pueros, valetudinarios & huiusmodi, prout hanc distinctionem traditam per Jo. And. in *cit. c. pervenit. num. 3.* sequi ait Fagnanus Abbatem in *idem c. num. 2.* Marian. Socin. *ibidem à num. 7.* & DD. communiter. Item, quòd habet Fagn. *loc. cit. à num. 10.* quòd nimirum eadem facultas absolvendi ab excommunicatione incurta ob levem percussione Clerici competat quoque Prælati Episcopo inferioribus, habentibus tamen jura Episcopalia seu jurisdictionem quasi Episcopalem; eò quòd illi competant omnia ad Episcopalem jurisdictionem pertinentia; absolutio verò ab excommunicatione, etiam Canonis : *si quis suadente,* non sit ordinis, sed jurisdictionis Episcopalis. Ac denique quòd habet *num. 16.* quòd propriè huc spectat : in hac materia absolutionis ob levem percussione videmus absolvendi facultatem competere etiam Vicario Episcopi secundum Cardin. *conf. 42. num. 3.* uti similiter videmus eandem facultatem competere Vicario Capitulari per Gl. in *c. unic. de major. & obed. in 6. v. juris.* Unde jam etiam inferitur competere hoc ipsi Vi-*

P. Louren. Vicarius Episc. Tract. 1.

cario sine speciali demandatione; cum competat Episcopo de jure ordinario, spectetque ad ejus jurisdictionem ordinariam.

*Questio 126. An Vicarius sine speciali commissione absolvere possit excommunicatos ab Episcopo?*

1. Respondeo affirmativè : Sbroz. *l. 2. q. 174. n. 9.* hanc dans rationem, quòd Vicarius habeat idem tribunal cum Episcopo, repræsentetque eandem personam, habeat etiam cognitionem causarum & jurisdictionem ordinariam, & potestatem absolvendi excommunicatos. Confirmat hoc ipsum ex *eo n. 10.* quòd subdelegatus absolvere possit excommunicatum per subdelegantem juxta Felin. in *c. pastoralis. de offic. Ordinar. n. 11.* Navar. in *manual. confess. c. 27. n. 5.* Quòdque Suffraganei absolvere possint à sententiis latis per Concilium provinciale juxta Archid. in *sum. 18. distinct. in finalibus verb. & Gemin. & Præposit. ab eo citatos.* in summa, quòd inferior possit absolvere excommunicatum in statutis Episcopi, nisi is sibi reservarit absolutionem juxta Duen. *Regulâ 252. circa medium.* Abb. Jo. And. & Immol. in *c. grave. de prob. Bottæ. de synod. Episcopali. a. 5. conclus. unic. per totam.*

2. Neque his obstat primò, quòd excommunicatus ad suum excommunicatorem debeat absolvendus remitti juxta *tex. c. pastoralis. §. preterea.* Nam textus ille, & *ibidem* Canonistæ loquuntur de excommunicatis à delegato, qui absolvi non possunt ab alio Judice vel Ordinario vel delegato; hic verò agamus de Vicario Episcopi, qui non diversus, sed idem Judex est, qui Episcopus, & gesta per eum dicuntur gesta per Episcopum, ut Gl. in *c. 1. de capell. Monachor. in 6. v. Episcopus.* Sbroz. *cit. q. 174. num. 16.* Neque obstat secundò, quòd qui non potuit condemnare, non possit etiam absolvere. Nam imprimis nihil urget in eo casu, ubi Vicarius æquè ac Episcopus potuisset excommunicare. Dein dato etiam, quòd Vicarius non potuisset excommunicare, eò quòd ei hæc potestas hic & nunc sublata, adhuc nihil evincit; siquidem respondet Sbroz. *loc. cit. num. 17.* regulam illam non habere locum, ubi habenti potestatem condemnandi, & absolvendi potestas condemnandi fuit sublata; eò quòd non propterea censetur quoque sublata potestas absolvendi juxta Gl. in *Clem. 1. de heretic. v. contra eos.* & *ibidem* Canonistas & Ripam. in *l. 3. ff. de re judic. num. 11.* Menoch. *de arbit. Judic. q. 43. num. 29. & 31.* ubi declarat, huiusmodi communem sententiam veram esse, quando ratio sublata potestatis condemnandi non militat in absolvendo, sicut non videtur militare in Vicario Episcopi; quia habet idem auditorium & judicium, quòd Episcopus. Neque obstat tertio, quòd Episcopus excommunicando causam videatur à Vicario ad se avocasse; avocata autem causa ad Episcopum, suspensa sit jurisdictio Vicarii. Nam respondet Sbroz. *cit. num. 17.* quòd, licet suspensa sit potestas excommunicandi, non tamen suspensa sit potestas absolvendi, & per hoc videatur ab Episcopo derogatum causæ quòd ad speciem excommunicationis per illius avocationem, non autem quòd ad speciem absolutionis, argumento *c. studuisti. de constitut.*

3. Post hæc omnia tamen Sbroz. postquam *n. 9.* dixerat, sententiam, quòd Vicarius absolvere possit excommunicatum ab Episcopo, putare se veriorum, subjungit *n. 18.* se tamen non credere, quòd, quando

E

quando

quando Episcopus esset in Diocesi, vel in loco propinquo, excommunicatus ab Episcopo, ab eodem sit absolvendus juxta ea, quæ tradit Abb. in c. quis contra. de offic. deleg. in 6. quod à delegato Episcopi, recusati vel non recusati appellari possit ad Vicarium Episcopi, Episcopo præsentem in Diocesi vel loco vicino, in quo etiam dicitur præsens juxta Abb. l. cit. & juxta dicta aliâs, quod Vicarius Archiepiscopi non possit excommunicare Suffraganeos, ubi Archiepiscopus præsens est. Quæ tamen distinctio locum non habet, ubi Vicarius haberet speciale mandatum Episcopi ad absolvendum excommunicatos. Sbroz. num. 19. Vicarius siquidem ex speciali mandato absolvendi excommunicatos, potest etiam absolvere in casibus Episcopo reservatis. Sbroz. ibid. citatis Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicariat. num. 179. Lancell. in instit. juris Can. de penit. & remiss. juxta Trident. sess. 24. c. 6.

**Quæstio 127.** An Vicarius Episcopi absolvere possit excommunicatum à delegato Episcopi?

**R**espondeo affirmative; sequitur à fortiore ex dictis quæst. præced. ea enim fortius militare videntur contra delegatum Episcopi, si militent contra Episcopum delegatum juxta regulam c. auctoritate. de concess. præb. in 6. Sbroz. l. 2. q. 125. num. 7. Huc quoque facit, quod apud eundem num. 8. tradit Archid. in c. 2. de consuetud. in 6. & illum secuti Cardin. in Clem. 2. de rescrip. num. 25. Felin. in c. si quis de foro compet. num. 5. Rot. decis. 371. tit. de offic. Vicar. in novis. & plures alii apud Sbroz. num. 9. nempe quod à deputato Episcopi appellari possit ad ejus Vicarium tanquam ad unum idemque Consistorium. Item, quæ tradit apud Sbroz. num. 10. Innoc. in c. prudentiam. num. 14. nempe quod delegatus unus Episcopi possit absolvere excommunicatum ab aliis delegatis ejusdem Episcopi, adeoque à fortiore id quoque possit Vicarius Episcopi, habens cum eo idem Consistorium, & qui majora potest quam delegatus, ut Felin. in c. quod sedem. de offic. Ordinari. num. 2. Bald. in l. aliquando. ff. de offic. Procons. num. 7. Neque his obstat, quod excommunicatus à delegato Papæ à nullo alio absolvi possit, quam à Papa, etiam delegato excommunicante mortuo. Nam delegatus Papæ, & Papa non constituunt idem tribunal, sicut Episcopus & Vicarius ejus. Sbroz. num. 13. qui tamen ipse num. 14. inheret distinctioni à se data, quod nimirum præsentem Episcopo Vicarius ejus absolvere nequeat excommunicatum à delegato Episcopi; atque Vicarium non habere in omnibus idem Consistorium, sed tantum in iis, quæ competunt ratione jurisdictionis ordinariæ. Notandum quoque hic, quod tradit Sbroz. l. 2. q. 176. quod si Papa mandet cuipiam ut absolvat excommunicatum ab Episcopo vel ejus Vicario, mandatum hoc se non extendat ad excommunicatum à delegato Episcopi. Pro quo citat Calder. conf. 11. de sent. excom. Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 6. in fine, &c.

**Quæstio 128.** Num vice versa Episcopus absolvere possit excommunicatum à suo Vicario?

**R**espondeo affirmative: Sbroz. l. 2. q. 177. num. 1. majus siquidem est imperium Episcopi quam Vicarii, majusque privilegium, & firmior

jurisdictio. ut Gemin. in c. licet. de offic. Vicar. in 6. num. 6. Bald. in l. sed si hec. §. semper. ff. de in jus vocand. in fine. Felin. in c. cum olim. il. 2. de offic. delegat. in princip. & plures alii apud Sbroz. l. cit. num. 2. adeoque si Vicarius possit absolvere excommunicatum ab Episcopo, à fortiore poterit Episcopus, utpote qui Vicarium constituit, & cujus nomine competit Vicario jus dicendi, absolvere excommunicatum à Vicario suo. Quod si tamen Vicarius fulminasset censuram in casu aliquo sibi delegato (intellige per Papam) non poterit fulminatus absolvi ab Episcopo. Sbroz. loc. cit. num. 4. juxta c. pastoral. §. præterea. de offic. delegat. & ibi Felin. num. 9. uti nec Episcopus cognoscere potest causam Vicario suo delegatam. Sbroz. loc. cit. num. 3. citatis Anchar. in Clem. 2. de rescrip. col. 1. Imol. ibidem num. 14. Zabarel. num. 10. Bertachin. de Episc. l. 4. p. 5. tit. de auctor. Episc. circa judic. num. 39. Et hæc, etiam si causa delegata fuisset Vicario sub nomine dignitatis (intellige Vicariatus) & eo nomine censuram infligisset. Sbroz. l. cit. n. 6.

**Quæstio 129.** An Archiepiscopus ejusque Vicarius absolvere possit excommunicatum à Suffraganeo, ejusve Vicario?

**1. R**esponder affirmative Sbroz. l. 2. q. 178. n. 3. ubi: certum est excommunicatum à Vicario Episcopi Suffraganei absolvi posse ab Archiepiscopo vel ejus Vicario, ad quem provocavit. c. venerabilibus. de sent. excom. in 6. uti & in c. ad reprimendum. de off. Ordinari. & ibi Hostiens. Jo. And. & Abb. in c. ab excommunicato. de rescrip. n. 12. &c. Procedit responsio, etiam si lata fuisset excommunicatio post appellationem; quia confusio, quod ex tali causa ad Metropolitanum fuerit appellatum ad cautelam, relaxanda est ab eo excommunicatio, accepta cautione de parendo mandatis. Sbroz. l. cit. n. 2. juxta c. venerabilibus. §. sed si. & ibi Jo. And. & c. per tuas. de sent. excommunic. & ibi Abb. n. 6.

2. Limitanda tamen est responsio primo, ita ut si certum sit, sententiam excommunicationis esse justam, remitti debeat ad excommunicatorem. Sbroz. l. cit. num. 3. juxta c. venerabilibus. §. sane & Abb. loc. ult. cit. Quin & in dubio honestius sit remittere absolutionem Suffraganeo. Sbroz. n. 4. juxta c. §. sane & Abb. l. c. nisi tamen excommunicator requisitus malitiose denegasset excommunicato absolutionem. Sbroz. n. 5. citans §. sane juncta c. exhibens. & per tuas. c. cum contingat. c. prudentiam. de offic. delegat.

3. Limitanda secundo ut procedat, ubi excommunicatus à Suffraganeo ejusve Vicario provocasset ad Archiepiscopum, secus, si eundem adivisset per modum querelæ; regulariter enim querelam hujusmodi non debet audire Archiepiscopus ejusve Vicarius; quia non sunt iudices nisi in causa appellationis, juxta c. pastoralis. de offic. ordinari. &c. per tuas & ibi canonista, & ideo excommunicatus remitti tunc debet ad excommunicatorem absolvendus. Sbroz. loc. cit. num. 8. & seq. Quod ipsum tamen de non aditione Metropolitanæ per viam querelæ sic sublimitandum: nisi excommunicatio esset evidenter nulla vel injusta, vel si periculum esset in mora, vel quando aliquis subditus Suffraganei fuit excommunicatus ad instantiam partis & petit coram Archiepiscopo puniri Suffraganeum de excommunicationis injustitia, juxta c. sacro. de sent. excommunic. & ibi Abb. &c. vel quando subditus Suffraganei fuit excommunicatus ex officio Judicis, non ad partis instantiam; in omnibus enim his casibus potest.

potest excommunicatus adire Archiepiscopum, vel ejus Officialem per viam querelæ, & tunc absolvi debet excommunicatus ante causâ cognitionem, receptâ prius ab ea idoneâ cautione de stando juri, & parendo mandatis. Sbroz. *cit. q. 178. num. 9. & 10.* citans *c. venerabilibus. & ibi Gl. Jo. And. juncto c. cum desideros. defent. excommun. & Abb. in c. ad reprimendum. & in c. per tuas. & in c. ab excommunicato.* Quod verò dictum, quòd excommunicatus nulliter absolvi debeat, est ad cautelam; de necessitate enim auditur. excommunicatus nulliter non petitâ absolute. Sbroz. *num. 1.* ex Abb. *in c. per tuas. num. 3. & 9.* contumax tamen excommunicatus absolvi non potest, nisi præstita dictâ cautione de stando juri, & solutis expensis. Ubi tamen probatur contumax, non verò, si solum præsumatur contumax. Sbroz. *num. 12.* citatis Innoc. *in c. prudentiam. de off. delegat. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. II.*

*Questio 130. An Vicarius possit absolvere à casibus Episcopo reservatis?*

1. **R**espondeo: sine speciali commissione Episcopi nequit ejus Vicarius generalis, dum Sacerdos est, absolvere à casibus seu peccatis Episcopo reservatis; quia hæc potestas non venit in generali commissione officii Vicariatus. *c. de panis. & remiss. in 6. Pirh. ad tit. de off. Vicar. num. 26. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 30. Pax Jord. l. 3. tit. 4. num. 12.* citans Rebuff. *in pr. benef. tit. foru. Vicar. num. 170. Piacet. p. 2. c. 2. num. 15. Barbof. jur. eccl. l. 1. c. 15. num. 25.* citans Ugo. *in de off. Episc. c. 4. §. 7. num. 2. Gallet. in margarit. casuum. v. Vicarius. Sbroz. l. 2. q. 19. num. 2 & 3.* Sed neque id ipsum sine speciali commissione committere potest aliis ob eandem rationem. Pirh. *l. cit.* neque per se ipsum, neque per alium id poterit, etiam ubi Vicarius prædecessor talem potestatem habuisset. Ventrigl. *l. cit.* citans G. nuenf. *in prax. Eccl. q. 278. Meroll. Th. mor. p. 3. disp. 7. c. 6. dub. 17. n. 408.* Quòd si tamen Vicarius generalis citra talem specialem commissionem sibi factam absolvere tentasset, adeoque egisset nulliter, non tamen incurrisset censuram; siquidem *Clem. 1. de privileg. absolventibus à casibus reservatis Episcopo intentans excommunicationem, loquitur tantum de regularibus, non autem de secularibus. Pax Jord. loc. cit. juncto num. 10.*

2. Multoque jam minus Vicarius Episcopi sine speciali commissione potest absolvere à casibus Papalibus seu Papæ reservatis, qui per accidens ad Episcopum devolvuntur ob impedimentum seu difficultatem adeundi Papam, vel ex speciali privilegio Episcopis in perpetuum concessio, quale habetur in Trident. *sess. 24. c. 6.* nam eo ipso, quòd talia ad Episcopum jure ordinario & communi non spectent, non competunt etiam Vicario ex commissione generali sive communi. Pirh. *loc. cit.*

3. Potest nihilominus Episcopus non tantum in casu particulari, sed etiam generaliter alteri personæ idoneæ, adeoque multo magis Vicario suo, delegare potestatem à casibus sibi reservatis. Item à casibus Papalibus, qui per accidens sunt Episcopales, vel ex speciali privilegio ad eos spectant. Pirh. *loc. cit.* citans Sanch. *de matrim. l. 2. d. 40. num. 17. Navar. l. 5. de privileg. conf. 11. num. 4.* ea siquidem, quæ ad jurisdictionem ordinariam spectant, possunt absolute & generaliter delegari; ejusmodi autem facultas absolventi transeat in jurisdictionem

*P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. I.*

ordinariam, cum sit annexa Episcopali dignitati in perpetuum. Unde licet opus sit speciali delegatione seu commissione, cum non competant Vicario ratione generalis officii sui seu Vicariatus, prout dicitur in Trident. *l. cit.* poterit tamen illi delegari generalis facultas absolventi ab hujusmodi casibus, quotiescunque occurrunt. Ita ferè Pirh. *l. cit.* quòd verò Vicarius dum ex speciali commissione habet hanc facultatem generalem absolventi à dictis casibus, possit eam subdelegare alteri, saltem hic & nunc absolventi à tali casu, ex eo sequi videtur, quòd ubi Princeps, quæ sunt ordinariæ jurisdictionis, delegat alteri, hic subdelegare possit. Unde jam sequitur, quòd si Vicarius ipse incidit in casum reservatum Episcopo seu Episcopalem, absolvi possit ab eo, cui Vicarius hanc potestatem subdelegavit. Barbof. *loc. cit.* citans Ugo. *lin. de Episc. c. 39. num. 2. Floron. de casibus reserv. l. 1. c. 3. §. 1. num. 1. Dian. resol. mor. p. 1. tract. 4. resol. 142.*

*Questio 131. An Vicarius habens speciale mandatum absolventi à casibus Episcopo reservatis, vel etiam Papalibus Episcopo commissis, possit vicarius absolvere ab hæresi in foro conscientie?*

**R**espondeo negativè: Pirh. *cit. num. 62. in fine.* citans Navar. *l. 1. de constit. conf. 1. n. 89. Laym. de jurisdic. ordinar. conclus. 96.* Item Sbroz. *l. 2. q. 20.* juxta expressum textum Trident. *sess. 24. c. 6.* ubi, postquam voluit, licere Episcopis in quibusdam casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, quoscunque sibi subditos in Diocesi sua per se ipsos aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolvere, &c. subdit *idem & in hæresi crimine in eodem foro conscientie eorum tantum, & non eorum Vicariis sit permillum, &c.* Unde jam etiam ab Episcopo hanc facultatem absolventi, ab hæresi non posse concedi Vicario videtur. Et sic expressè tenet Barbof. *de potest. Episc. allegat. 54. n. 86.* ubi: *nec de licentia Episcopi potest subditos à crimine hæresis absolvere Vicarius.*

*Questio 132. An Vicarius Episcopi generalis in spiritualibus, si sit sacerdos, ex officio suo generali sine speciali mandato absolvere possit omnes Diocesanos à casibus Papæ aut Episcopo non reservatis?*

1. **R**espondeo affirmativè: Barbof. *l. cit. num. 92.* ubi: *ipse Vicarius generalis ex vimandati generalis potest fidelium confessiones audire.* Citat Ricci-um *in pr. aurea. resolut. 284. Monet. de commut. ultim. volunt. c. 7. num. 42. Pirh. cit. num. 62. in fine.* citans Sanch. *de matrim. l. 3. d. 29. num. 15. Laym. in c. licet. de off. Vicar. in 6. num. 4.* citans Sylv. *in sum. v. confessor. Henriq. l. 6. c. 13. num. 3.* attestans de communi praxi. Est enim Ordinarius totius Diocesis, & superior Parochorum, ut AA. citati; & venit nomine proprii Sacerdotis, cui peccata semel in anno constitenda, non solum Parochus presbyter, sed & Episcopus, & legatus in provincia, & Vicarius generalis Episcopi. Sbroz. *l. 2. q. 14. num. 2.* Unde jam frustraneè ponitur à Sbrozio *loc. cit. num. 3.* hæc declaratio; nempe quòd id possit Vicarius, si ab Episcopo haberet ejusmodi potestatem; cum eam, ut dictum, habeat ex generali commissione Vicariatus.

2. Notandum tamen hic, quod habet Pignat. Tom. 8. *consul.* 85. num. 238. nempe quod Vicarius audire nequeat confessiones monialium; quia moniales de ipso non confiderent, ut declaravit S. Congregat. in Sorana 23. Julij. in Mutinensi. 3. Februarii 1587. Quamvis non satis declaret Pignatelli, an loquatur de Vicario Episcopi, an de Vicario quodam alio.

*Quaestio 133. An quoque sine speciali commissione Episcopi concedere possit aliis Sacerdotibus [intellige non Parochis] hanc absolventi potestatem?*

**R**espondeo affirmative. Barbof. l. cit. num. 91. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 14. Monet. ubi ante. Ventrigl. Tom. 2. amor. 14. §. 1. num. 28. Laym. Pirh. locis cit. & alii ab iis citati. ob eandem rationem. Item Sbroz. l. 2. q. 13. n. 2. ubi: *quero an Vicarius Episcopi concedere possit facultatem alicui Sacerdoti exequendi ea, quae sunt fori poenitentialis, & respondeo, quod sic, citat pro hoc Abb. in c. his quae & in c. cum olim. de major. & obed. Bertach. tract. de Episc. p. 3. q. 61. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. num. 46. & 171. quos tamen ait, id declarare, quando Episcopus ei dedidit ad hoc speciale mandatum. Verum illo speciali mandato opus esse non constat ex dictis.*

2. Procedit responso in Vicario Episcopi etiam non Sacerdote; etsi enim is per se ipsum absolvere nequeat, non tamen minus in committenda illa absolute alijs exercebit jurisdictionem suam ordinariam, quam Vicarius Sacerdos. Et confirmatur hoc ipsum in Parocho non Sacerdote, qui loco sui constituere potest Sacerdotem alium ad assistendum matrimonio, delegare alteri Sacerdoti approbato ab Ordinario potestatem audiendi confessiones suorum.

*Quaestio 134. Num Vicarius sine speciali commissione Episcopi possit approbare confessarios?*

**R**espondeo affirmative. Pirh. l. cit. n. 58. Laym. in c. ult. de offic. Vicar. in 6. num. 9. Venit enim sub nomine Ordinarii, ut Paris. de resignat. l. 3. q. 11. num. 22. juxta dicta saepe a nobis supra. Quin & sub nomine Episcopi & Diocesanii continetur Vicarius, ubi non est expressè exclusus, & sit res, quae convenit Vicario in officio suo. Pirh. Laym. locis cit. Sbroz. l. 2. q. 43. num. 29. Garc. p. 5. c. 8. num. 52. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. num. 16. Suarez Tom. 5. d. 7. s. 3. num. 10. Spino. de testam. Gl. 15. num. 29. Felin. Franc. & plures alios. Et sic in specie, ubi Trident. sess. 23. cap. 15. approbationem Confessoriorum injungit Episcopis, non excluditur ejus Vicarius. Pirh. Laym. Sanch. locis cit. atque ita approbationem hanc fieri posse a Vicario tradit Suarez Tom. 4. d. 28. s. 5. apud Laym. l. cit.

*Quaestio 135. An Vicarius quoque sine speciali commissione dare possit licentiam subdito eligendi sibi confessarium?*

**R**espondeo: videri id posse Vicarium ex eo, quod non minus sit proprius sacerdos sui subditi quam Episcopus, juxta dicta *quaest. antepenult. ante hanc*, & ut Sbroz. l. 2. q. 15. num. 1. possit id ipsum Episcopus potestate ordinaria. Quin & de proprio sacerdote generaliter loquendo id asserit Sbroz. l. cit. quod eligendi sibi confessarium licentiam dare possit subdito, quamvis dicat Abb. in Clem. 1. de

privileg. num. 10. id damnare, dum ait, quod Officialis Episcopi non debeat se immiscere in istis spiritualibus. & quamvis Sbroz. postquam cit. num. 1. dixisset: *cum proprius Sacerdos sit quoque generalis Episcopi Vicarius, ut jam probatum, poterit dare licentiam subdito eligendi confessarium, quae a proprio Sacerdote postulanda, & obtinenda juxta c. omnes utriusque sexus. de poenit. & remiss. & ibi Abb. num. 12. post Gl. v. obtineat. addat dein num. 2. declaratur autem hoc verum esse, ubi Vicarius ab Episcopo haberet talem potestatem, ut Archid. in c. 2. de poenit. & remiss. in 6. in fine.*

*Quaestio 136. An Vicarius possit publice reconciliare poenitentem?*

**R**espondeo: quemadmodum ab Episcopo fiunt quandoque hujusmodi reconciliationes publicae, dum crimen est gravissimum & publicum. Sbroz. l. 2. q. 18. num. 1. juxta c. finale 28. q. 6. & c. ministrare, ubi hujus rei forma ponitur, posse quoque illas fieri per Vicarium Episcopi ex speciali ejusdem mandato ait Sbroz. l. cit. num. 4. arguendo c. Aurelius. 26. q. 6. per quem textum dicit Gl. in c. 1. & 2. eadem q. v. reconciliare. quod possit etiam alius Sacerdos de mandato Episcopi facere ejusmodi reconciliationes. Non verò id possit sine speciali mandato; eò quod videantur esse reservata Episcopis, non videantur posse exerceri ab alijs ait num. 3. qui etiam num. 8. principalem responsionem, nempe, quod de speciali mandato fieri possint a Vicario, si is Sacerdos, secus, si non Sacerdos, juxta cit. c. Aurelius. & cit. Gl. Limitat quoque num. 5. ut procedat, si Episcopus sit absens. Verum non video, quod si Vicarius habeat ad hoc speciale mandatum absolutum, cur non possit eas facere Episcopo praesente; cum in pluribus alijs ea, quae non nisi ex speciali mandato fieri possunt, habito illo mandato, exerceri possint in praesentia Episcopi aequè ac in absentia.

*Quaestio 137. Num Vicarius Episcopi absolvere possit a juramento sine speciali mandato Episcopi?*

**R**espondeo non convenire in hoc AA. nec satis sibi constare. Nam primò negativam tenent apud Sbroz. l. 2. q. 187. n. 7. Anchar. conf. 190. Ruin. conf. 26. in 4. Guido Papa decis. 140. Felin. in c. 1. de jurejur. dicens relictorem. Jafon. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. 4. ff. de offic. procons. dicens communem. Menoch. conf. 24. n. 11. in 5. Cephal. conf. 51. n. 23. in 1. & conf. 653. n. 34. in 5. & plures alii, qui videntur niti hoc fundamento, quod absolutio a juramento videatur esse quaedam dispensatio; cum sit relaxatio juris communis; Vicarius autem Episcopi non possit dispensare sine speciali mandato.

2. Affirmativam è contra tenet ipse Sbroz. l. 2. n. 2. ubi: *verius esse arbitror, Vicarium Episcopi absolvere a juramento absque speciali mandato; quia negari non potest, quin ista absolutio & relaxatio sit jurisdictionalis; ut Jo. And. in addit. ad Speculatorem tit. de legat. §. num. de Episcoporum. & Felin. in c. 1. de jurejur. n. 20. & illa, quae jurisdictionis sunt, transeunt in Vicarium absq; mandato speciali, &c. Item quia in relaxatione a juramento Judex competens est Judex ecclesiasticus. Ut Innoc. in c. debitores. de jurejur. Abb. in c. pervenit. eod. tit. n. 3. adeoque etiam Vicarius tanquam Judex ecclesiasticus. Pro hac sententia affirmativa citantur à Sbroz. l. c. n. 6. Paul. Castrenf. conf. 216. col. penult. Alex. conf. 222. n. 4. in 2. Roland. conf. 34. vol. 1. Tolof. Boccat.*

Boccat. & plures alii. Ampliatur quoque hæc sententia à Sbroz. n. 7. ut procedat, etiam parte non citata, citatis pro hoc Alciat. inc. cum contingat. de iurejur. n. 125. Rupella l. 1. forens. institut. c. 30. Covar. l. 1. var. resolut. c. 4. num. 5. Afflict. decis. 2. 20. col. 4. &c. Et hæc esse opinionem communem, practicam, & curiarum observantiam testibus Afflict. & Ruin.

3. Nihilominus limitat prædictam sententiam suam Sbroz. num. 8. dum ait eam procedere, quando absolutio à juramento perita esset ad effectum agendi, & ad personam habilitandam, ut non obitante juramento detegere possit fraudem contractus; secus, si perita ad tollendam obligationem contractus vel probationem causæ, pro ut Boccat. in comment. ad constit. pr. Gl. 2. num. 47. dicit, hæc distinctionem servari per Auditores, quibus Papa committit relaxationem à juramento, si & prout à jure fuerit relaxandum, & prout firmant Covar. & Roland. locis cit. Quin etiam Sbroz. num. 9. & 10. in hoc non satis sibi constans, declarat procedere dictam sententiam affirmativam, si Episcopus commississet Vicario omnimodam jurisdictionem in omnibus causis & factis, vel aliquid spirituale (credo esse errorem Typographicum, & pro spirituale ponendum speciale) in litteris Vicariatus enumerasset, & ubi enumeratum hoc non esset majus absoluteione à juramento; siquidem jam non procederet Episcopus sine speciali commissione sibi unà cum generali Vicariatus officio concessa.

4. Limitat illam denique num. 11. nisi petens absoluteionem esset jam effectus perjurus; eo quod Vicarius non possit absolvere à perjurio juxta Felin. in c. 1. de iurejur. vers. 7. Ruin. cons. 66. col. 2. in 4. Roland. cons. 34. num. 4. in 1. Boccat. loc. cit. num. 40. quos citat. Sed cur à perjurio absolvere nequiret Vicarius? cum non sit casus Papalis, aut regulariter loquendo reservatus Episcopo. Et dato, esse specialiter reservatum Episcopo, & consequenter ad absolvendum ab illo egere Vicarium Episcopi speciali mandato; est tamen hæc absolutio à perjurio distinctum quid ab absoluteione à juramento ipso, & ex eo, quod unum non possit sine speciali commissione, non sequitur, quod nec alterum possit sine eo. Verumtamen de hac questione melius statuet, ex principiis generalibus traditis supra, ubi num Vicarius sine speciali mandato dispensare possit in casibus, in quibus id potest Episcopus, quæ proinde revidenda.

*Questio 138. Num Vicarius possit absolvere à voto aut illud commutare?*

**R**espondeo: hujus quoque resolutionem petendam à dictis supra locis cit. & sic in specie ait Sbroz. l. 2. q. 19. num. 4. & 5. non posse Vicarium sine speciali mandato commutare votum, utpote quod unum est de casibus Episcopo reservatis.

*Questio 139. Num Vicarius concedere possit indulgentias, quas concedere potest Episcopus?*

1. **R**espondeo primò: id eum non posse sine speciali mandato Episcopi. Sbroz. l. 2. q. 40. n. 9. citans plures. Item Pirh. ad tit. de offic. Vicar. num. 48. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 35. Azor. Institut. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 13. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 199. citans Borgas. de irregul. p. 3. tit. de indulg. n. 2. & p. 7. c. fin. num. 27. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 172. Franc. Leon. in Thes. fori Eccles. p. 1. c. 10. in fine P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 54. num. 90. citans insuper Benzon. de Jubil. l. 1. c. 20. vers. conveniunt. Lavor. de indulg. p. 1. c. 11. num. 51. Est enim hic actus omnino voluntarius & meræ gratiæ. Pirh. Azor. &c. Et indulgentiæ sunt de majoribus, ac ideo requirunt speciale mandatum. Sbroz. loc. cit. num. 10. citans c. cum ex eo. & c. nostro. de penit. & remiss. & utrobique Canonistæ.

2. Respondeo secundo: potest tamen id de speciali mandato Episcopi. Pirh. Azor. Ventrigl. locis cit. Sbroz. l. cit. num. 2. & 3. citans Cardin. in c. nostro. de penit. & remiss. in fine & in Clem. 1. de offic. Vicar. n. 19. Borgas. ubi ante. Felin. & alios; concedere enim indulgentias non est ordinis Episcopalis, sed dignitatis vel jurisdictionis, & hinc facultas illas concedendi potest inferiori ab Episcopo conferri. Ventrigl. l. cit. citans Bonacin. Tom. 1. tit. de indulg. d. 5. q. 1. punct. 3. num. 10. & seq. Ricc. in pr. p. 2. resolut. 222. Barbos. de potest. Episc. p. 3. allegat. 54. num. 90. Item Sbroz. cit. num. 1. citans Abb. in c. accedentibus. de excess. Prelator. num. 2. Pavin. de potest. Capit. Sede vac. p. 1. q. 4. num. 4. Navar. in comment. de Jubileo, & indulg. c. 31. num. 7. & 8. Sylv. in sum. de indulg. n. 11. Unde etiam concedi potest hæc facultas dandi indulgentias Vicario Episcopi, ubi is non esset Sacerdos; quia simplici Clero demandari potest; cum non sit ordinis, ut dictum, sed jurisdictionis. Ventrigl. l. cit. Sbroz. num. 4. citatis Oldrado. cons. 73. n. 8. qui dicat illud esse de mente omnium DD. Pavin. ubi ante &c. Sic enim Cardinales diaconi dare possunt indulgentias. Sbroz. num. 5. ex D. Thom. in 4. sentent. dist. 2. q. 3. Item Episcopus electus & confirmatus, licet non consecratus, neque adhuc presbyter. Sbroz. n. 6. citatis D. Thom. ubi ante d. 22. a. 2. Abb. in c. Suffraganeus. de elect. & in cit. c. accedentibus. num. 4. qui etiam dicat esse communem Anchar. Felin. &c. Limitat tamen responsonem Sbroz. num. 7. ut procedat de iis indulgentiis generalibus, quæ sunt & dignitatis Episcopalis, & in simul jurisdictionis, secus de specialibus, quæ sunt de foro penitentiarum, & dantur quandoque à presbyteris, quibus commissum est secundum varios modos providere peccatori, hæc enim requirunt in dante ordinem & characterem Sacerdotalem.

## PARAGRAPHUS VI.

De potestate Vicarii circa corrigendum, puniendum, gratiandum.

*Questio 140. An Vicarius generalis Episcopi possit inquirere, corrigere & punire aliquorum excessus sine speciali permissione seu concessione Episcopi?*

1. **R**espondeo: Vicarius vi generalis commissionis Vicariatus non habet potestatem corrigendi, puniendi aliquorum excessus, crimina vel delicta; adeoque nec inquirendi huic in finem, ut puniat aut corrigat. Sbroz. l. 2. q. 142. num. 1. citans quamplurimos. Pirh. loc. cit. num. 44. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 222. citans Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. num. 137. Barbos. juris eccles. l. 1. c. 15. num. 22. citans Ugolin. de offic. Episc. c. 4. §. 7. n. 2. v. 7. cum communi, juxta expressum textum c. licet. de offic. Vicar. in 6. Causæ siquidē criminales computantur inter negotia graviora; cum tractetur de gravi poena infligenda; adeoque in mandato generali non comprehenduntur.

E 3

Pirh.

Pirh. l. cit. citans c. quod translatione. de offic. legati; unde si procedat in his, seu ad eum aliquem pertinentem ad jurisdictionem criminalem exercet sine speciali mandato, processus ipso jure est invalidus. Pirh. l. cit. Pax Jord. l. cit. num. 223. Sbroz. l. cit. n. 2. citans Federic. de Senis. consil. 220. num. 2. Verum de his plura infra, ubi de potestate Vicarii circa cognoscendum varias causas.

2. Et sic jam in specie non potest sine speciali mandato Episcopi amovere seu deponere à beneficiis, officiis, administrationibus, ordine. Pirh. Pax-Jord. locis cit. Barbof. l. cit. num. 23. Ventrigl. l. cit. num. 24. Cardin. de Luca. de benef. d. 77. num. 14. Sbroz. l. 2. q. 111. num. 7. & q. 130. num. 4. juxta expressum textum cit. c. licet. de offic. Vicar. in 6. Sic, et si liceat Judicibus Ecclesiasticis ad imitationem legum civilium punire Clericos confiscatione bonorum in casibus, in quibus sic Laici essent puniendi, juxta Diaz. in pract. crimin. Can. c. 124. Jul. Clarum in pract. crim. §. final. q. 78. vers. quero nunc. Anchar. in c. vergentis. de heret. num. 21. Boer. decis. 263. per tot. apud Sbroz. l. 2. q. 158. num. 1. non poterit tamen Vicarius Episcopi in illis casibus sine speciali mandato Episcopi confiscare bona Clericorum. Pax Jord. l. cit. num. 22. citans Barbof. de potest. Episc. p. 3. allegat. 54. num. 119. Sbroz. l. cit. num. 2. non enim in generali commissione jurisdictionis venit potestas confiscandi bona. Sbroz. num. 3. citans Bald. in l. Imperatores. ff. de offic. Praefect. in fine. Alex. in l. 1. ff. de offic. Episc. num. 75. Roman. cons. 59. num. 2. &c. Sic Vicarius non potest exercere poenam verberationis vel fustigationis, etsi id forte posset Episcopus. Sbroz. l. 2. q. 154. à n. 3.

3. Poterit nihilominus Vicarius sine speciali commissione imponere poenas leves. V. G. multas pecuniarias, vel alias similes, propter delicta non gravia. Sbroz. l. 2. q. 143. num. 12. & ex eod. Pirh. l. cit. num. 65. hanc addens rationem, quod omnis jurisdictio, praesertim ordinaria, annexam habere debeatur potestatem aliquam coercitivam, saltem modicam, ne alioquin sit inefficax. Juxta l. ult. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.

*Quaestio 141. An Vicarius Episcopi punire possit excessus Officialium Laicorum sibi servantium, puta Notarii, Actorum, Nunciorum, Executorum, & similibus?*

**R**espondet affirmativè Sbroz. l. 2. q. 146. n. 2. in fine. citatis Jo. And. & Archid. in c. si Episcopus. de offic. Ordinarii in 6. Boer. decis. 9. num. 7. Barbat. de potest. Cardinal. q. 21. num. 10. & plurimos alios contra alios, quos refert Sbroz. num. 1.

2. Quin etiam posse Vicarium punire familiares & Officiales non tantum suos, seu sibi deservientes, sed etiam familiares & servientes Episcopo, propter unitatem Episcopi & Vicarii: & quia familiares Cardinalium puniri possunt ab eorum Vicariis, tenent Cardin. in Clem. ne Romani. de elect. Soarez. l. receptar. sentent. num. 156. & alii apud Sbroz. l. cit. num. 2. quod ipsum tamen ait Sbroz. num. 5. se verum credere, dum vicarius Episcopo notum faceret voluntatem puniendi Officiales Episcopi; eo quod juxta Bartol. in l. Officiales. c. de offic. Rect. Provinc. per illum textum; quando minor Officialis vult punire delinquentem subdium majori Officiali, tenetur id notum ei facere.

*Quaestio 142. Num Vicarius corrigere possit excessus privilegiorum, & in specie Regularium privilegiorum extra claustra degentium?*

**R**esponder ad primum, Fagnan. in c. quoniam. de offic. delegat. num. 24. quod etsi id competat Episcopo autoritate illi ad hoc concessa à Trident. sess. 14. cap. 4. non tamen ea potestas per generalem commissionem Vicariatus transfundat in ejus Vicarium. Posse tamen id ei specialiter delegari ab Episcopo juxta regulam cit. c. quoniam, dum ibi Episcopus constituitur delegatus Papae in his, quae non poterat ante concilium expedire, sed non per verba denotantia electam esse industriam personam, nempe Episcopi.

2. Pari ferè modo respondet Fagn. l. cit. num. 22. ad secundum, facultatem hanc, quam quod ad hoc Episcopus habet per Trident. sess. 6. c. 13. non transfundi in Vicarium, nisi per specialem commissionem; cum jure ordinario Episcopus careat hac potestate, & non habeat eam nisi quo ad non exemptos, & Concilium non utatur dictione implicativa etiam, sed tantum dicat: tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato.

*Quaestio 143. An Vicarius Episcopi in criminibus mixti fori procedere possit contra Laicos per viam capture & incarcerationis?*

**R**espondeo: non videntur in hoc convenire LAI, dum, tametsi in dictis criminibus contra Laicos procedere possit Episcopus, Judicem tamen Ecclesiasticum non posse contra eos dictà viâ capturae & incarcerationis procedere, sed solum posse eum contra illos agere censuris, usque non sufficientibus, ministerio Judicis saecularis implorato, tenent apud Sbroz. l. 2. q. 152. num. 3. Jo. Lup. in c. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. de reg. juris in 6. q. 11. Jo. And. in addit. ad speculat. tit. de offic. Ordinarii. Follet. in pract. crim. fol. 97. num. 52. Clar. pract. crim. §. fin. q. 37. dicens hanc opinionem esse communem, & in praxi servari. Quam sententiam non nisi sub hac limitatione, tenent Sbroz. l. cit. num. 4. quod procedat, ubi Praelatus Ecclesiasticus legitime praescripserit hanc facultatem procedendi contra Laicos dictà viâ capturae.

2. De cetero affirmativam pro Judice Ecclesiastico, quod dictà viâ procedere possit (& consequenter etiam Vicarium Episcopi, saltem de speciali mandato Episcopi sui) tenent apud eundem Sbroz. num. 2. Jo. And. Dominic. Franc. in c. cum Episcopus. de offic. Ordinarii in 6. Roman. singul. 911. Felin. in c. cum sit generale. de foro compet. n. 2. Aufrerius in Clem. 1. de heret. q. 5. Cuch. Instit. juris can. de Episc. tit. 6. num. 112. l. 2. testantem se vidisse in pluribus urbibus à familia Episcopi capi, & incarcerari Laicos, non repugnantibus Judicibus Laicis; & sic Episcopum tenere posse Officiales armatos pro executione Justitiae dixisse Roland. cons. 47. per tot. vol. 1. & ab hac sententia affirmativa ait Sbroz. in fine n. 4. credere se non esse recedendum.

3. Porro crimina fori mixti, in quibus saepe Judex saecularis & ecclesiasticus praevencionem praetendit, plura enumerat Sbroz. l. 2. q. 151. ex Claro in pract. crim. & Cuch. Instit. Jur. Can. de Episc. tit. 6. num. 78. & seq. nempe crimen haereticis, adulterium, incestum, concubinatum, stuprum, sacrilegium, sodomiam, fortilegium, usuram, simoniam, falsum

sum in literis Apostolicis, blasphemiam, divinationem, fornicationem faminarum cum personis ecclesiasticis, lenocinium parentum & dominorum filias & famulas prostituendum, uti & casus, in quibus Episcopus procedere potest contra Laicos recenserit apud Bertach. *de Episc. l. 4. p. 2. tit. de auctor. Episc. circa spiritualia.*

*Quaestio 144. An Vicarius possit reos subijcere tormentis & torture?*

**R**espondeo: indubitatum est, id eum non posse sine mandato Episcopi; cum revera id sit inter ardua. De cetero id eum posse absolute astruit Sbroz. *l. 2. q. 153. num. 3.* citans pro hoc Gl. *in c. Presbyteri. il primo §. 9. c. illi. qu. 5. q. 5.* Abb. *in c. universitatis. de sent. excommunic. num. 5.* & *ibidem Felin. num. 2.* Diaz. *in pr. crim. can. c. 117. num. 15.* idque sine periculo incurrendae irregularitatis. Pro quo *num. 4.* citat Gl. *in c. accusasti. de accusat. Abb. in c. Cleric. ne Cleric. vel Monach. num. 3.* Felin. *in c. cum illorum. n. 12.* Quin & ampliat Sbroz. *num. 5.* hanc sententiam, ita ut Vicarius Episcopi laicis etiam ministris præcipere possit, ut torqueant Clericum; eo quod, licet de jure Episcopus velejus Vicarius, faciens Clericos per Laicos torqueri sit ipso jure excommunicatus, ut Felin. *in cit. c. universitatis.* Decius *in c. dilectus. de appellat. in princip. in contrarium tamen, ut habet num. 9.* sit observantia juxta Abb. *in cit. c. universitatis num. 6.* Clarus *l. cit. q. 64.* dicentem, quotidie se vidisse sic observari; ut mandante Episcopo Clerici à Judicibus secularibus torqueantur, & hanc esse bonam consuetudinem, ne aliàs delicta Clericorum remaneant impunita. Ac denique tradit Sbroz. *num. 11.* ex Cæpoll. *conf. crim. 78. per tot.* Vicarium Episcopi, si cum assistentia Judicis secularis fecerit Clericum torqueri, qui dein ad mortem condemnatus fuerit, non reddi per hoc irregularem.

*Quaestio 145. An Vicarius possit exequi mandata & poenas edictorum?*

**R**espondeo: id eum sine speciali mandato Episcopi non posse (intelligendo hoc de poenis gravibus) Sbroz. *l. 2. q. 189.* citans Rebuff. *in pr. tit. form. Vicar. num. 175.* licet enim Vicarius habeat cognitionem causarum, non potest tamen inquirere, corrigere & punire sine speciali mandato, juxta dicta supra.

*Quaestio 146. An possit Vicarius poenitentias publicas imponere, & poenitentias publicè reconciliare sine speciali mandato?*

**R**espondent ad utrumque negativè Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 32.* citans Barbof. *de potest. Episc. p. 3. allegat. §. n. 84.* Pax Jord. *l. 12. tit. 12. n. 196.* Est enim hoc ipsum dignitatis episcopalis. Pax Jord. *l. c. uti & Sbroz. l. 2. q. 17. n. 2.* juxta *c. accedentibus. de excessibus Prælator. & ibidem Abb. n. 1.* quæ autè sunt dignitatis episcopalis, sine speciali mandato exerceri nequeunt ab alio inferiore Episcopo. Pax Jord. *l. cit.* Barbof. *cit. allegat. §. 4. num. 87.* Poterit autem hoc ipsum Vicarius ex speciali mandato Episcopi. AA. iidem; quia, quæ sunt dignitatis Episcopalis, possunt committi Vicario. Sbroz. *l. cit. num. 3.* & apud eundem Sbroz. Felin. *in c. his quibus. de off. Ordinar. in princip. Archid. in c. placuit. de poenit. dist. 6.* qui etiam ibi dicat, posse Sacerdotem alium de mandato Episcopi injungere similes poenitentias pu-

blicas; ergo à fortiore Vicario, utpote qui est eadem persona cum Episcopo, & habet jam antecesserit jurisdictionem ordinariam. Ut verò delegari possit hæc potestas Vicario vel alteri, requiritur, ut is sit Sacerdos; cum in foro poenitentiali nullus habeat auctoritatem ligandi & solvendi, nisi sit Sacerdos. Sbroz. *l. cit. num. 5.* juxta *c. omnis. de poenit. & remiss. c. cum satis. de off. Ordinar.* ubi Innoc. & Abb. *num. 1.*

2. Verumtamen distinguendum in hoc puncto inter poenitentias publicas, & inter propriè solennes, (uti hæc distinctio colligitur ex *Apostill. Jo. And. ad Gl. in c. accedentibus. v. publicas*) De propriè solennibus, & earum remissione seu absolutione habemus particulares rubricas in Pontificali, eaque post se, ut Pax Jord. *l. cit. num. 197.* trahunt irregularitatem, dum solenniter poenitentes fiunt irregulares. Has non nisi de mandato Episcopi injungi posse à Vicario indubitatum est; posse verò cum dicto mandato expressè tradit Sbroz. *l. cit. num. 1. & 2.* ubi: *quæro, an Vicarius Episcopi publicas injungere possit poenitentias, ac etiam solennes. respondeo, quod sic, ubi ad sit speciale mandatum.* Et ad has poenitentias solennes restringendam esse mentem DD. negantium, posse Vicarium sine speciali mandato injungere poenitentias publicas, ait Pax Jord. *l. cit. num. 197.* Poenitentia verò aliæ sunt publicæ sine illa solennitate, quas juxta Apostoli monitum: publicè peccantes palam esse corripiendos; mandat Trident. *c. 8. sess. 24.* injungi, ubi crimen ab aliquo commissum publicè, & in conspectu multorum, relinquendo tamen arbitrio Episcopi, ubi ei magis expedire videbitur, commutandi talem poenitentiam publicam in secretam. Et de his poenitentis publicis ait Pax Jord. *l. cit.* non esse eas reservatas Episcopo, adeoque sine speciali mandato illius posse eas injungi à Vicario; cum passim videamus, eas etiam non solum ab Archidiaconis, & commissariis Archidiaconalibus, sed etiam à Parochis imponi.

*Quaestio 147. Quid possit Vicarius quò ad excommunicandum?*

**R**espondeo: posse illum excommunicare absque speciali mandato Episcopi. Garc. *p. 5. c. 8. num. 94.* Pith. *ad tit. de off. Vicar. man. 68.* Laym. *in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. num. 9.* Sbroz. *l. 2. q. 168. num. 2.* citans præter alios Gl. *in c. cum ab Ecclesiarum. de off. Ordinar. v. Eccles. in fine,* quæ voluit ob vicem commissam (ab Episcopo in generali commissione Vicariatus) mandatam esse facultatem excommunicandi. Est siquidem excommunicatio actus jurisdictionis *cit. c. cum ab Ecclesiar. & ibi Gl. Abb. & AA. communiter.* Sbroz. *cit. num. 2.* citans præter plures textus Covar. *in c. alma mater. p. 1. §. 11. in princ.* estque gladius excommunicationis nervus disciplinæ Ecclesiasticæ. Trident. *sess. 25. c. 3. c. dilecto. de sent. excommun. in 6. c. nemo. 2. q. 1.* & ad jurisdictionem Ecclesiasticam necessaria; cum jurisdictio sine correctione sit nulla. Sbroz. *l. cit. n. 4.* juxta *l. 1. ff. de jurisd. omn. Judic. c. cum contingat. de foro compet. & ibi AA.* ubi etiam, quòd quilibet Judex Ecclesiasticus possit excommunicare, etiamsi sit delegatus inferioris à Principe, & ab ipso Episcopo, ait Sbroz. *l. cit. num. 3.* citans *c. pervenit. 11. q. 1. Gl. in c. ex literis. de off. deleg. vers. si subdelegatus. Gl. in cit. c. nemo. v. excommunicet.* Covar. *l. cit. num. 1.* qui dicat esse communem. Navar. *in manual. confess. c. 27. num. 5.* & in terminis Vicarii Episcopi Bero *in Rub. de off. deleg. n. 27.*

2. Poterit quoque excommunicare Vicarius Episcopi, etsi Sacerdos non sit; quia id non est ordinis, sed jurisdictionis. Sbroz. l. cit. num. 3. citatis Abb. in c. excommunicato. de rescript. num. 10. Borgat. de irregular. & dispens. fol. 359. quin & posse Vicarium Archiepiscopi excommunicare, uti & suspendere & interdicere Episcopum nondum consecratum, aut etiam consecratum Archiepiscopo absente, ait Sbroz. num. 4. citatis plurimis, de quo vide dicta à nobis supra. Sic itaque in specie poterit Vicarius Episcopi tanquam Ordinarius excommunicare Judices & dominum temporalem, qui ab eo moniti volunt negare Sacramentum penitentiae damnatis ad mortem illud petentibus. Sbroz. l. cit. num. 7. citato Pavin. de potest. Capit. Sede vac. p. 1. q. 8. num. 5. id afluente de Capitulo Sede vacante & ejus Vicario, & citante pro hoc Clem. de penit. & remiss.

3. Sic poterit Vicarius sine speciali mandato discernere excommunicationes præcedente cognitione causæ. Quas Concilium Trident. sess. 25. c. 3. intendit ad finem revelationis aut restitutionis inventorum, & quidem non obstante, quòd Concilium eisdem decernat, eas à nemine prorsus, nisi ab Episcopo decernendas; eò quòd verba illa concilii non excludant Vicarium, sed is quoque comprehendatur ibi nomine Episcopi juxta dicta alia; & illa solum ponantur ad concludendos alios inferiores Episcopis Prælatos, etiam si habentes Episcopalem jurisdictionem, & exemptos, ac nullius Diocesis. Pich. Laym. Garc. l. cit. num. 94. & 95. citans Enriquez in sum. l. 13. c. 17. §. 4. Rodriq. in summ. Tom. 1. c. 79. num. 1. Zerol. pr. Episcop. v. Vicarius. §. 17. Frechil. de excommunic. a. 2. p. 2. num. 5. Suar. de cens. Tom. 5. d. 20. l. 1. num. 2. Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. q. 2. num. 16. contra Bannez. 2. 2. q. 66. a. 6. apud eundem Garc. num. 96. docentem, per dicta verba concilii excludi Vicarium, ita tamen, quòd si is ex commissione Episcopi sui dictas excommunicationes decernat, teneant quidem; eò quòd concilium non dixerit; quòd si secus factum fuerit, totum sit irritum & inane: peccet tamen Episcopus contra mandatum Concilii, si sine urgente causa committat hujusmodi causas suo Vicario. Et hæc juxta expressam S. Congregat. Concil. super cit. c. 3. declarationem, quam recitat Garc. num. 97. in hæc verba: *Vicarius generalis Episcopi potest hæc excommunicationes discernere adhibita causa cognitione, nec indiget speciali mandato Episcopi; quibus non obstat alia declaratio ejusdem S. Congregat. quam recitat Garc. num. 91. in hæc verba: Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo, potest sine prava cognitione facta ab ipso nec Episcopo excommunicationes ad finem revelationis pro rebus deperditis discernere, dum tamen ipse Vicarius causa cognitionem adhibeat.* Nam respondetur à Garcia n. 94. verba illa: *ad id facultatem habens*: poni ad excludendum Vicarium generalem habentem facultatem ad hoc limitatam seu ablatam ab Episcopo, qui utique non poterit dictas excommunicationes facere, præterquam, ut ipse Garcias num. 99. quòd dicta declaratio S. Cong. non videatur ita esse certa quàm illa adducta à se num. 97. utpotè magis juri conformis, teste Marco Anton. Genuens. qui etiam dicat, ita fervari in curia Archiep. Neapol.

4. Notandum hic, quòd loco declarationis adjicit Sbroz. cit. q. 168. nempe Vicarium excommunicare posse, non quidem principaliter sic puniendo crimina & delicta, quia illa non potest cognoscere, aut gravi poena punire, juxta dicta à nobis supra, sed incidenter & in consequentiam, ne ejus jurisdictione sit

illusoria, & in effectu nulla. Pro hac declaratione citat Bero. in rubric. de offic. deleg. n. 27. & 28.

*Questio 148. An pari quoque modo Vicarius Episcopi possit suspendere, & interdicere sine speciali mandato?*

**R**espondeo affirmativè: Sbroz. l. 2. q. 182. n. 4. citans Rebuff. in pr. benef. tit. firm. Vicar. n. 174. Covar. in c. alma mater §. 2. num. 7. Navar. in man. c. 27. num. 159. & 168. Appellatione siquidem censura non solum venit excommunicatio, sed & suspensio & interdictum. Sbroz. num. 1. citans c. querenti. de verb. signif. c. is cui. de sent. excom. in 6. Abb. in c. cum ab Ecclesiarum. de off. Ordinar. num. 2. Oldr. cons. 86. in fine. Covar. in c. alma mater. de sent. excom. p. 2. num. 7. Navar. l. cit. num. 167. censura autem sit nervus ecclesiasticæ disciplinae, Sbroz. num. 2. citatis plurimis. Ergo Judex Ecclesiasticus non minus suspendere & interdicere possit quàm excommunicare, ut Abb. in c. cum ab Ecclesiarum. num. 4.

2. Limitat nihilominus responsionem Sbroz. n. 4. quòd licet ad majorem solum cautelam, ut Rebuff. l. 1. soleat in Vicariatu exprimi cõstitutio suspendendi, & interdicendi, in casibus tamen, in quibus ageretur de perpetua suspensione vel multum diuturna, Vicarius eam ferre non possit sine speciali mandato; quia suspensio perpetua vel diuturna dicitur esse de arduis secundum Innoc. & Abb. in c. ad hæc. de offic. Archid. num. 1. ita ut dicant, Episcopum eam ferre non posse sine Capitulo.

*Questio 149. Specialis an Vicarius concubinariorum suspendere possit ab administratione beneficiorum sine speciali mandato?*

**R**espondeo: id eum posse respectu non exemptorum, non verò respectu exemptorum. Fagnan. in c. quoniam. de offic. deleg. num. 38. Facultas siquidem concessa Episcopo in Trident. sess. 25. c. 14. etiam uti delegato Sedis Apostolicæ, ut possit Clericos concubinariorum à beneficiorum administratione suspendere, & beneficiis privare, videtur transire in Vicarium quòd ad non exemptos; quia & jure ordinario poterat Episcopus in concubinariorum animadvertere. Toto tit. de cohabit. Cler. & mulier. quo ad exemptos verò opus est speciali subdelegatione secundum regulam; de qua in cit. c. quoniam. ita fere Fagn. l. cit.

*Questio 150. An possit Vicarius, sicut id potest Episcopus, scribari sufficientiam Notariorum, & eos imperitos suspendere ab officio?*

**R**espondet affirmativè Fagn. l. cit. n. 31. ob eandem rationem datam quest. præced. nimirum quia id poterat Episcopus ante Tridentinum jure ordinario, ut annuitur ex dictione illa etiam. & licet ibi Fagn. non nisi scrutationis faciat mentionem, loqui tamen etiam eum de suspensione, vel etiam depositione ab officio, patet ex eo, quòd hunc in finem adducit ex Bartol. & Bald. nimirum per eos in l. sed & reprobari. ff. de excusat. Tutor. probari posse favere publicæ utilitati approbatum semel reprobari; & quòd, ut refert Bartol. ab Archiepiscopo Capuano fuisse exauktoratos omnes, qui doctoris insignia adepti, sed minus, quàm decebat, eruditi Capuam reverfi fuerant. Item patet ex eo, quòd Fagn. in summario ipso num. 31. hoc ponat: *Notarios imperitos ab officio suspendere, &c. subintelligit, potest Vicarius.*

*Questio*

*Questio 151. An Vicarius sine speciali mandato facere possit gratiam, seu poenam remittere?*

**R**espondeo negative. Pirh. l. cit. num. 45. ubi: non potest delictum condonare (intellige remissa poena) nisi hoc ipsum specialiter & expresse fuerit illi concessum. Azor. *inst. mor.* p. 2. l. 3. q. 6. Sbroz. l. 2. q. 38. num. 1. citatis Rebuff. in *pr. tit. form. Vicar.* num. 176. & seq. Cardin. in *Clem. unica. de offic. Vicar.* num. 16. & *ibidem* Abb. num. 18. & aliis plurimis. Vicarius enim juxta dicta saepius sine speciali mandato expedire nequit, quae sapiunt meram liberalitatem, & gratiam; utpote quae in generali Vicariatus commissione non includuntur. Proceditque Responso, etiam si Episcopus non sit in Diocesi. Sbroz. num. 4. citato Abb. *ubi ante*. Poterit tamen Vicarius facere gratiam de speciali mandato in iis casibus, in quibus Episcopo permissum est remittere poenam, Sbroz. n. 5.

*Questio 152. An Vicarius sine speciali mandato possit absolvere inquisitum?*

**1. R**espondeo: non convenire in hoc Auctores. Nam primò affirmant apud Sbroz. l. 2. q. 66. num. 1. Marian. in *c. qualiter. il. 2. de accusat. q. 5. a. 14.* Felin. in *c. non potest. de re Judic. col. 4. num. 5.* dicens, quòd, liceat Vicarius Episcopi ex generali mandato non possit punire, sicut tamen potest inquirere, (intellige in ordine ad deferendum Episcopo) ita etiam possit absolvere inquisitum, etiam absque ulla alia relatione ad superiorem, subdens hoc esse dictum peregrinum, & nunquam obliviscendum.

**2.** E contra negant apud Sbroz. num. 2. Ripa in *l. qui condemnare. ff. de re Judic. col. 3. num. 1.* Foller. *pr. crimin. can. 3. part. Judic. rit. vel absolvatur in fine.* hac docti ratione, quòd Vicarius prohibeatur condemnare criminosos ex defectu potestatis, non autem in favorem inquisiti per textum *c. licet. de offic. Vicar. in 6.* si autem caret potestate condemnandi, consequenter etiam carere videatur potestate absolvendi juxta *l. nemo, qui condemnare. ff. de Reg. jur. ubi Decius, & Egnol.* & quam regulam multis extollit Menoch. *l. 1. de arbit. Judic. q. 23. num. 35.* Item quia jurisdictionis est limitate concessa Vicario, *ut. c. l. i. cum illi causarum cognitio mandata sit, non verò decisio causarum criminalium;* adeoque nec extendenda ad absolutionem inquisitorum. Ac denique ut Foller. ne, si illi dicta absolutio permilla esset, frustratoria foret relatio facienda Episcopo.

**3.** Mediam quasi viam ingrediuntur distinguendo apud Sbroz. num. 4. Diaz. in *pr. crimin. can. c. 5. num. 5.* Rota. *decis. 2. aliis 66. rit. de offic. Vicar.* nempe, quòd sicut Vicario permittitur facere inquisitionem ad effectum remittendi culpabiles ad Episcopum, sic quoque possit absolvere inquisitos ad effectum remittendi illos ad Episcopum, si fuerint inventi culpabiles; vel etiam poterit, ubi post inquisitionem non apparuerit delictum, seu delictum non fuerit probatum, cessare ab inquisitione, & inquisitum dimittere, ut Pax Jord. Et sic jam non urget dicta regula: *nemo, qui condemnare;* dum nimirum hoc modo non absolvetur inquisitus à crimine, sed ab inquisitione ad effectum transmittendi illum puniendum ad Episcopum, si culpabilis inventus: vel etiam pure dimittendo illum. In quo casu poterit illum dimissum revocare Episcopus, & denno contra eum inquirere ac procedere; cum Vicarius ab-

stinendo ab ulteriore inquisitione illum non absolvetur à crimine. Et huic sententiae media adstipulatur Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 225. citans Barbosa *de potest. Episc. p. 3. allegat. 54. num. 118.* Marian. in *c. qualiter. de accusat. num. 171.* quin & ipse Sbroz. l. cit. num. 5. eamque confirmat, & declarat hac ratione: ubi reus inquisitus absolvitur ab inquisitione ad effectum transmittendi illum ad Episcopum, non videtur absolutus simpliciter, & diffinitivè, sicut quando absolvitur à crimine non commisso. Et in primo casu non obstat exceptio rei judicatae, quemadmodum illa obstat in secundo casu, sed iterum inquiri potest secus ac in secundo. Et veram esse hanc sententiam, & ab omnibus approbatam, quòd quando quis est absolutus à crimine non commisso, competat ei exceptio rei judicatae, nec possit amplius contra eum procedi; secus si absolutus esset à crimine non probato, astruit Clar. in *pract. crim. §. fin. vers. hac quidem.* Foller. in *practi crim. can. fol. 302. num. 3.* apud Sbroz. qui subdit, hinc jam mirum non esse, si Vicarius de potestate ordinaria possit absolvere inquisitum ad dictum effectum transmittendi illum ad Episcopum puniendum, licet prohibeatur punire, non autem possit absolvere diffinitivè.

*Questio 153. Num Vicarius possit poenam in leviozem mutare, & in specie, nam possit poenas corporales, vel etiam poenam depositionis mutare in pecuniariam?*

**1. R**espondeo ad primum, tamen si Vicario commissa esset specialiter potestas causas criminales cognoscendi, & judicandi, non tamen potest poenam à jure Canonico vel particulari statuto diocesano impositam & definitam in leviozem mutare, nisi hoc ipsum specialiter & expresse ipsi fuerit concessum, posito, quòd Episcopus in talibus dispensare potest. Laym. in *c. licet. de offic. Vicar. in 6. num. 2. §. ceterum.* Pirh. l. cit. num. 45. Azor. l. cit. Et sic non potest eas mutare in pecuniarias. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 228. citans Cuch. *Inst. Juris Can. tit. 8. de de offic. Vicar. num. 109.* Rebuff. in *pr. tit. form. Vicar. num. 15.* Idque etiam si haberet speciale mandatum ad dispensandum; quia in generali potestate dispensandi non comprehenditur potestas dispensandi super crimine, & commutandi poenam, vel faciendi compositiones, Sbroz. l. 2. q. 37. num. 3. juncto num. 1. & 10. Sic quoque non poterit commutare poenam privationis vel depositionis à beneficio in poenam pecuniariam. Sbroz. cit. num. 3. citans Castrenf. *conf. 348. num. 1. & seq. in 2.* Bertach. *de Episc. p. 5. l. 4. tit. de auctor. Episc. circa Judic. num. 53. & p. 6. rit. de Vicar. Episc. num. 1.* Clar. in *pract. crim. §. fin. q. 57.* Borgas. *de irreg. & dispens. p. 5. c. fin. num. 22. & 33.* Sed nec ipse Episcopus sine causa poenam minuere, aut in aliam commutare potest, multòque minus recipere compositiones super omnibus criminibus. Sbroz. l. cit. num. 7. ex Castrenf. *ubi ante* cum Gl. & Canonistis in *c. licet. de penit.* Menoch. *de arb. Judic. l. 1. q. 66. num. 10.* Julio Claro l. cit. q. 85. Abb. in *c. ut Clericorum. de vita, & honest. Clericor. num. 10.* & aliis, quos citat; sed tunc demum, cum crimina levia sunt vel extraordinaria, in quibus locus est poenae arbitrariae, vel quando in iis potest dispensare, vel saltem cessat omnis suspicio avaritiae, moveturque causa correctionis, ut quando applicatur poena loco pio, vel aliae causae adfunt, de quibus DD. *loci cit.* ac praecipue Castrenf. l. cit. Gl. & Abbas in *c. licet.* Unde jam etiam responsum limitat Sbroz. l. cit.

*l. cit. num. 13.* ita ut in criminibus levibus vel extraordinariis, in quibus imponitur poena Judicis arbitrio, Vicarius quoque Episcopi facere possit compositiones juxta facti qualitatem; secus in criminibus gravibus, uti & in illis, in quibus taxata est poena à jure, & in quibus agitur de poena depositionis ab ordine, vel privationis beneficii. Citat pro hac limitatione Castrenf. Bertach. *ubi anec. Cuch. tit. de Vicar. Episc. num. 109.* Diaz. &c. Quam tamen limitationem etiam sublimitat *num. 16. & 17.* ita ut fieri possit hæc dispensatio seu commutatio poenæ ab Episcopo ejusve Vicario ante latam sententiam, non autem post, pro quo citat Cuchum. *Instit. jur. can. de Episc. num. 306.* Felin. *in c. qualiter. de accusat. num. 129.* Nisi forte in sententia fuerit reservatum jus mutandæ poenæ, aut concessa restitutio, adversus sententiam; aut aliqua justa causa impellat, ut Cuch. *l. cit. n. 308.*

## PARAGRAPHUS VII.

## De potestate Vicarii circa ultimas voluntates.

*Questio 154. An Vicarius possit pias defunctorum voluntates demandare executioni?*

**R**espondeo: sine speciali mandato Episcopi (qui constitutus quoque est executor piarum voluntatum. *l. si quis ad declinandam. §. ubi autem. c. de Episc. & Cleric. & ut latè Menoch. ad 4. remed. ad ipsi-scenda. num. 256.* & Cuch. *l. cit. de Episc. num. 142.* & seq. apud Sbroz. *l. 2. q. 49. num. 1.*) id non posse Vicarium, Barbof. *de potest. Episc. p. 3. allegat. 54. n. 104.* Pax Jord. *l. 12. tit. 1. num. 208.* Sbroz. *l. c. n. 2.* citato Bald. *in l. nulli. c. de probat. num. 8.* poterit tamen id ipsum ex speciali Episcopi mandato. Sbroz. *ibid.* Licet enim executor testamentarius facere nequeat subexecutorem, tanquam electa sit fides ejus & industria suæ personæ, ut probat *cit. l. nulli. & ibi Bald. num. 4.* in legatis tamen ad pias causas potest hujusmodi officium delegari. Sbroz. *l. cit. num. 3. & 4.* citans Bald. *in c. cum causis. de Cleric.* Tiraq. *de privilegiis pia causa. privileg. 31. in fine;* eò quod favore piarum causarum relaxentur juris subtilitates. Ad hoc verò, ut Episcopus in hujusmodi executionibus vices suas committere possit alteri, requiritur causa aliqua. Sbroz. *n. 6.* ex Bald. *in cit. l. nulli. num. 8.* Quin & limitationem aliam adjicit Sbroz. *num. 7.* ut Vicarius Episcopi habens speciale mandatum exequendi dictas voluntates, non censeatur adhuc habere mandatum ad liquidandum fructus.

*Questio 155. An Vicarius ex officio suo compellere possit executores, fidei commissarios, etiam laicos ad exequendas pias defunctorum voluntates?*

**R**espondet affirmativè Barbof. *l. cit. num. 105.* Sbroz. *l. 2. q. 50.* citans *c. Joannes. c. si heres. c. tua nos. de testamentis.* Pavin. *de potest. Cap. Sed. vac. p. 1. q. 8. num. 7.* Gemin. *consil. 114. n. 5.*

*Questio 156. An possit quoque prorogare tempus executoribus?*

**R**espondeo affirmativè. Barbof. *cit. num. 105.* Sbroz. *l. 2. q. 51. num. 1.* Idque etiam si sint Juris vel constitutionis Synodalis. Sbroz. *l. cit. citatis*

Calder. *cons. 5. tit. de Vicar. Felin. in c. ex parte. de consil. col. 3. post num. 1.* Ratio tamen quam adjicit Sbroz. nempe, quod id sit jurisdictionis voluntariæ, quæ transit in Vicarium, non magnopere urget; cum plura sint jurisdictionis voluntariæ, quæ non transeunt in Vicarium.

*Questio 157. An Vicarius possit exigere rationes à testamentorum executoribus?*

**R**espondet Sbroz. *l. 2. q. 52.* posse Vicarium tanquam Ordinarium rationem exigere ab executoribus de testamentorum executionibus, etiam Religiosis exemptis, & delinquentes circa illas punire juxta *Clem. 1. de testam. & ibi Glof. & Canonist.* quem textum etiam allegat Pavin. *p. 1. q. 8. num. 5. & p. 2. q. 7. num. 6.* pro Capitulo Sede vacante ejusque Vicario.

*Questio 158. Quid possit Vicarius circa mutationem ultimarum voluntatum?*

**R**espondeo: posse Vicarium Episcopi in erectione Ecclesiæ & applicatione bonorum eidem relictorum in aliquo mutare voluntatem testatoris, decisum fuisse à Rota teste Mohed. *decis. manuscrip. 124.* refert Sbroz. *l. 2. q. 54.* Barbof. *l. cit.* quò ad hoc punctum remittit ad Moner. *de commut. ultim. volunt. c. 5. num. 484.* verum videndum, quid hac in parte, & quo jure comperat Episcopis ipsis, & de in applicandum vel negandum ejus Vicario.

*Questio 159. An Vicarius Episcopi adire possit hereditatem lucrosam delatam Ecclesiæ Cathedrali?*

**R**espondeo: affirmari id absolutè à Pavin. *l. cit. p. 2. q. 8. num. 27.* Sbroz. verò *l. 2. q. 53.* id verum existimat, ubi adest speciale mandatum. Rationem dat, quòd Vicarius Episcopi economum Ecclesiæ constituere nequeat, nisi adsit speciale mandatum. Pro quo citat Felin. *in c. quoniam. de offic. ordin. in fin. Lap. allegat. 8. ubi Apostil. Mandos. in verb. economum.*

## PARAGRAPHUS VIII.

## De potestate Vicarii circa matrimonialia.

*Questio 160. An Vicarius Episcopi possit cognoscere causas matrimoniales?*

**1. R**espondeo primò: causas matrimoniales ex speciali commissione Episcopi posse cognoscere à Vicario. Sbroz. *l. 2. q. 42. a num. 5.* Pich. *ad tit. de offic. Vicar. num. 47.* citans Sanch. *de matrim. l. 2. d. 40. num. 17. in fine.* Rebuff. *in pr. tit. form. Vicar. num. 155.* Tametsi enim cognitio hujusmodi causarum spectet ad Episcopalem dignitatem, ut rectè Sbroz. *l. cit. num. 6.* non tamen ideo incommisibilibus est alteri non Episcopo; cum etiam ea, quæ dignitatis Episcopalis sunt, inferiori Episcopo committi possunt. Sbroz. *l. 2. q. 28.* citans Abb. *in c. quanto de consuetud. num. 2. in c. accidentibus. de excess. Prelator. num. 2. & 3. Syl. in sum. v. Episcopus. num. 9. &c.* Tametsi etiam causis criminalibus æquiparentur, sintque inter causas majores & arduas, quippe in quibus agitur de statu hominis juxta *c. penult. de in in-*

integ. restituit. non sunt tamen adeo arduæ & difficiles, ut à solo Episcopo cognosci & expediri debeant, & nullatenus ab alio. Unde si committi possunt hujusmodi causæ discutendæ, & dijudicandæ Doctoribus aliis, qui non sunt ejus Vicarii, ut Alex. conf. 149. vol. 3. apud Sbroz. cit. q. 42. num. 7. multo magis committi poterunt Vicario; cum juxta dicta à nobis sæpius illi multa committi possint, quæ aliis committi non possunt, ut Felin. in c. quod sedem. de off. ordin. num. 2. Rimin. in l. 1. ff. de off. ejus. num. 89. Neque his obstat dispositio Trident. sess. 24. c. 10. ubi causæ matrimoniales examini tantum Episcoporum committuntur, ut patebit ex dicendis paulo post.

2. Tamen autem Episcopus causas illas matrimoniales, quæ ad ipsum spectant, jure ordinario committere possit Vicario, non tamen delegatas ei à Papa subdelegare eidem posse tradit Sbroz. cit. q. 42. n. 9. juncto n. 18. causa enim matrimonialis gravis est & ardua. Sbroz. num. 10. citatis Socin. Jun. conf. 86. num. 6. in 2. Cravet. conf. 281. col. 3. juxta c. mulier. de jurejur. causæ autem graves & arduæ subdelegari nequeunt exinde, quod in iis censetur electa industria personæ, cui delegatae sunt. Sbroz. num. 11. citatis Alex. in l. 1. ff. de offic. ejus in princ. Jason. ibidem n. 6. Seytel. not. 3. Cravet. conf. 303. col. 2. & c. quo fit, quod curia non consuevit committere causas matrimoniales nisi Episcopis, teste Abb. in c. si pro debilitate. de off. delegat. num. 4. Decius in c. proposuisti. de probat. in princ. apud Sbroz. num. 13. Stylus autem curiæ habeatur pro lege, & est observandus. Sbroz. num. 14. citans Roland. conf. 70. num. 12. vol. 1. Redoan. de spol. q. 7. num. 18. & c. Item quod intentio Papæ delegantis Episcopo istiusmodi causas ad Episcopum restricta videatur exinde, quod si Papa noluisse restringere ad Episcopum delegationem, utique mentionem fecisset de ejus Vicario in rescripto delegationis, sicut solet in omnibus aliis Brevibus sub hac forma rescribere: *Venerabili Fratris Episcopi N. seu dilecti filii ejus Vicario in spiritualibus generali*: ita ut nulla facta mentione Vicarii, is exclusus censetur. Nihilominus Sbroz. l. cit. num. 30. admittit, in discussione causæ matrimonialis (intellige, etsi de cætero electa sit industria personæ Episcopi) posse committi Vicario examen testium, etiam per viam nudi articuli; eo quod quamvis aliâ causa alicui committi non possit, possit tamen committi articulus, ut Archid. & Gl. in c. si unum. de rescrip. v. causa. Verumtamen hæc Sbrozii doctrina non usquequaque subsistere videtur. Verum utique & indubitatum est, quod ubi electa industria personæ in delegatione, is vices alteri committere nequeat. c. fin. s. u cui. de off. deleg. & ibi DD. Alex. conf. 10. l. 1. Menoch. conf. 69. num. 55. in 1. Ruin. conf. 148. num. 1. in 4. citati à Sbroz. num. 12. sed si nihil aliud expressum in rescripto, sola gravitas causæ hanc electionem industriæ personæ inferre non videtur, prout etiam tradit Decius in c. pro debilitate num. 4. apud Sbroz. num. 15. quod ad hoc, ut causæ subdelegari non possint, non sufficiat esse simpliciter graves, sed debeant ita esse graves, ut sine præsentia delegati terminari non possint, quales non sunt de se causæ matrimoniales. Confirmatur hoc ipsum ex eo, quod in c. statutum. de prob. in 6. disponitur, quod collationem beneficiorum & dignitatum alias exequendam per solum Episcopum in defectum Papæ exequi possit Vicarius generalis ex mandato speciali; ut ipse Sbroz. refert num. 24. quod non satis diluit ipse num. 16. dum inquit, ab uno non esse argumentandum ad

alterum, & ex quo Vicarius fuit habitatus ad unum, nempe ad conferenda beneficia, non fuerit habitatus ad aliud, nempe ad cognoscendum de causis matrimonialibus. Nam adhuc recte in præsentem ab uno ad alterum arguitur, quod sicut unum, sic & alterum possit committi, dum alterum illud non est majus, nec speciale quid continet, cur committi non possit, etsi jus nullum positive dicat in particulari, illud posse committi. Neque etiam ille stylus curiæ ita constans est, ut Decius in c. proposuisti. quin causæ matrimoniales etiam aliis quam Episcopis delegari consueverint, V. G. Abbati, Præposito similive personæ in dignitate constitutæ, quin & ipsi Officiali Episcopi, ut patet ex cit. c. proposuisti. ex litteris. de restitut. in integ. & ibi Abb. & c. Neque etiam intentio illa Papæ ita restricta ad solum Episcopum ex eo satis colligitur, quod in rescripto nulla fiat Vicarii mentio: nam & ipse Sbroz. num. 21. taretur, eam rationem parum efficacem, dum inquit sed tamen melior est ratio superius adducta propter unitatem Episcopi & Vicarii, qui inclusus non videtur propter Episcopum (subintellige solius) mentionem secundum Archid. in c. Reatina. 63. dist. Felin. in c. si quis contra. de foro compet. num. 5. Unde posse Episcopum causam matrimonialem sibi specialiter commissam à Papa subdelegari alteri absolute tenent Laym. de jurisd. Ordin. concl. 95. Pirh. l. cit. & apud hunc Abb. in c. ex litteris. de offic. deleg. not. 2.

3. Respondeo tertio, secundum probabiliorum poterit quoque Vicarius Episcopi vi Officii sui, seu Vicariatus generaliter sibi commissi absque speciali mandato unâ cum Vicariatus commissione, aut etiam extra illam sibi dato causas matrimoniales cognoscere & dijudicare. Sbroz. in hac materia parum sibi constans. l. 2. q. 44. in fine. ubi, postquam proposuisset utramque sententiam, primò affirmativam, secundò negativam, ait: *à prima tamen sententia majore numero auctoritate probata non recedo*. Citatq; l. cit. num. 1. pro hac sententia affirmativa Cuchum instr. jur. can. de Episc. num. 123. Lambert. de jurep. l. 2. p. 2. q. 2. a. 3. Covar. in Episc. l. 4. c. 8. §. 12. num. 1. Abb. & Præposit. in c. sine. de cognat. spirit. Adem tenet Barbof. de potest. Episc. p. 3. alleg. 54. num. 94. citans insuper Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. à n. 18. Anton. Gomez. in Bullam cruciat. c. 444. num. 28. Salz. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. c. 73. in fine. Item Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 25. citans præterea Riccium in pr. p. 4. resolut. 471. Genuens. in pract. c. 26. num. 1. Item Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 2. Pirh. l. cit. num. 47. Pax Jord. l. cit. num. 147. contra Rebuff. l. cit. Ledesim. de matrim. q. 45. a. 1. Item Azor. p. 2. l. 3. punct. 3. dub. 4. Ugolin de off. Episc. c. 4. §. 7. num. 2. apud Barbof. allegantur pro hac sententia à Barbof. l. cit. alleg. 84. num. 3. & Pirh. c. 1. de frigidis & maleficiat. ubi dicitur ab uxore in causa divortii ponendam querelam coram Episcopo, aut ejus missio; per missum autè intelligitur Vicarius Episcopo, à Glossa, & c. fin. de cognat. spirituali, ubi habetur impedimentum matrimonii propositum coram Officiali Cantuariensi, & sic supponitur Vicarium posse cognoscere de causis matrimonialibus. Est quoque ratio, qua etiam hæc causæ spectent ad dignitatem Episcopalem, spectant tamen quoque ad jurisdictionem ordinariam Episcopi. Laym. in c. licet. de offic. ordin. in 6. num. 3. citans c. accedentibus. Neque adeo arduæ & difficiles, ut à solo Episcopo cognosci debeant, hoc præsertim tempore, quo plurimis doctorum scriptis & commentariis sunt illustratæ. Neque etiam nominatim exceptæ sicut causæ criminales,

qui

quibus æquiparantur *c. penult. de in integ. restitut. in eo* solum, quod per arbitros cognosci non possunt. Neque à jure in *c. accedentibus*, neque à Trident. *sess. 24. c. 20.* (dum ibi nomine Episcopi comprehenditur quoque Vicarius, ut una eademque cum illo persona juxta dicta superius) adimitur Vicario potestas cognoscendi causas matrimoniales, sed solum inferioribus Episcopo Prælati, puta Archidiacono, &c. Monet tamen rectè Pirh. hac in re spectandam consuetudinem cujusque Diocesis; cum in pluribus locis proprii Judices causarum matrimonialium ab Episcopis constitui soleant.

*Quæstio 161. Quid possit Vicarius circa remittendas denunciations matrimoniales?*

**R**espondeo primò: quod minus parochi has denunciations faciant, absque sua licentia, minimè impedire potest Vicarius generalis Episcopi. Barbof. *de offic. & potestate Parochi. c. 2. num. 16.* testans, sic censuisse S. Congregat. Concil. 27. *Maii. 1617.* & ex eo Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 26.*

2. Respondeo secundò: posse Episcopum dare specialiter Vicario suo facultatem, etiam generalem remittendi denunciations. Sbroz. *l. 2. q. 42. n. 28.* Garc. *p. 5. c. 8. n. 61.* & à fortiore AA. omnes citandi pro respons. seq. contra Cephal. *conf. 421. n. 72. l. 3.* Menoch. *conf. 69. à num. 55. l. 1.* apud Sbroz. censentes, nequidem Episcopum posse specialiter mandare Vicario suo hanc facultatem remittendi denunciations. Trident. enim *sess. 24. c. 1.* remittit iudicio & prudentiæ Ordinarii illas denunciations, & idèd cum juxta communem Vicarius sit Ordinarius, non tantum videtur electa industria personæ Episcopi, sed etiam ejus Vicarii, qui tanquam Ordinarius videtur in illo decreto comprehensus: & si etiam Concilium loqueretur de Episcopo, non tamen excluderetur ejus Vicarius; quia & is sub Episcopi mentione & nomine continetur secundum Archid. in *c. Reatina. dist. 63.* Felin. in *c. si quis contra. de foro compet. num. 5.* & aliàs Tridentina Synodus volens Episcoporum Vicarios in suis decretis excludere ab aliqua facultate, quæ Episcopo conceditur, dicere solet: *eis tantum & non eorum Vicariis, sit permittum: ut sess. 24. c. 6.* ita fere Sbroz. *cit. q. 42. num. 28. & 29.*

3. Respondeo tertio; juxta probabiliorem posse Vicarium sine speciali commissione vi solius generalis commissionis Vicariatus in dictis proclamationibus seu denunciations dispensare ex causa, easque penitus remittere, seu dare licentiam contrahendi matrimonium. Sbroz. *l. 2. q. 202.* ubi verius esse videtur, quod Vicarius Episcopi tanquam Ordinarius possit ex causa dare licentiam contrahendi matrimonium non præcedentibus denunciationsibus. & *l. 2. q. 42.* ubi videmus quotidie per Vicarios Episcoporum remitti ex causa denunciations istas quemadmodum per Episcopos: Laym. in *c. ult. de offic. Vicar. in 6. num. 9.* Pirh. *l. cit. num. 58.* Pax Jord. *l. 3. tit. 7. num. 7.* citans Bonacin. *de matrim. q. 2. p. 6. num. 7.* Sanch. *de matrim. l. 3. d. num. 9.* & 10. ac dicens hanc sententiam approbari à praxi, dum Vicarii generales passim in his dispensant. Item Ventrigl. *l. cit. Card. de Luca ad Tridentinum d. 26. num. 26.* ubi is: Concilia loquente de Ordinario, receptum est, ut sub ejus nomine veniat Vicarius, qui in denunciationsibus dispensare valeat. Barbof. *de potestat. Episc. allegat. 32. num. 29.* citans Chokier. *de jurisdictione Ordinarii in exemp. p. 1. q. 1. num. 1.* Basil. Pont. *de matrim. l. 5. c. 26. §. 4.* Reginald. *l. 31. num. 23.* Gratian. *discept. for. c. 83. num. 10.* Molfel. *Theol. mor. tr.*

*4. c. 8. man. 10.* Gaspar Hurt. *de matrim. d. 5. diff. 19. num. 63.* Vulp. in *pr. c. 15. num. 10.* Narbon. *de appellat. à Vicar. ad Episc. p. 1. num. 256.* & alios quamplurimos contra Cephal. & Menoch. ut *respons. præced.* Item contra Suar. *de Paz. in præct. Tom. 2. præliud. 3. in fine.* Henriq. *l. 11. c. 3. num. 5.* Spino. *de testam. Gl. 15. principal. num. 29.* Gomez. in *Bull. cruciat. c. 4. n. 19. & 21.* Posslev. & alios apud Barbof. *l. cit.* Item contra Meroll. *Theol. mor. p. 3. disp. 7. c. 6. dub. 17. num. 154.* apud Ventrigl. Item contra Garc. *de benef. p. 5. c. 8. num. 61.* ubi: quod Vicarius Episcopi non possit dictas denunciations remittere sine speciali commissione declaravit S. Congregat. prout sibi dixit Auditor Cardinalis Matthei, Præfeci dictæ Congreg. item contra Fagn. in *c. cum inhibito. de clandest. despons. num. 9.* apud Carol. de Luca. *ad Ventrigl. l. cit. num. 6.* quo tamen loco Fagnanus plus non habet, quam quod in libris S. Congregat. manu Cardinalis Carafæ annotatum sit, Gregorium XIII. dixisse, in dicto concilii decreto *sess. 24. c. 1.* appellatione Ordinarii non venire nisi solum Episcopum. Ratio responsionis nostræ satis insinuata *respons. præced.* & datur à Barbof. *l. cit. num. 28.* Pirh. Pax Jord. Laym. *locis. cit.* quod in Trident. *sess. 24. c. 1.* potestas in his denunciationsibus dispensandi committitur Ordinario; nomine autem Ordinarii non minus veniat Vicarius quam Episcopus; & quoties aliquid Episcopo conceditur, ut Barbof. *cit. num. 28.* ex Sanch. *l. cit.* persona Vicarii non excluditur, sed potius sub eadem dispositione comprehenditur, nisi Vicarius reperitur expressè exclusus, & modò materia Vicario ex ejus officio congruat, ut apud eundem Barbof. Gratian. *l. cit. n. 11.* Guttier. *de matrim. c. 59. n. 11.* Sperell. in *decis. for. Eccles. decis. 97. n. 1.* Genuens. in *pr. Curia Archiepisc. Neapol. c. 26. num. 1.*

4. Illud tamen hic observandum, quod habet Laym. *l. cit.* nihilominus posse Episcopos ejusmodi facultatem dispensandi in denunciationsibus, uti & approbandi confessarios sibi ipsis reservare, ut Sanch. *l. cit.* Sbroz. *l. 2. q. 112. num. 6.* Gutt. *qq. can. l. 1. c. 19. num. 15.* quos citat. Cum enim Episcopus generalem Vicarium suum pro voluntate sua instituat, & amoveat, ideo vel amplam vel restrictam potestatem ei conferre, aut sententiam datam extendere, aut restringere non prohibetur. Laym. *l. cit.* citans Piacet. *pr. Episcop. p. 2. c. 4. n. 12.* Garc. *p. 5. c. 8. num. 86.* citatis aliis. Unde an Vicarius hic & nunc in dictis denunciationsibus remittendis dispensare valeat, colligendum ex mente Episcopi, & ex consuetudine hujus vel illius Ecclesiæ; ita tamen, ut si in generali commissione Vicariatus, aut extra id expressum non sit ab Episcopo, aut aliud habeat dicta consuetudo, id possit Vicarius.

*Quæstio 162. Num Vicarius per seipsum possit assistere matrimoniis sine speciali mandato ex proprio officio?*

**R**espondeo affirmativè: Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 27.* Barbof. *de potestat. Episc. allegat. 32. num. 117.* citans Ledesm. in *sum. p. 1. de matrim. c. 4. concl. 4. dub. 17.* Henriq. *l. 11. c. 5. num. 4.* Sanch. *de matrim. l. 3. d. 29. num. 18.* Basil. Pont. *de impedim. matrim. c. 26. §. 6. vers. idem etiam.* Azor. Guttier. *tr. de matrim. c. 66. num. 12. & c. 69. n. 9.* Narbon. *de appell. à Vicar. ad Episc. p. 1. num. 201.* Hurtad. *de matrim. d. 5. diff. 9. num. 31.* &c. Idque quia Vicarius venit nomine Ordinarii, Ventrigl. Barbof. *locis cit.* juxta dicta à nobis sæpe.

2. In hoc verò, num assistere possit matrimonio,

nio, dum ipse non est sacerdos, non conveniunt AA. negant communis Navar. *conf. l. sub tit. de off. ordinar. in antiq. & conf. 10. sub tit. de dispens. impuor. in novis.* Salzedo ad Diaz. in *pract. c. 76. vers. 14. Sayr. in florib. decis. l. sub tit. de offic. ordin. Ceval. q. 604. n. 59. Cenedo pract. l. i. q. 30. n. 48. apud Barbof. l. c. n. 122. ad quos accedit Card. de Luca ad *Trid. d. 26. n. 20.* Affirmant è contra Barbof. l. c. ubi is: *Dum mihi non consisterit de contraria decisione, de qua ipsi testantur, libenter amplector, tam Parochum quam Vicarium non sacerdotem validè matrimonio assistere, quod novissime post primam hujus tract. impressionem inveni tenere Basil. Pontium de matrim. l. 5. c. 11. n. 11. Quæ sententia Barbofæ ex eo firmari videtur, quod idipsum possit parochus non sacerdos; cum Vicarius non minus sit ordinarius quam parochus respectu omnium subditorum omnibus parochis Diocesis, & non minus sit parochus parochorum quam Episcopus.**

*Quæstio 163. An Vicarius quoque alteri sine speciali mandato concedere possit licentiam assistendi matrimonio sibi subditorum?*

**R**espondeo affirmative, modò is, cui committitur, sit sacerdos, quemadmodum parochus alteri committere potest hanc licentiam, sed non nisi sacerdoti. Card. de Luca. ad *Trid. d. 26. n. 18. Ventrigl. l. c. Barbof. cit. n. 177. citatiq. ab eo AA. Siquidem ex facultate Tridentini *sess. 24. c. 1. sibi concessa potest Ordinarius dare licentiam alicui sacerdoti assistendi matrimonio parochi loco sibi subditorum; Ordinarii autem nomine, ut sæpe dictum, venit quoque Vicarius Episcopi. Barbof. l. c. n. 116. unde Rota *decis. 176. n. 8. p. 1. recent. censuit validum matrimonium contractum coram sacerdote alieno de licentia Episcopi. Et sic habet praxis quotidiana: & sic quoque Vicarius non sacerdos hanc licentiam assistendi concedere poterit. Card. de Luca l. c. n. 20.***

*Quæstio 164. An suspensà jurisdictione Episcopi per excommunicationem aut suspensionem Vicarius validè assistat matrimonio, aut licentiam ei assistendi committat alteri?*

**R**espondeo affirmative; neutrum enim est actus jurisdictionis. Quòd si tamen Episcopus suspensus aut excommunicatus non toleratus intrinset Vicarium, aut parochus excommunicatus vice curatum, illè que assisteret matrimonio vel alteri committeret, nihil valeret; quia illa institutio est manifestus actus jurisdictionis, ac proinde facta ab excommunicato nihil valeret. Ita ferè Barbof. l. c. n. 119. citans Alterium de *conf. tom. 1. l. 1. d. 8. c. 6. Sauch. de matrim. l. 3. d. 30. n. 10.*

*Quæstio 165. An Vicarius sine speciali mandato dispensare possit in impedimentis matrimonii dirimentibus in casu, quo potest Episcopus?*

**R**espondet negativè Ventrigl. l. c. citans Sauch. de *matrim. l. 2. d. 40. n. 3. & 12. Vide dicta supra de potestate Vicarii quò ad dispensandum in genere.*

### PARAGRAPHUS IX.

De potestate Vicarii visitandi, celebrandi synodum & concursum, & dandi dimissorias.

*Quæstio 166. An Vicarius visitare possit Diocesim?*

**R**espondeo: Id illum non posse sine speciali

P. Leuen. Vicarius Episc. Tract. 1.

commissione Episcopi. Azor. *Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 4. Barbof. de potest. Episc. allegat. 54. n. 102. & alleg. 73. n. 28. citans Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 100. Ugol. de potest. Episc. c. 4. §. 7. vers. 3. Narbon. de appell. à Vicar. ad Episc. p. 1. n. 224. Fulc. de visit. l. 1. c. 2. n. 18. Sbroz. l. 2. q. 120. à n. 2. quos sequuntur Pirh. l. c. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 206. Ventrigl. l. c. n. 22. citans insuper Meroll. Th. mor. tom. 3. d. 7. c. 6. dub. 1. Videtur enim visitatio Diocesis reservata Episcopo, qui regulariter visitare tenetur, juxta c. Decernimus. c. Si Episcopus. de off. ordinar. in 6. Trident. *sess. 24. c. 3. Pirh. l. c. ex Sbroz. l. c. n. 3. quæ autem reservata sunt, non veniunt, nisi specialiter exprimantur. Sbroz. n. 4. citatis Abb. in c. prudentiam. de off. delegat. col. 2. Paris. *conf. 10. n. 7. in 4. Possè autem Episcopum committere specialiter potestatem visitandi Diocesim, extra dubium est, cum competat illa ei jure ordinario. Sbroz. n. 7. citato Fulco de visit. l. 1. c. 2. n. 18. Cuch. *Instit. Jur. Can. de Episc. n. 106. juxta c. Si Episcopus. de off. ordinar. in 6. & Trid. l. c. quod ipsum limitat Sbroz. n. 8. uti & Fagn. in c. quoniam. de off. delegat. n. 27. in fine. ubi Episcopus fuerit legitime impeditus juxta c. Decernimus. c. si Episcopus. c. inter cetera. & Concil. Trident. *sess. 24. c. 3. Item n. 9. quòd Episcopus non nisi visitationem ad se spectantem committere possit Vicario, vel alteri, cui vult. c. Decernimus. Trident. l. c. non autem Vicarius possit facere visitationem quotidianam, quam facere consuevit Archidiaconus, quia hanc Episcopus non potest demandare alteri quam Archidiacono, juxta Gl. in c. Episcopum. 10. q. 1. v. Annos. & Trid. l. c. ubi Archidiaconi, Decani & alii inferiores in Ecclesiis, ubi visitationem exercere legitime consueverunt, debent assumpto Notario de consensu Episcopi per seipsos tantum (alia editio videtur vitiosa, dum habet tandem) ibidem visitare, adeoque exclusi videantur Episcoporum Vicarii, ponderando dictionem illam tantum, cujus natura est assumere illud, quod ponit, & excludere & negare aliud. Ita Sbroz. n. 10. & 11. Verum id tantum non videtur cadere supra Archidiaconos, Decanos, &c. sed super ibidem, ut ibi tantum visitare possint; cum Concilium mox subjiciat: Sed non ideo Episcopus, vel eo impedito ejus visitator easdem Ecclesias seorsim ab his visitare prohibeatur, &c. Vide super hoc ipso loco declarationes apud Joannem Gallemart. Porro Vicario visitanti tenetur Episcopus suppeditare necessaria extra vitatum, nempe equos, familiam, aliisque; ipsi verò visitandi tenentur ei præstare expensas victualium. Sbroz. l. 2. q. 123. n. 1. citatis. c. Si Episcopus. de off. ordinar. in 6. & ibi Gl. v. providere. c. inter cetera. de off. ordinar. juncta Gl. v. necessaria. Vide de hoc l. c. Trid. ubi quò ad hoc omnia accuratè disponit.*****

*Quæstio 167. An Vicarius visitare possit monasteria, hospitalia, aliisque loca pia. Item Ecclesias exemptas, vel nullius Diocesis?*

**R**espondeo primò: Possè Vicarium Contrafraternitates Laicorum, hospitalia, collegia aliisque loca pia, de quibus Trid. *sess. 22. cap. 8. etiam si prædictorum locorum jura ad laicos pertineant, visitare sine speciali mandato Episcopi. Etsi enim cit. loc. Tridentinum id concedat Episcopis, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, competeat tamen & ipsis jure ordinario à Tridentino. Fagn. in c. quoniam. de off. delegat. n. 30. quòd si tamen dicta loca exemptionis privilegio fuerint munita, ea sine speciali Episcopi commissione visitare non poterit. Fagn. loc. cit. juncto num. 27. Siquidem Decretum Trident.*

F

dent. *l. c.* tamen loquatur tam de beneficiis & locis exemptis quam non exemptis, ut patet ex illis verbis: *etiam exempta*: tribuitque propterea Episcopis jus visitandi etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, quod ad loca tamen illis jure ordinario subiecta noluit illos accedere ad procedendum autoritate delegata, sed tantum quod ad exempta, utpote in quæ Episcopo alias jus visitandi non competeat. Unde jam Vicarius respectu illorum exemptorum, uti non poterat facultate istius decreti, nisi ei spiritualiter ab Episcopo delegeretur, sicut potest eam uti quod ad non exempta sine speciali illa commissione.

2. Respondeo secundò: Ecclesias Diocesis nullius, (de quarum Visitatione agit Concilium Trident. *Sess. 24. c. 9.*) visitare potest Vicarius Episcopi ex speciali commissione illius non autem absque ea ex officio suo, Fagn. *l. cit. num. 33.* jus siquidem visitandi dictas Ecclesias ante Tridentinum sive jure ordinario non competeat Episcopo; adedque mirum non est, Concilium tribuens illud Episcopo (nempe proximiori) voluisse, ut in eo simpliciter procederet ut Sedis Apostolicæ delegatus. Unde jam etiam factum est, ut (uti testatur Fagn.) S. Congregat. Concilii declararit, Episcopum Ecclesias exemptas aut nullius Diocesis visitare volentem exprimere debere, se id facere uti Sedis Apostolicæ delegatum, & posse etiam illas visitare per Vicarium suum, sed opus esse, ut de illi specialem ad hoc facultatem in scriptis. Atque ex his patet quoque qualiter Vicario competat visitare Abbatis aliaque beneficia exempta, dum ea visitandi potestas Episcopis non nisi tanquam sedis Apostolicæ delegatis committitur.

*Questio 168. Quid Vicarius possit circa Synodum Diocesanam?*

1. Respondeo primò: Synodum Diocesanam sine speciali Episcopi mandato convocare nequit. Azor. *Instit. mor. p. 3. l. 3. c. 45. q. 5.* Pirh. *l. c. num. 48.* Barbof. *de potest. Episc. allegat. 54. num. 103.* Sbroz. *l. 2. q. 46. n. 1.* Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 37.* citans Bortæ. *de Synod. Episc. p. 2. num. 2.* Rebuff. *in pr. tit. de form. Vicar. n. 151.* Gavant. *in enchiridio. v. Synodus Diocesana. num. 3.* Quamvis autem Barbof. *in sum Apostolic. decis. v. Vicarius. collect. 717. num. 3.* testetur contrarium (nempe posse id Vicarium sine speciali commissione) fuisse decilum à S. Congregat. eandem tamen decisionem adductam à Sell. *select. canon. c. 25. n. 31.* Cantare pro responsione nostra, ait Ventrigl. *l. c.* Vicarius tamen Archiepiscopi, ne quidem de mandato illius, illo impedito cogere poterit Synodum provincialem; cum Archiepiscopi Synodum provincialem per seipfos aut illis impeditis per Coepiscopos congregare debeant juxta præscriptum Trident. *Sess. 24. c. 2.* Sbroz. *l. cit. num. 5.* De cetero quod ad convocationem Capituli seu congregandos Canonicos Vicarius Episcopi non admittitur, Sbroz. *l. c. n. 6.* juxta Trid. *Sess. 25. c. 6.*

2. Respondeo secundò: Constitutiones Synodales pro suo arbitrio immutare nequit Vicarius Ventrigl. *l. cit.* citans Barbof. *sum. decis. Apostol. v. Vicarius general. Episc. quam habeat Authovit. n. 7.* Aldam. *compend. canonic. resolut. l. 1. tit. 43. n. 35.* qui testetur sic declaratum à S. Cong. Rit. 25. Feb. 1606.

3. In Synodo diocesana celebrata per ipsum Episcopum necesse non est, ut interveniat Vicarius generalis. Ventrigl. *l. c.* citans Riccium *in pr. p. 1. resolut. 567. juxta ult. impressionem.* qui etiam *l. c. p. 4. resolut. 391. n. 1. & 2.* ex eodem principio deducere conatur,

quod Vicarius generalis in dicta Synodo non præcedat Capitulum, de quo plura Marefchot. *Var. resolut. l. 1. c. 69.*

*Questio 169. Quid possit Vicarius circa habendum concursum pro Parochialibus Ecclesiis vacantibus?*

1. Respondeo primò: Potest Vicarius ex generali commissione Vicariatus sine speciali mandato concursum indicere, proponere edicta, eumque cum Examinatoribus celebrare, ac successivè ex approbatis eligere digniorem. Corrad. *Prani benef. l. 3. c. 3. sub n. 10.* Garc. *p. 9. c. 2. n. 117.* Pax Jord. *l. 10. tit. 8. n. 104.* Carol. de Luca *ad Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 6.* ego *for. benef. p. 1. q. 205. n. 2.* Regulariter enim potest Vicarius ex generali commissione ea, quæ sunt jurisdictionis, nisi specialiter excipiantur, qualiter non excipitur concursus. Garc. Pax Jord. *ego locis cit.* Proceditque id ipsum etiam, ubi esset locus gratificationis inter plures approbatos æquè idoneos, ut eam facere possit Vicarius. Garc. *l. c. n. 118.* Neque his obstant verba Trident. *Sess. 24. c. 18. ab Episcopo seu eo impedito, ab ejus Vicario generali & c.* quibus velle videtur Concilium, ita demum Vicarium posse celebrare examen per concursum, si Episcopus sit impeditus. Respondet namque Garcias *l. c. n. 119.* & ex eo Barbof. *de potest. Episc. alleg. 60. n. 41.* citans Maslob. *in prax. habendis concursum. Reg. 3. dub. 3.* per illa verba non tolli, quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum, convenire, ut ab ipso Episcopo cessante impedimento fiat examen. Nequit tamen à Vicario sine speciali mandato fieri ipsa collatio Parochialis indicato & electo magis idoneo. Garc. *l. c. n. 120.*

2. Respondeo secundò: Præsidente in concursu Episcopo cum Examinatoribus, ut interveniat etiam Vicarius generalis, isque etiam interroget, absque tamen voto tanquam Assessor solùm seu assistens Episcopo, de praxi communi receptum est. Card. de Luca. *de Paroch. d. 37. n. 13.* Pignat. *Tom. 1. cons. 403.* ubi postquam interrogasset; an Vicarius, qui intervenit examini, possit præter Examinatores interrogare examinandos, etiam si Antecessor illius fortè non fuisset: Respondet posse interrogare juxta declarat. S. Congregat. Conc. *in Januens. 14. Aug. 1643.*

*Questio 170. Quid possit Vicarius circa dandas dimissorias?*

1. Respondeo sine speciali commissione Episcopi literas dimissorias subdidis pro recipiendis Ordinibus dare non potest Vicarius. Laym. *in c. cum nullus. §. inferiores. de temp. ordinat. n. 2. & in c. ult. de Vicar. in 6. n. 1.* Pirh. *cit. n. 48.* Pax Jord. *l. 3. tit. 6. n. 129.* Ventrigl. *l. c. n. 32.* Pignat. *Tom. 2. consule. 66. n. 11.* Fagn. *in c. significasti. de offic. Archid. num. 6.* Sbroz. *l. 2. q. 41. n. 3.* citans Hostiens. Bellam. Jo. And. *in c. tua nobis. de offic. Vicar. Pavin. de potest. Capituli sed. vac. p. 2. q. 10. col. 4. n. 16.* Mandos. *ad Reg. 24. Cancell. tit. 3. de malè pro motis. q. 6. n. 8.* Barbof. *juris Eccles. l. 1. c. 15. n. 21.* citans Gutrier. *can. qq. 12. c. 17. n. 20.* Zerol. *in pr. Episc. p. 2. v. Vicar. §. 4. Præcip. pr. Episc. p. 1. c. 1. n. 13.* Ugol. *de off. Episc. c. 4. §. 7. vers. 5.* Campanil. *in divers. juris Can. rubricas. rub. 9. c. 8. n. 3.* Molfes. *tr. 2. num. 22.* Narbon. *de appell. à Vicario. ad Episc. p. 1. num. 197.* Rotam *in Maurianens. penson. 25. Jun. 1626. & c.* Posse verò Vicarium dare dimissorias (etsi id spectet ad dignitatem Episco-

## PARAGRAPHUM X.

De potestate Vicarii in variis  
standi suum consensum, auctori-  
tatem, aut dandi licentiam.

*Questio 171. An Vicarius interponere possit  
auctoritatem suam, & decretum in actibus  
voluntarie jurisdictionis sine speciali man-  
dato Episcopi?*

Episcopalem, ut Sbroz. l. cit. num. 1.) ad ordines, etiam sacros, de speciali commissione Episcopi supponunt AA. citati, & expresse tradit Sbroz. l. c. n. 8. citatis Mandos. ubi ante num. 10. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 47. Roland. conf. 4. num. 19. in 1. & c. subdit etiam expresse Sbroz. num. 11. in fine ex Rollaad. & Jo. And. Vicarium habentem ad hoc speciale mandatum posse etiam presente Episcopo dimissorias concedere, non requisita alia Episcopi sententia.

2. De cetero limitatur responsio, ut Vicarius dimissorias concedere possit sine speciali commissione, ubi Episcopus degit in remotis, Fagn. Laym. Pax Jord. Pirh. Barbof. Pignat. Ventrigl. (qui etiam addit, posse in hoc casu Vicarium per seipsum conferre ordines, dum est Episcopus) Sbroz. loci cit. juxta cit. c. cum nullus, §. inferiores. Monet Sbroz. num. 12. uti & Piacel. l. cit. num. 10. apud Laym. cit. num. 2. non esse satistutum, quod Vicarius absente Episcopo sine speciali mandato dimissorias concedat. Probat hoc ipsum num. 13. exemplo Archidiaconi, qui absente Episcopo est ejus Vicarius ipso jure, & tamen absente Episcopo dimissorias illas concedere nequit juxta Gl. in c. significasti, v. literas. & ibidem Hofst. & Abb. not. 2. Valere autem argumentum a potestate Archidiaconi ad Vicarium Episcopi dicit num. 14. ex Mariana Socin. in c. sicut unire, de excess. Prælator. num. 45. Innoc. & Jo. And. in c. ad hæc, de offic. Archid. v. ardua. Verum in hoc consuetudinem spectandam esse, & quæ sit mens Episcopi absentis, ait Laym. remittens ad declarationem super Trident. Sess. 23. c. 10. Porro quandam ad hunc effectum Episcopus censetur versari in remotis, non pariter definiunt Authores. Nam primò censet Riccius in pr. p. 2. resolut. 18. ad quem remittit Barbof. Episcopum tunc censeri degere in remotis, quando est ultramontes, secus, si intra montes, innixus dispositioni c. nihil, de elect. ubi quis dicitur valde remotus, quando moratur extra Italiam. Verum Riccium merito reprobatur Genuens. in pr. c. n. Archiepisc. Neapol. c. 83. num. 12. & cum eo Ventrigl. l. cit. eò quod in presente casu non requiratur, ut Episcopus sit valde remotus, sed tantum, ut sit remotus sine dictione valde, ut dicitur cit. c. cum nullus. Eandem Riccii doctrinam ex eo reprobatur Pax Jord. l. cit. num. 130. quod præterquam id non deserviat generaliter pro ceteris Christiani orbis Episcopis, potest quis existens intra Italiam esse magis remotus à sua Ecclesia, quam si existeret extra Italiam, ut patet. Genuensis verò & cum eo Ventrigl. dicens hanc esse originalem Glossæ opinionem in c. cum nullus, v. remotis, à qua recedendum non sit, volunt, tunc dicendum Episcopum agere in remotis, quando moratur extra provinciam ad duas diætas. Pax Jordanus denique censet, quandonam Episcopus moratur in remotis, relinquendum arbitrio boni viri. Pro quo citat eandem Gl. in c. nullus, v. remotis. & ait, huic concinere Hofst. in c. relatum, de sent. excommunicat. Archid. Jo. And. & c.

3. Illud tamen etiam hic notandum ex Sbroz. l. cit. num. 9. & Fagn. l. cit. juxta principia generalia à nobis supra proposita, nimirum, quod si Vicario in generali commissione Vicariatus, aut extra, commissi essent casus quidam speciales, seu speciale mandatum requirentes cum clausula: *super præmissis, & in omnibus aliis ad nos spectantibus*; possit concedere etiam dimissorias in vim dictæ clausulæ, nisi ut monuimus supra, dicti casus speciales expressi essent minus ardui quam concessio dimissoriarum.

P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. I.

1. Respondet affirmative Sbroz. l. 2. q. 195. n. 2. & licet expresse non addat, quod id possit sine speciali mandato Episcopi, id ipsum tamen illum sentire patet ex ejus rationibus, citat pro hoc Jo. And. in c. licet, de offic. Vicarii, in 6. Milis. in re-pertor. v. Vicarius Episcopi. Redoan. tr. de reb. Eccl. non alien. rubric. de Author. Prælat. in alienat. interpon. Gabriel. conf. 200. num. 2. & 3. Paviu. de potest. capit. sed. vac. p. 1. q. 2. num. 11. Corn. conf. 181. num. 39. in 2. & plures alios contra Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 104. & 184. Roman. singul. 693. Tholo-san. decis. 97. Bald. conf. 475. num. 2. vol. 1. Socin. conf. 91. col. 2. num. 9. vol. 4. Barbat. conf. 40. col. 3. num. 3. Cuch. instit. juris. can. de Vicar. Episc. n. 105. & c. quos citat Sbroz. l. cit. num. 1. & 2. & qui tres potestri in terminis docent, quod Vicarius nequeat interponere decretum sine speciali mandato. Probat suam sententiam Sbroz. l. cit. num. 7. ex l. nempe. l. suggerente, c. de off. ejus, qui vicem alter. obt. juncta gl. v. Vicarius; ubi Vicarii Prælatum seu Rectorem habent auctoritatem dandi tutores, & curatores petentibus, & interponendi decretum ad alienandum res Minorum, & similia, & ad emancipationes celebrandas. Probat & ratione num. 8. quia nimirum Vicarius regulariter omnia potest, quæ is, cujus vices gerit; adeoque auctoritatem interponere potest sicut Episcopus. Tunc etiam, quia v. g. interponere auctoritatem in alienationibus Ecclesiæ est jurisdictionis, ut Feder. de Senis conf. 30. Abb. in c. cum olim, de major. & obedient. col. 4. & ea, quæ sunt jurisdictionis transeunt in Vicarium generalem Episcopi.

2. Limitat hanc suam doctrinam Sbroz. num. 10. ut non procedat in actibus, in quibus potestas interponendi consensum vel auctoritatem competit Episcopo tantum de consuetudine. Item in collationibus & permutationibus beneficiorum, aliisque casibus in jure exceptis; quin & ubi, dum requiritur interpositio auctoritatis Episcopalis, videtur esse electa industria personæ, ne quidem de mandato Episcopi poterit Vicarius loco illius interponere auctoritatem suam. Atque vel ex hac ipsa limitatione patet, ad propositam questionem vix generaliter responderi potuisse. Unde in particulari necesse est formare questiones.

*Questio 172. Num Vicarius sine speciale mandato possit præstare consensum pro fundatione novorum monasteriorum?*

1. Respondet non posse illum sine speciali mandato seu commissione concedere licentiam edificandi nova monasteria & conventus in loco suæ diocesis. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 196. Barbof. de potest. Episc. allegat. § 4. n. 89. ubi expresse:

nec edificari monasterii per restatorem relicti assensum & auctoritatem interponere potest: Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 34. citans Aldan. Tom. 2. can. resolut. l. 1. tit. 43. n. 36. Barbof. comp. decis. v. Vicar. Gener. quam habeat auctor. n. A. Sell. Select. can. c. 50. n. 4. qui testetur ita decisum à S. Congreg. 11. Julii 1620. Item Fagn. in c. non amplius. de Institutionib. Est enim erectio monasteriorum de majoribus, Ventrigl. l. c. Item in generali commissione non veniunt ea, quæ ob sui gravitatem certæ personæ vel dignitati commissa sunt à jure l. 1. ff. de offic. ejus, qui vicem alter. obt. & c. 2. de offic. Vicar. in c. Sed facultas novum monasterium erigendi ob rei gravitatem de jure specialiter est commissa Episcopo, c. quidam. c. de Monachis. c. cellulas. 18. q. 2. ergo, ita ferè Fagn. l. c. n. 73. Item per generalem constitutionem Vicarij non videtur in eum translata facultas non competens Episcopo de jure communi, Fagn. n. 77. citatis c. fin. de offic. Vicar. in c. & Innocent. in c. cum in cunctis. de elect. n. 5. facultas autem erigendi novum monasterium non competit Episcopo de jure communi; licet enim de jure antiquo communi monasterium novum constitui poterat, ut probant citati textus. c. quidam. c. de Monachis. c. cellulas. Decrevit tamen postmodum Bonifacius VIII. ne deinceps liceret Fratribus mendicantibus nova loca aut monasteria alicubi recipere sine sedis Apostolicæ licentia. c. unico. de excessibus Prælatorum in c. quam constitutionem postea innovavit Clemens V. pœnasq; contravenientibus adjecit Clem. cupientes. de pœnis. Tridentinum verò Sess. 25. c. 3. de Regular. hanc facultatem sublatam per Bonifac. VIII. Episcopo restituit, unde jam hæc facultas saltem quo ad mendicantes competit Episcopo de jure ipsius Concilii, non autem de jure communi, ac consequenter non censetur demandata Vicario per generale mandatum. Ita ferè Fagn. cit. n. 75. hoc ipsum confirmans ex eo, quod ob eandem rationem Gregor. XIII. dixerit (ut Fagn. in c. his qua. de major. & obed. n. 16.) nolle se, ut Cardinalibus (etsi ij in titulis suis jurisdictionem ordinariam habeant) competant, quæ Episcopis concessa sunt à Conc. Tridentino. Item licentia erigendi novum monasterium est voluntariæ jurisdictionis; cum judicalem indaginem non requirant, saltem ante decretum Clem. VIII. et sapit gratiam sicut beneficiorum collatio. Fagn. n. 77. ea autem, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ & sapiunt gratiam, regulariter non censentur translata in vicarium. Fagn. n. 76. juxta dicta sæpe à nobis supra. Denique confirmat hæc Fagn. n. 76. & seq. ex eo, quod monasterium novum erigi non possit, quin erigatur nova dignitas, vel saltem plura beneficia regularia; quia monasterium erigi seu institui nequit sine Abbate, vel Priore, vel Monachis. c. 2. & c. ad monasterium. de statu Monachorum. Vicarius verò sine speciali mandato erigere nequeat novam dignitatem, ut Feder. de Senis Gemin. Felin. in c. cum accessissent. de consuet. Imò nec novum beneficium, pro quo pariter plures citat Fagn. n. 80.

2. Neque his obstat primò, quod Gl. in c. nemo. ad primo. de consecrat. dist. 1. Dicens Episcopum posse id (nempe dare licentiam erigendi nova monasteria) per se vel per alium: nam ut apud Fagn. n. 84. respondet Archid. ibidem in Gl. per se. n. 4. Bellam. in eadem Gl. n. 2. & c. id alium intelligitur de Delegato Episcopi singulari. Neque obstat secundò constitutio illa Clem. VIII. 99. incipiens: quoniam institutum edita 23. Jul. 1603, qua præscribitur Episcopis forma, qua uti debeant in concedenda mendicanti-

bus licentia erigendi nova monasteria, dum utitur verbo Ordinarij, quo venire non solum Episcopos, sed & eorum Vicarios, dictum est sæpe iura. Nam, ut respondet Fagn. n. 87. id factum, quia ibi præscribitur modus generalis, & ab omnibus observandus in erectione omnium monasteriorum. Quæ quidem erectio quia fieri consuevit non tantum ab Episcopis, sed etiam alijs Ordinariis locorum, puta Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Vicariis Generalibus Episcoporum, habentibus ad hoc speciale mandatum, ideo usus est nomine Ordinarij, quod magis late patet quam Episcopi. c. Ordinarij. de off. Ordinarij. in c. inde tamen inferre non licet, quod dicta facultas indistinctè competat omnibus locorum Ordinariis. Et licet prohibendo, ne ab Ordinariis locorum de cetero nova monasteria erigantur, nisi servata formâ ibi præscripta, videatur à sensu contrario permitttere, ut servatâ dictâ formâ Ordinarij possint hujusmodi erectiones facere, in hoc tamen supponit terminos habiles, adeoque intelligi debet de illis Ordinariis, quibus alias hæc facultas legitime competat, qualis non est Vicarius Episcopi absque speciali mandato.

Quæstio 173. an possit Vicarius Episcopi auctorizare alienationem bonorum Ecclesiæ?

Resp. Vicarius Episcopi non tantum non potest alienare res Ecclesiæ, etiam in illis casibus, in quibus id potest Episcopus sine speciali Episcopi mandato. Barbof. de potestat. Episc. allegat. § 4. n. 106. Pirh. ad tit. de off. vicar. n. 48. Sbroz. l. 2. q. 118. à n. 3. citans Abb. conf. 88. n. 6. Staphil. de lit. grat. & Just. n. 68. Et contra Cephal. conf. 700. n. 47. & seq. vol. 5. Quia alienatio in Ecclesiasticis dicitur esse de arduis. Sbroz. n. 4. citans Rebuff. in pr. tit. de unionum revocat. n. 24. juxta c. ad hæc. De offic. Archid. juncta Gl. v. ardua. Verum etiam decretum, auctoritatem aut consensum suum in istiusmodi alienationibus interponere nequit sine speciali mandato. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 38. Pirh. l. c. Azor. p. 2. l. 3. c. 48. q. 3. (Idem de transactionibus dicunt hi tres) Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 209. citans Cuch. instit. juris Can. tit. de Vicar. n. 105. Redoan. tit. de reb. Eccl. non alien. tit. de auctor. Prælator. n. 60. Barbof. l. c. citans insuper Zerol. in pr. Episcop. p. 1. v. Vicarius, §. 17. Bero. conf. 83. n. 19. vol. 1. Tond. 99. benefic. p. 1. c. 98. n. 1. Quia & hæc authorizatio alienationis bonorum Ecclesiæ est de arduis, ut idem Tondur. Sed neque decretum aut auctoritatem interponere potest sine speciali mandato transactionibus clericorum circa bona Ecclesiastica. Pirh. Azor. Barbof. Pax Jord. citatis ijdem AA.

Quæst. 174. Num Vicarius possit confirmare statuta, aut etiam consensum Episcopi supplere, dum is requiritur in statutis Capituli aut Ecclesiæ inferioris.

1. Resp. ad primum: id eum non posse sine speciali Episcopi commissione. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 45. citans Mareichot. var. resolut. l. 1. c. 69. n. 16. §. 19.

2. Resp. ad secundum quoque negative. Sbroz. l. 2. q. 200. n. 4. dicens esse communem, ac citans. n. 2. pro hoc Feder. de Senis conf. 264. si Canonici. Roman. singul.

ingul. 693. Felin. in c. cum omnes. de consit. n. 9. contra Decium in cit. c. cum omnes. num. 3. dicentem, videri sibi, quod huiusmodi contentus praestari possit per Vicarium, quia similis esse videtur institutioni spectanti ad Episcopum, quæ per Vicarium expediri potest.

3. Limitatur tamen responsio à Sbroz. cit. num. 4. ut Vicarius absente Episcopo sine speciali commissione consensum suum præbere possit loco Episcopi in istis casibus, in quibus statuta Capituli aut alterius Ecclesiæ requirunt consensum Episcopi. Citat pro hoc Archid. in c. Reatina. 63. dist. in fine. Decium l. cit. Jason. in l. cum filius famil. col. 1. n. 3. ff. si certum petatur. eà ratione, quia propter absentiam Episcopi confirmatur Vicarii potestas. Sbroz. num. 5. citans c. nullus. §. 1. de temp. ordinar. in 6. Felin. in c. ex parte. de consit. col. 3. post n. 1.

**Quæstio 175.** Num Vicarius possit interponere decretum in alienationibus minorum?

**R**espondeo: de hoc latis dictum ex Sbroz. l. 2. q. 159. quæst. ante hanc 3.

**Quæstio 176.** Num Vicarius possit sine speciali commissione præstare consensum suum in iis, in quibus Episcopo ex consuetudine vel jure aliquo speciali competit intervenire vel consentire v. g. electioni aut statuto alicui?

1. **R**espondeo negativè: Sbroz. l. 2. q. 30. num. 3. & seq. Vicarius enim habet ordinariam jurisdictionem in his solummodo, quæ competunt Episcopo jure communi, secus de iis, quæ ei competunt jure speciali ultra jus commune, illa enim non veniunt in generali mandato. Sbroz. n. 5. citatis Decio in c. quoniam. Abbas. de off. deleg. n. 15. Ruin. conf. 178. in princ. vol. 3. Roland. conf. 39. num. 17. in 1. Federic. conf. 130. circa finem. Unde etiam potestas illa supplendi in similibus consensum Episcopi non transit in Capitulum fede vacante. Sbroz. n. 3. citans Felin. in c. cum olim. de major. & obed. man. 5. cum in ijs, quæ Prælati ratione consuetudinis, maxime contra jus indictæ, vel juris specialis Capitulum fede vacante non succedit. Abb. in c. scriptum. de elect. num. 9. Glof. & Hostiens. ibidem Butrio & Cardin. in c. verum. de foro compet. & alii apud Sbroz. n. 3.

2. Limitatur responsio pariter ac præcedens, ut illum consensum Episcopi eo absente supplere possit. Sbroz. num. 13. citato Archid. in c. Reatina. dist. 63. ubi is dicat; quod si ex consuetudine in electione alicujus Prælati debet intervenire consensus Regis vel Episcopi, si contingat Regem esse extra regnum, Episcopum extra Episcopatum, sufficit habere consensum Vicarii vel locumtenentis, & qui Archidiaconum in hoc sequuntur Bald. in c. venerabilis. de consuet. Decius in c. dilecti il secundo. de appellat. n. 2. Mandos. ad reg. Cancell. de malè promotis. q. 6. n. 12. &c. Contra quam limitationem dum obijcitur, quod absentia Episcopi non ampliat Vicarii facultatem, nisi in casibus in jure expressis juxta Franc. in c. 2. de offic. Vicar. in 6. col. 3. circa finem. Ferret. conf. 327. n. 6. Federic. de Senes conf. 264. opponit Sbroz. num. 17. textum c. cum nullus. §. 1. ubi, quod potestas Vicarii ob absentiam Episcopi extenditur.

3. Quod dictum de consensu, idem de consilio dicendum, nempe quod & hoc ex jure aliquo speciali præstandum ab Episcopo, eo absente, illud præstare possit Vicarius, tradit Sbroz. n. 19. citatis Felin. & Federic. de Senes ubi ante.

P. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

**Quæstio 177.** An Vicarius possit præstare auctoritatem exemplo sumpto ex originali, ut efficiatur instrumentum publicum, habeatque auctoritatem eandem cum originali?

**R**espondeo: id eum sine speciali delegatione non posse. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 40. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 4. num. 113. citans Hostiens. Decian. in c. fin. de fide instrumentor. Pax-Jord. l. 12. tit. 1. num. 219. quamvis addat ex citato textu videri posse sumi argumentum in contrarium.

**Quæstio 178.** Num Vicarius consentire possit Clericis, ut litigent in alio tribunalis ecclesiastico quam suo?

1. **R**espondeo: cum Papa c. significasti. de foro competente. prohibuerit Clericis consentire in iudicium non suum absque licentia proprii Episcopi, hanc licentiam non nisi de speciali commissione Episcopi concedere potest Vicarius. Sbroz. l. 2. c. 204. num. 2. citans Pavin. de potest. Capit. fed. vac. p. 2. q. 10. num. 12. Item Pax-Jord. loc. cit. num. 214. Quod si verò ageretur de Judice Laico, ne quidem ipse Episcopus concedere valeret hanc licentiam. Sbroz. l. cit. n. 3. & 4. & ex eo Pax-Jord. l. cit.

2. Pari ferè modo sine speciali mandato Vicarius Episcopi Suffraganei concedere non potest, ut Metropolitanus cognoscat de negotio principali, omisso articulo appellationis ab eodem Vicario ad Metropolitanum interposita. Ventrigl. Tom. 2. Annot. 14. §. 1. num. 40. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 9. n. 110. Sbroz. l. 2. q. 205. dicens sic contra Vicarium Episcopi Concordiensis respondisse Ferretum conf. 307. man. 1. in 2. ubi etiam dicat esse communem DD. in c. Romana. de foro compet. in 6. & num. 3. ampliat hanc doctrinam: etiam si Vicarius Suffraganei purè detulisset appellationi. Sequitur iisdem ferè verbis hanc doctrinam Pax-Jord. l. cit. n. 213.

**Quæstio 179.** An Vicarius dare possit licentiam celebrandi in domo privata?

**R**esp. affirmativè Sbroz. l. 2. c. 214. ubi non diffiteor Vicarium Episcopi dare posse licentiam celebrandi in domo, & sacra mysteria conficiendi, ut Rota decis. 88. aliàs 580. in. de refer. in antiq. Jul. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 79. vers. domus privatorum.

**Quæstio 180.** An Vicarius concedere possit repressalias?

**R**espondeo: id eum sine speciali mandato non posse. Pax-Jord. l. c. n. 220. Barbof. de potest. Episc. allegat. §. 4. n. 14. citans Victor. in relect. de jure belli n. 41. Sylvan. conf. 34. ad finem. Sebast. Nævi ad authent. ut non fiant pignorationes. collat. §. 1. n. 4. Henriq. in sum. l. 13. c. 43. §. 5. Monet. de jurisd. p. 4. cas. 44. n. 13. Posse autem illum eas concedere ait Sbroz. l. 2. q. 165. ubi: quoniam Vicarii potestatum, qui habent merum & mixtum imperium, concedere possunt repressalias, teste Bald. in l. camte. §. sed omnino. c. ne fil. pro par. n. 4. Bertach. de Episc. p. 6. l. 4. tit. de Vicar. Episc. n. 10. putarem hoc idem Vicario Episcopi esse permissum ex mandato speciali, quia & is habet merum & mixtum imperium, & jurisdictionem. c. si quis Episcopus. 11. q. 8. ubi Gl. & c. de persona. 11. q. 1. Jason. in l. imperium. de jurisd. omn. judic. n. 18. Abb. in c. quod sedem. de off. ordinar. n. 4. & l. q.

*Questio 181. An Vicarius sine speciali mandato possit dare licentiam ingrediendi claustrum Monialium?*

**R**espondeo affirmativè: Sbroz. l. 2. q. 209. Trident. enim sess. 25. c. 5. volens quod nemini liceat ingredi intra septa monasterii cujuscunque generis, aut conditionis vel ætatis fuerit, sine Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtemperata, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, & quod hujusmodi licentiam dare tantum possit Episcopus vel Superior in casibus necessariis, quos recenset Gl. in c. 1. de stat. regular. in 6. v. causa, non exclusit, quin & expressè satis inclusit Vicarium; cum Vicarius Episcopi dicatur æque superior ac Episcopus juxta Archid. in c. Romana. de appellat. in 6. sed neque ipsum illud verbum Episcopus non excludit Vicarium. Sbroz. l. cit. n. 2. citato Felin. in c. si quis contra. de for. compet. num. 5. juxta dicta à nobis sæpe alias. Quod verò Vicarius foraneus non possit hanc licentiam concedere sine speciali commissione, ait Pignat. Tom. 6. conf. 85. num. 242. juxta declarat. S. Congregat. Concil. in Pistoriens. 3. Decemb. 1602.

*Questio 182. An Vicarius concedere possit licentiam ingressuro Religionem abaicandæ se suis bonis?*

**R**espondeo: cum ingressurus Religionem olim poterat de rebus suis disponere inter vivos, donando sub conditione, si Religionem fuerit professus; hodie verò nulla renouciatio aut obligatio etiam jurata, etiam in favorem piæ causæ, teneat nisi facta de licentia Episcopi intra duos menses proximos ante professionem juxta Trident. sess. 25. c. 16. de Regular. hanc licentiam quoque concedere poterit Vicarius juxta expressa verba Concilii l. cit. dicens: nisi de licentia Episcopi sive ejus Vicarii.

*Questio 183. Num Vicarius sine speciali commissione dare possit licentiam extrahendæ reum ab Ecclesia?*

**R**espondeo affirmativè; sic enim habent ipsa verba constitutionis Gregorianæ de immunitate Ecclesiæ apud Pignat. Tom. 9. consult. 35. num. 1. nemo extrahetur, & c. sine licentia Episcopi vel ejus Officialis, ad quos solos, & non alios Episcopi inferiores prædictam licentiam dandi facultates pertineat, & c. Ex quibus etiam posterioribus verbis patet, potestatem istiusmodi licentiam dandi non comperere Vicario foraneo; cum ibi designetur specialis persona Episcopi, & ejus Officialis, qui tantum est Vicarius generalis. Pignat. cit. n. 1. juxta Clem. si principalis. de rescript. & ibi Gl. v. Officialis, c. Romana. de appell. in 6. c. ex frequentibus. de constitut. & ibi Gl. v. Officialis. & sic expressè responderet S. Congregat. immunitatis in Spoletana 29. Maij. 1629. apud Pignat. l. cit. n. 2. hisce expressis: Vicarius foraneus non habet facultatem extrahendæ, & c. Num verò Vicario foraneo dicta potestas ab Episcopo, ejusve Vicario generali delegari possit, merito dubitamus, cum, ut Pignat. num. 1. per dicta verba S. Congregationis censetur electa industria personæ, adeoque ipse Vicarius non possit dictam facultatem concedere alteri seu subdelegare; cum extractio rei ab Ecclesia sit odiosa Ecclesiæ, videtur non posse extendi auctoritas extrahendi ad personas non expressas, qualiter in dicta constitutione Gregor. non exprimitur, nisi Episcopus & ejus Officialis. Adducit nihilominus Pignat.

l. cit. num. 2. declarationem dictæ S. Congregat. immunitatis de 13. Martij. 1613. quæ responderet extractionem non egere dispensatione in casu sibi proposito, ubi nimirum Vicarius Episcopi in ejusdem absentia facultatem delegaverat generalem concedendi hujusmodi licentiam.

2. De cetero in casibus, in quibus ad Ecclesiam confugientes non gaudent illius immunitate, non posse adhuc Judices sæculares propriâ auctoritate extrahere, vel extrahi facere delinquentem per vim ab Ecclesia sine licentia Episcopi aut ejus Officialis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, nisi ubi Episcopus talem licentiam dare recusaverit, expressè cautum esse in dicta constitutione Gregor. testatur Pignat. l. cit. num. 5. ita etiam ut si in istis casibus exceptis fieret extractio auctoritate Judicis sæcularis, is non evaderet pœnas constitutas violentibus immunitatem ecclesiasticam. Pignat. num. 4.

*Questio 184. An Vicarius beneficiatis, alias adstrictis ad residendum, dare possit licentiam abessendi studiorum gratiâ?*

**R**espondeo primò: in locis, ubi Episcopus est Abbas alicujus monasterii, non poterit ejus Vicarius absque speciali commissione Monachis licentiam dare studiorum causâ aliò proficiscendi. Sbroz. l. 2. q. 102. num. 3. & 2. citans Abb. conf. 88. num. 5. & seq. Pavin. de potest. Capit. sed. vac. p. 2. q. 8. num. 25. & cum his Barbol. de potest. Episc. allegat. 54. num. 93. Pax Jord. l. 12. tit. 1. num. 200. Et rationem dat Sbroz. cit. num. 2. quia Monachus siue licentia Abbatis sui ad studium proficiscimon potest. Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. cit. n. 3. ut id possit Vicarius Episcopo existente in remotis.

2. Respondeo secundò Pax Jord. idem quoque dicendum de licentia beneficiatorum sæcularium studiorum gratiâ residentium deferentium. Idem sentire videtur Fagn. in c. relatum. de Cleric. non residentibus à n. 42. ubi: S. Congregat. permisit, ut in casibus repentinis pro absentia modici temporis sufficeret licentia Vicarii foranei; cum aliqui Concilium requirat licentiam Ordinarii, & Vicarius foraneus non sit Ordinarius, sed solus Vicarius generalis; imò dubitari potest etiam de Vicario generali, maxime existente in Diocesi Episcopi, & c. Nam si Fagnanus dubitet, an Vicarius generalis dare possit licentiam abessendi modico tempore, magis certè dubitabit aut negabit id eum posse ad longum tempus studiorum gratiâ. Verùm revidenda hic sunt, quæ tradidi in foro benef. part. 1. ubi de residentia beneficiatorum.

*Questio 185. An Vicarius dare possit licentiam Religiosis ministrandi Sacramenta extreme Unctionis, vel Eucharistiæ Clericis vel Laicis alienæ Parochiæ?*

**R**espondeo: posse id Vicarium tanquam Ordinarium, supponere videtur Sbroz. l. 2. q. 16. n. 1. dum dicit: Vicarium id non debere facere juxta Gl. in Clem. 1. de privileg. v. Presbyteri. dicentem, quòd ubi Ecclesia parochialis non vacat, consulendum est Religiosis, ut à licentia Episcopi vel Archiepiscopi civitatis se abstineant. & Abb. in cit. Clem. num. 11. ubi etiam quod Religiosi, si de auctoritate Diocesani sacramenta illa administrant excusentur à pœnis.

## PARAGRAPHUS X.

De potestate Vicarii circa cognitionem variarum causarum, & executionem literarum Apostolicarum.

Questio 186. An Vicarius cognoscere possit causas criminales?

1. **R**espondeo tamen per generalem commissionem transeat in Vicarium cognitio causarum, Sbroz. *loc. paulo post citando*. Quin & Vicarius generaliter institutus habeat pro se presumptionem, quod omnes causas jurisdictionis episcopalis expedire possit, nisi constet vel ostendatur jure scripto, aut recepta Ecclesiarum consuetudine inter speciales numerari. Laym. *loc. paulo post citando*. Garc. p. 5. c. 8. num. 65. Rebuff. in *pr. p. 1. tit. foran. Vicar. num. 152*. adeo quidem, ut si in canone aliquo dicatur quidpiam ad Episcopum vel diocesani potestatem pertinere, nisi inter casus exceptos sit, ceteri debeant etiam Vicario competere; cum in eadem jurisdictione sit praeditus; nihilominus adhuc Vicarium sine speciali commissione non posse cognoscere aut inquirere de causis criminalibus, tenent Pirh. *ad tit. de offic. Vicar. num. 44*. Laym. in *c. licet. de offic. Vicar. in c. num. 2*. ubi: *inter causas speciales, quae in officio Vicariatus generaliter commissio non veniunt, primum locum tenent criminales, adeo, ut si absque speciali Episcopi commissione Vicarius se intromittat, processus irritus sit ob jurisdictionis defectum*. Item Barbof. *de potestate Episcopi. alleg. 54. num. 117*. ubi: *nec criminales causas, nisi specialiter commissae fuerint, expedire poterit, ita ut nec inquirere, nec punire excessus subditorum queat*. citat Barbof. pro hac sententia. Zerol. in *pr. Episc. p. 1. v. Vicar. Navar. in c. serpens. de penit. dist. 1. num. 4*. Sanch. *de matrim. l. 3. d. 29. num. 16*. Buccaron. *tr. de different. inter judic. civil. & crim. diff. 127. num. 20*. Ferret. *conf. 214. vol. 1*. Cuch. Ugolin. &c. Sbroz. *l. 2. q. 143. num. 1*. citans ingentem turmam AA. Quam sententiam ita generaliter probatam non esse veram, ait Ventrigl. *l. c. num. 24*. nec servari in praxi; cum Vicarius ex generali solum commissione in criminalibus procedere possit iis exceptis, quae specialiter excipiuntur in jure. citat pro hoc Ricc. in *pr. p. 2. resol. 180. per tot. probatque id ipsum ex textu c. licet. de off. Vicar. in c. 6*. ubi ex generali commissione denegatur Vicario facultas inquirendi, corrigendi aut puniendi aliquorum excessus, non generaliter omnium excessus. Neque ait obstare dispositionem Trident. *sess. 24. c. 20*. ubi causae criminales ad solius Episcopi iudicium referuntur. Intelligendum id enim dicit privative ad Decanum, Archidiaconum aliosque inferiores, non ad Vicarium generalem Episcopi, qui unum cum eo iudicium habet. Nihilominus, quia Ventriglia nullum in particulari crimen ostendit, in quo procedere possit ex generali commissione Vicarius (nisi forte velit, illum levia aliqua delicta, quae proprie criminis nomen non merentur, posse cognoscere & punire, dabitur enim hoc libenter) manet inconcussa responsio, & firmatur hac ratione; quod causae criminales computentur inter negotia magna seu graviora; cum in iis tractetur de vita hominis; vel alia gravi poena infligenda; in mandato autem generali non comprehenduntur huiusmodi majora, nisi specialiter exprimentur. Pirh. *l. c. juxta c. quod translaturum. de off. Legat.* Sed neque adhuc potestas illa cognoscendi de criminalibus concessa vi-

R. Leuren, Vicarius Episc. Tract. 1.

detur Vicario, dum Episcopus in commissione usus his verbis: *committo tibi curam & regimen Episcopatus*. Sbroz. *l. cit. num. 4*. citatis Bartol. in *l. 1. §. cum urbem. ff. de off. praefect. urbis*. Anchar. & Franc. in *cit. c. licet*. quos sequitur Pirh. *l. cit.* propositio siquidem indefinita aequipollent universaliter, quando par est ratio in omnibus particularibus; non autem, si sit diversa, sicut diversa est ratio in iis, quae requirunt speciale mandatum, quippe quae non veniunt in generali concessione Vicariatus. Sbroz. *cit. n. 4*. & ex eo Pirh.

2. Limitanda tamen venit responsio primo: nisi forte in generali commissione Vicariatus expressa forent aliqua cognitione criminalium majora aut paria, V. G. ut in specie Sbroz. *l. cit. num. 6*. si commissio fuisset collatio beneficiorum; tunc enim & causas criminales cognoscere possit (intellige, si adjecta clausula: *& cetera*) Sbroz. *l. cit.* citans Marian. Socin. in *c. quanto. de accusat. num. 173*. Cuch. in *lit. jur. can. de Vicar. Episc. num. 71*. & seq.

3. Limitanda secundo: ita Vicarius ex mandato generali inquirere possit & cognoscere de delictis, non ut ipse puniat, sed ad Episcopum referat. Laym. *l. c. n. 2*. Pirh. *l. c. cum Sbroz. l. c. n. 7*. citante Lapum in *cit. c. licet. num. 1*. Anchar. *num. 2*. Franc. *col. 1*. Felin. in *c. non potest. de judic. col. 4. num. 5*. Menoch. *de arbit. judic. l. 1. q. 43. num. 27*. Foller. in *pr. crim. can. p. 1. mor. num. 124*. &c. Quo casu, si Vicarius eum, quem inquiserat, absolvendum putet, potest eum absolvere sine speciali mandato. Sbroz. Laym. Pirh. *locis cit.*

4. Limitanda tertio; ita ut Vicarius sine speciali mandato possit inquirere, non ad puniendum, sed ut delinquentes se corrigant, & emendent. Laym. Pirh. *locis cit.* cum Sbroz. *num. 10*. citante Franc. in *cit. c. licet. col. 1. in princ.* Anchar. *num. 2*. Gemin. *num. 4*. &c.

5. Limitanda quarto; ut possit sine speciali commissione cognoscere de delictis, si civiliter tantum agatur de delicto, non autem criminaliter, ut si quis ab Ordinario collatore jus instituendi habente, Episcopo tamen subiecto, sit institutus in beneficio patronato, non praesentatus a patrono, Vicarius possit hanc causam cognoscere, si patronus petat institutionem irritam declarari, & institutum amoveri; quia talis cognitio non tendit ad puniendum, sed ad damnum illatum compensandum, sive ad declarandum, possessorem non habere jus seu legitimum titulum. Laym. Pirh. *locis cit.* ex Sbroz. *l. 2. q. 126. num. 1*. ubi; quod de causis beneficiabilibus cognoscere possit, si civiliter mota fuit, non autem criminaliter, ut quando agitur ad privationem beneficii, citat pro hoc plures.

6. Aliam limitationem addit Sbroz. *num. 12*. ut possit inquirere ad puniendum poenam pecuniariam vel simili. Citat pro hoc Marian. in *c. qualiter. de accusat. num. 187*. quem tamen bene dicit, non audere hoc affirmare propter generalitatem textus in *c. fin. vers. puniendi*. Limitat item Sbroz. *num. 19*. ut non procedat in Vicario Episcopi constituto seu creato per Papam; cum is possit absolute cognoscere causas criminales absque mandato speciali Episcopi. Citat pro hoc Bald. *conf. 475. num. 14*. & seq. vol. 4. Rebuff. in *pr. tit. form. Vicar. num. 152*. & 156. Limitat denique *num. 18*. ut dictae limitationes procedant in Vicario generali Episcopi, non autem in foraneo, ut Milis in *reperi. v. Vicarius Episc.*

*Quaestio 187. Specialis, an Vicarius cognoscere possit de crimine haeresis?*

**R**espondeo: Nullatenus de crimine haeresis cognoscere potest Vicarius sine speciali commissione. Barbof. *de potest. episc. alleg. 54. num. 85.* Pax-Jord. *l. 12. tit. 1. num. 194.* citautes Decian. *tr. crim. Tom. 1. l. 5. c. 21. num. 7.* Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 23.* citans insuper Farinac. *de haeres. q. 186. num. 13.* Sbroz. *l. 2. q. 161. num. 4. & 5.* ubi in specie dicit, quòd, cum proceditur coram Inquisitore, nomina accusatoris & testium exprimenda sunt coram Episcopo vel ejus Vicario, & de eorum consilio ad condemnationem proceditur, juxta varios textus juris, & AA. quos citat à *num. 1.* talis expressio non possit fieri coram Vicario non habente ad hoc speciale mandatum praesente Episcopo, secus eo absente. Pro quo citat Gl. in *c. statuta. de haeret. in 6. §. jubemus. v. absente* & ibi DD. quemadmodum etiam responsionem ipsam seu in genere, quòd nimirum Episcopo absente possit Vicarius de haeresi cognoscere, limitant Pax-Jord. *l. cit.* & Ventrigl. pro hac limitatione adducens Decian. *l. cit.* & Gemin. *in c. ut commissi. §. ult. de haetic. in 6.* Limitat quoque dicta sua Sbroz. *num. 8.* nisi fieret dicta expressio illa coram Vicario tanquam coram persona honesta, & in jure perita, juxta *c. statuta in v. aliquibus aliis personis. junctà Gl. v. absente.* Item limitat eadem *n. 9.* nisi talis expressio Episcopo praesente fieret coram Vicario de conscientia Episcopi juxta eandem Gl. Licet verò Sbroz. *cit. q. 161. num. 6.* prober, non posse praesente Episcopo dictum consilium praestare ex eo, quòd ne quidem Capitulum Sede vacante succedat Episcopo in consilio Episcopi requisito pro aliquo actu, adeoque multò minùs Vicarius (intelligi sine speciali commissione) cum is sit longè minoris potestatis quam Capitulum; quippe quod est successor Episcopi: attamen *q. 162.* ait ex mente Archid. *in c. licet. de offic. vicar. in 6.* posse Vicarium absque speciali mandato dare Inquisitori haereticae pravitatis hujusmodi consilia de puniendis haeticorum defensoribus, & receptoribus poena, de qua *in cit. c. ut commissi. §. puniendi.* Item *q. 163.* ait, Vicarium ex generali commissione habere auctoritatem requirendi Potestates & Rectores civitatum seu Gubernatores, vel alios Superiores saeculares, quocumque nomine censeantur, ut curent observare, & facere observari constitutiones editas contra haeticos, juxta *c. ut offic. §. fin. de haeret. in 6.* & Gemin. & Franc. uti & Archid. *in c. licet. in cit. v. transferantur.* Item *q. 164.* quòd Vicarius Episcopi habeat eandem auctoritatem compellendi Ecclesiastica censurà Magistratus ad exhibendum sibi statuta facta ad impediendum S. Officium inquisitionis contra haeticos, ut revocent vel morderentur eatenus, ne impediatur processus, aut aliquatenus retardetur juxta *c. statutum il. 2. de haeret. in 6.* Archid. ubi ante, quin & privandi officiis dictos Magistratus, & illos inhabilitandi, si illi obedire recusent in concernentibus fidem juxta *c. ut offic. §. fin. de haeret. & ibi Gemin. n. 3.* Franc. *ult. not. 6.*

*Quaestio 188. An Vicarius cognoscere possit ex generali commissione causas civiles?*

**R**espondeo affirmativè: Sbroz. *l. 2. q. 125. num. 1.* citatis Cardin. *in Clem. 1. de offic. vicar. num. 1.* Bald. *conf. 477. num. 6. in 4.* Autrer. *in addit. ad Tholof. q. 148. &c.* Habet enim Vicarius generalis

administrationem quoque in civilibus competentibus Episcopo. Quanam verò sint causae civiles fori Episcopalis, ait Sbroz. recenseri latè à Cuchon *Institut. juris Can. de Episc. tit. 6. num. 121. & seq.* monet hoc quoque Sbroz. *l. cit. n. 6.* Vicarium nunquam suo foro attendere debere statuta vel consuetudines Laicorum super ordine procedendi, nisi essent ab Episcopo, vel alia Synodali constitutione approbata, & tunc solum in profanis, non autem in spiritualibus esse attendendas, citat Anchar. *conf. 18. n. 2. & 3.*

*Quaestio 189. Num ergo etiam cognoscere possit causas feudales sine speciali commissione?*

**R**espondeo negativè: Ventrigl. *l. cit. num. 40.* Barbof. *de potest. episc. alleg. 54. num. 112.* Pax-Jord. *l. cit. num. 218.* Sbroz. *cit. q. 125. num. 3.* & apud illum Cardin. *in Clem. 1. de offic. vicar. num. 19.* Idque ne forte tales procuret vasallos, quos dominus nolle habere. Sbroz. *l. cit.* qui id ipsum ex eo confirmat, quòd ne quidem Capitulum Sede vacante id possit.

*Quaestio 190. Num possit sine speciali commissione cognoscere causas per appellationem jure ordinario devolutas ad Episcopum?*

**R**espondeo affirmativè: Pax-Jord. *l. cit. num. 149.* Azor. *p. 2. l. 3. c. 45. q. 11.* Sbroz. *l. 3. q. 5.* citatis Abb. *in c. dilecti il. 3. de appellat. num. 1.* Bertach. *de Episc. p. 6. l. 5. tit. de Vicar. Episc. num. 17.* Foller. *pract. crim. Can. p. 1. mor. num. 123.* Cuch. *Inst. juris Can. de Vicar. Episc. num. 125.*

*Quaestio 191. An Vicarius cognoscere possit de validitate dispensationis factae ab Episcopo?*

**R**espondeo negativè: Sbroz. *l. 2. q. 39.* ex Purpurat. *conf. 381. num. 4. vol. 1.* non enim potest inferior impedire potestatem superioris, juxta Clem. *ne Roman. de elect. c. inferior. dist. 31.* Autrer. *ad Tholof. san. q. 486. apud Sbroz. l. cit.*

*Quaestio 192. An cognoscere valeat de validitate collationis factae ab Episcopo suo?*

**R**espondeo; dicendum de hoc infra, ubi de potestate conferendi.

*Quaestio 193. An cognoscere possit de obreptione dispensationis Apostolicae, quemadmodum id potest Episcopus vi Tridentini, sess. 22. c. 8.*

**R**esponder Fagnan. *in c. quoniam. de offic. deleg. num. 29.* id eum non posse sine speciali delegatione; ed quòd Episcopus hanc cognoscendi facultatem de jure ordinario non habebat (de quo vide eundem Fagn. *in c. si quis. de confirm. utili vel inut. n. 16. 21. & 26.*) ideoque Concilium hoc loco non utatur dictione etiam, sed simpliciter ait: *ab istem tanquam Delegatis Apostolicis.* Eadem ferè habet Fagn. *l. cit. num. 23.* ubi; quòd non possit cognoscere de obreptione vel subreptione gratiae obrentae à Papa, sicut potest Episcopus juxta Trident. *sess. 13. c. 5.*

\*\*\*

*Quaestio*

*Questio 194. An possit cognoscere de causa delegata Episcopo suo.*

**1.** Resp. id cum non posse sine nova & speciali Episcopali delegatione, nisi in rescripto addita fuissent illa verba: *sive ejus generali Vicario*. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 41. Pax Jord. l. c. n. 217. Sbroz. l. 2. q. 35. n. 3. Garc. p. 6. c. 2. n. 22. Barbol. cit. allegat. 54. n. 111. citatis Abb. in c. quoniam, de offic. deleg. n. 15. Zerol. in pr. Episc. p. 1. v. Vicarius §. 21. dub. 4. Socin. conf. 39. n. 30. vol. 4. Campan. in divers. lur. can. rubric. rub. 11. c. 23. n. 148. Ratio responsionis est, quia Episcopus talia non cognoscit ut Episcopus, sed tanquam specialiter delegatus; adeoque in illa dignitate illi non succedit Vicarius; uti hoc patet à fortiore in Capitulo sede vacante, in quod non transeunt causæ Episcopo specialiter delegatæ. Et Episcopus constituendo Vicarium committit ea solum, quæ sibi competunt ratione jurisdictionis, ordinariæ. Sbroz. cit. q. 135. n. 2. ac proinde cum nova per talem delegationem conferatur jurisdictione, etiam opus erit novâ subdelegatione ab eo facta Vicario: Sbroz. cit. n. 3. Proceduntq; hæc, etiam si mandatum Episcopi extenderet se ad causas omnes sibi delegandas; cum juxta dicta aliâ jurisdictione, quæ necdum competit, committi nequeat. Sbroz. cit. q. 36. n. 4. & §. Ventrigl. l. c. Ampliat quoque cit. q. 135. n. 4. Responsionem Sbroz. uti idem sic in mandatis, præceptis & literis Episcopo directis, quæ non transeunt in Vicarium, ut Felin. in c. eam re. de Rescrip. n. 17. quem citat.

**2.** Quod si tamen Vicarius creatus esset à Papa, habiturum eum omnes prærogativas, adeoque eum posse cognoscere sine speciali commissione Episcopi causas delegatas Episcopo, tradit Sbroz. cit. q. 135. n. 5. citatis Alex. in l. & quia. ff. de jurisd. omn. judic. Dec. in cit. c. quoniam. n. 15. Bartol. in l. filius. ff. de Legat. Rationem quoque adjicit Sbroz. n. 7. ex Ruin. conf. 148. n. 5. in 4. quia Vicarius Episcopi à Papa creatus magis repræsentare videtur Episcopum, quam Vicarius creatus ab ipso Episcopo.

**3.** Illud quoque hic observandum, quod tradit idem Sbroz. l. 2. q. 131. n. 2. quod Episcopus talem causam sibi delegatam committere specialiter possit suo Vicario, non ut Vicario, sed uti delegato. citans Abb. in c. dilecti. il 3. de appellat. n. 18. eo quod, si committeret ut Vicario, non posset ab ejus sententia appellari ad Episcopum, secus, si ut delegato.

*Questio 195. Num è contra quoque Episcopus nequeat cognoscere causam Vicario suo à Papa delegatam?*

**1.** Resp. Affirmativè. Rosà De executoribus Liter. Apost. p. 2. c. 3. n. 11. ubi: Cum delegatio est facta Vicario, non potest Episcopus literas exequi, nisi per viam subdelegationis. citat Menoch. de commut. ult. voluntat. c. 5. n. 527. Ricc. in pr. rerum quotidian. fol. 419. & c. Item Sbroz. l. 2. q. 136. n. 1. citatis Anchar. in Clem. 2. de Rescrip. col. 1. Card. n. 10. Imol. n. 14. Franc. in c. dilecti. il 2. de appellat. q. 5. Dec. in c. quoniam. de offic. deleg. n. 9. Barbat. in Apostil. ad Bartol. in l. quod Principi. ff. de legat. Bertach. de Episc. l. 4. q. 7. n. 4. eo quod tunc Vicarius non cognoscat causam ut Vicarius, sed ut delegatus Papæ. Sbroz. l. c. n. 2. & in causa delegata per Papam major est Vicarius Episcopo suo, & separatim est auditorium unius ab auditorio alterius juxta DD. in cit. Clem. 2. & in specie Cardin. n. 10. Imol. n. 14. Sbroz. n. 4. Adde, quod rescriptum non debet extendi ad alios, neque ad multos juxta Felin. in c. eam re. de Rescrip. n. 17.

**2.** Et hæc procedunt, ubi delegatio facta Vicario sub nomine proprio & dignitatis, v. g. Titio Vicario Generali Episcopi. N. an verò Episcopus cognoscere possit causam delegatam à Papa suo Vicario, dum ei delegata non sub nomine proprio, sed tantum dignitatis, non conveniunt AA. Affirmant apud Sbroz. cit. n. 6. Bertach. ubi ante. l. 4. p. 5. n. 59. Innoc. in c. eam re. n. 5. & ibid. Abb. n. 14. Barbat. ubi ante. eâ ratione, quod licet Vicarius sit delegatus Papæ, dicatur tamen cognoscere tunc causam vice Episcopi; cum talis dignitas Vicariatus non competat ei jure proprio, ut Dec. & Abb. in cit. c. quoniam. de offic. deleg. n. 9. Negant econtra apud eundem Sbroz. n. 8. Cardin. in cit. Clem. 2. & ibid. Imol. n. 2. Butr. & Franc. in c. statutum. de Rescrip. in 6. Cuch. Inst. jur. can. de vice Episcopo. n. 171. & seq. ubi inquit: Episcopum non posse se intromittere in illa causa, quando Vicarius functus est officio suo, aut illum removere à Vicariatu, ut illum impediatur in delegatione; cum enim separatim sit auditorium delegati Papæ & Episcopi, non debet rescriptum extendi ad alium, quam ad ipsum delegatum.

**3.** Limitat tamen ipsam Responsionem Sbroz. n. 9. & 10. ut locum habeat in rescriptis delegationis, non autem in præceptis & mandatis Apostolicis, quæ sunt Vicario; quia hujusmodi transeunt in Episcopum. cit. Abb. in c. eam re. n. 5. & dat rationem, quod mandata restringi non debeant, sicut restringi debet delegata jurisdictione, sed ampliari juxta c. sciendum. 8. q. 1. & Felin. in c. eam re. §. scriptum. col. 1. in princ. n. 16. non obstante huic communi sententiæ, quod aliâ Bald. in l. aliquando. ff. de off. Procons. n. 5. dicat, mandatum factum vicegerenti non arctare dominum. Extenditque hoc ipsum Sbroz. n. 11. ita ut in dubio scriptum videatur Vicario ut vices Episcopi gerenti, non ut executori, ut Felin. l. 6.

*Questio 196. Vicarius duarum diœcesium in quo loco cognoscere debeat causas?*

**1.** Respondet Pignat. Tom. 7. Consult. 64. n. 4. juxta Rotæ decisiones, quod Vicarius generalis existens in loco soliti domicilij ac residentie cognoscere possit causas omnes cujusunque generis utriusque diœcesis; cum in hoc pro una eademque diœcesi habeantur propter juris assistentiam, quam Episcopus habet, & intentionem fundatam jus dicendi, nedum ex jure communi, c. cum Episcopus, sed & ex Trident. Sess. 25. c. 6. quod etiam spectat, quod tradit Cardin. de Luca. in Miscell. d. 1. n. 117. ubi: Non solum, ubi unica est Ecclesia, unicave diœcesis; sed etiam ubi dua vel plures perpetuo tamen auctoritate Apostolica, quamvis æque principaliter unita, quoniam non per hoc duo vel plura tribunalia cum duobus vel pluribus Vicariis Generalibus aliisque Officialibus habere tenetur Episcopus. Licet enim Ecclesia ac diœceses æque principaliter unita pro duabus omnino distinctis habeantur, atque earum qualibet proprios & distinctos retineat fines, propriaque jura ac privilegia, perinde ac summo non adesse; adhuc tamen, cum Episcopi seu Prelati persona sit unica, ac naturaliter indivisa quod ad eum, atque ad hunc effectum amba vel plures pro una habentur, ut in qualibet unius vel alterius diœcesis parte residere valeat, ac tribunal erectum habere, nisi Apostolicæ provisiones vel antiqua consuetudo, qua jus facultativum excludat, aliter statuunt.

**2.** Et hæc de cognitione causarum, quas jure ordinario cognoscit; nam de cognitione & expeditione causarum facta ab eo tanquam delegato Papæ, observandum tantisper ex Rosà, De executor. lit.

*Apost. p. 2. c. 3. n. 19.* quod delegatus Papæ ubique jurisdictionem exercere potest, nec egeat territorio; sed habeat territorium generale, quia delegatus Papæ Papam representat.

*Questio 197. An Vicarius Episcopi literas Apostolicas exequi possit mortuo Episcopo?*

**R** Esp. Literas expeditas & directas Vicario vivente Episcopo, Vicarius expedire non poterit; si prius post mortem Episcopi præsentata sibi fuerint; aut si præsentata quidem fuerint vivente Episcopo, necdum tamen eo vivente executæ; quia per mortem Episcopi jam desinit esse Vicarius, & officium ejus expiravit: neque etiam Vicarius Capitularis eas exequi, aut executionem jam captam perficere poterit; quia ipsi non sunt directæ, nec etiam dirigi solent à cancellaria Vicario Capitulari. Expectandus proinde erit novus Vicarius Episcopi sede iterum plenâ, vel super dictis literis petenda nova commissio, quæ vocatur mutatio Judicis, quâ committitur Ordinario viciniore, ut dictas literas exequatur servata forma literarum expeditarum. *Rosa. l. c. p. 1. c. 3. n. 3.* citans *Corrad. in prax. dispens. l. 7. c. 4. n. 22.* Proceditque id ipsum, etiam si Vicarius Episcopi, cui directæ fuerint literæ, crearetur Vicarius Capituli sede vacante, ut eas exequi nequeat. *Rosa. l. c. n. 31.* citatis *Corrad. ubi ante. n. 11.* *Garc. p. 6. c. 2. n. 40. 41. & 44.* contra *Sanch. de matrim. l. 8. d. 27. n. 12.* ex eodem jam tacto principio; quia tunc non est Vicarius Episcopi, cui directæ sunt literæ, sed Capituli, cui literæ à cancellaria dirigi non solent; uti nec ex stylo dirigi solent Vicariis Prælatorum inferiorum, ut *Rosa l. c. n. 36* quem vide. Et hic stylus potius attendendus, ut inquit *Rosa*, quam opinio contraria AA.

**2.** Quod autem literæ directæ Vicario, eo remoto, sive per expirationem officii, sive per mortem naturalem, executioni dari possint ab ejus successore, sive re adhuc integrâ, sive non amplius integrâ; quia earum executio demandata est non personæ sed tribunalî & intuitu officij, tradit *Idem Rosa l. c. n. 29.* citatis *Garc. ubi ante. n. 54.* *Corrad. n. 36.* *Parif. de resign. l. 1. q. 11. n. 17.* *Sbroz. l. 2. q. 67.* *Gambar. de off. legat. l. 8. q. 97.* *Capra conf. 67. n. 32.* *Abb. & Canonistis in c. quoniam de offic. delegat.* Neque his obstat, quod obmovent aliqui apud *Rosam. l. c. p. 2. c. 7. n. 49.* nempe delegationem factam dignitati transire in successorem, quando dignitas est per se subsistens, secus, si accessoria & dependens ab alio, ut contingit in Vicario Episcopi. Nam, ut ait *Rosa. ibidem. n. 50.* licet forte de juris subtilitate sic dicendum sit, secundum tamen stylum & observantiam omnium tribunalium Ecclesiasticorum delegationem factam Vicario transire in ejus successorem; citatque pro hoc præter citatos supra *Monet. de commut. ult. volunt. c. 8. n. 148.* quin & *Sanch. l. c. n. 10.* *Pax Jord. &c.*

### PARAGRAPHUS XI.

#### De potestate Vicarii circa subdelegandum.

*Questio 198. An Vicarius Generalis Episcopi alium Vicarium constituere possit.*

**R** Esp. Non posse eum absolute loquendo officium suum alteri committere, seu alium sibi similem seu generalem Vicarium constituere, argumento. *c. Clericos. de offic. Vicar. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 10.* *Pirh. tit. eod. n. 63.* *Barbos. de potest.*

*Episc. alleg. 54. n. 99.* *Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 202.* *Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 36.* *Garc. p. 5. n. 8. n. 148.* *Sbroz. l. 2. q. 66. n. 1.* citans pro hac communi sententia innumeram turmam AA. & n. 12. idiplum extendens ad Vicarium generalem Capituli sede vacante. Nullus enim inferior Principe Vicarium ita constituere potest, ut totum officium suum seu potestatem ordinariam (qualem habet Vicarius generalis Episcopi) ei committat, nisi id à Lege aut Principis beneficio ei concessum sit. *Pirh. Laym. LL. cit. juxta Auth. ut nulli Judicium liceat. collat. 9. nov. 134.* & *Auth. de collatorib. §. ad hæc prohibemus. collat. 9. nov. 118.* Quare, ut *Laym.* nec ipse Episcopus officium suum ordinarium alteri committere possit, nisi id ei à Lege concessum.

**2.** Sed neque adhuc id potest Vicarius generalis e x simplici solum mandato speciali, quod haberet ad substituendum. *Sbroz. l. c. n. 11.* citans *Hofst. in c. 1. de offic. Vicar. in 6. & ibid. Gemin. n. 11.* *Put. decs. 68. n. 1.* *Milis in repertor. v. Vicarius Episc. Parif. conf. 80. n. 15.* qui dicat esse communem. Veruntamen id potest, ubi in mandato inserta essent hæc verba: *Damus potestatem substituendi alium, quem nos Vicarium cum eadem potestate substituimus: Pirh. l. c. Laym. l. c. n. 12.* *Sbroz. l. c. n. 15.* *Garc. l. c. n. 155.* citantes *Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 77.* *Melill. tr. de precedent. Vicar. c. 1. n. 14.* *Pavin. de potest. capit. sed vac. q. 10. n. 20.* In illo siquidem casu Vicarius ille non tam constituitur à Vicario quam ab ipso Episcopo, & ab eo accipit potestatem ministerio Vicarij substituente, & sola nominatio sui electio personæ fit à Vicario substituente. *Sbroz. Pirh. Laym. Garc. LL. cit. quorum posterior n. 156.* ait, idem esse, dum Episcopus daret potestatem substituendi suo nomine; utpote qui tunc etiam censetur positus ab Episcopo; cum ejus nomine substituatur. Neque etiam in his casibus dici potest, Episcopum dare Vicarium incertum contra *c. ad hæc. de rescrip. ait Garc. n. 157.* eò quod per substitutionem vel nominationem Vicarij substituente, qui representat personam Episcopi in substituendo, certificetur. Unde jam etiam in hoc casu Vicario vi dictæ clausulæ substituente sibi Vicarium, hunc posse Vicario substituente conferre beneficium docent *Rebuff. Coraf. Duaren. Sbroz. apud Garciam l. c. n. 158.*

**3.** Potest nihilominus Vicarius generalis Episcopi ob causam necessitatis, v. g. propter absentiam vel infirmitatem ad breve tempus sibi alium substituere, qui Vicarij munere cum simili jurisdictione interim fungatur (qui tunc haberet potestatem exequendi omnia concessa Vicario, ut *Ventrigl. l. c.* ac etiam potest capta per illum perficere. *Sbroz. l. 4. q. 67.*) argumento *c. 1. de offic. Vicar. in 6.* *Pirh. l. c. Laym. l. c. n. 11.* *Garc. n. 152.* *Sbroz. cit. q. 66. n. 17.* *Pax Jord. n. 204.* Num verò in hoc casu requiratur nihilominus speciale mandatum Episcopi, non conveniunt auctores. Affirmat id expresse *Ventrigl. l. c. Sbroz. cit. n. 17.* Item *Hofstiens. Franc. Dominic. Zerol. apud Garciam cit. n. 152.* vel saltem consuetudinem id faciendi, quali tunc toleretur per quandam voluntatem Episcopi, ut *Rosell. & alij apud Garc.* E contra posse id Vicarium ex causa, etsi non habeat ad id specialem facultatem seu mandatum, tenent *Pax Jord. cit. n. 204.* *Barbos. l. c. n. 100.* *Garc. cit. n. 152.* citans *Pavin. q. 10 n. 21.* *Put. decif. 168. l. 1.* *Felin. in c. 5. perpetuus. de fide instrum. n. 3.* *Marant. in specul. Advocator. p. 4. dist. 5. n. 22.* *Cuch. l. 12. tit. 8. n. 10.* *Azevedo Genueni. &c.*

*Questio 199. Num Vicarius generalis constituere possit delegatum.*

**R** Esp. Primo in genere affirmative. *Sbroz. cit. q. 66. n. 22.* ubi ait: *Ubi Vicarius vellet committere*

*alium*

alicui vices suas in modum delegationis, quia tunc alteri causas delegare non prohibetur. citat pro hoc gl. Innoc. Archid. in c. 1. de off. Vicar. in 6. Franc. in c. Si delegat. de off. delegat. in 6. ult. not. Rotam decis. 350. de offic. Vicar. in novis, &c. Et ratio est: quia omnis Judex ordinarius (qualis est Vicarius generalis, saltem in causis ratione vicariatus sui illi competentibus) delegare potest. Laym. l. c. n. 12. juxta l. more. ff. de jurisdic. & ibi DD.

2. Resp. secundò: Constituire tamen delegatum ad universitatem causarum non potest sine speciali facultate Episcopi. Laym. l. c. n. 12. & 13. Pirh. cit. n. 13. eo quòd, qui jurisdictionem non suo proprio nomine, sed alieno obtinet (qualiter Vicarius generalis Episcopi jurisdictionem Episcopalem non proprio, sed sibi commissio jure obtinet, cum in Episcopali officio titulum non habeat, & quamvis, ut Laym. ea sit ordinaria, existat tamen in Vicario per modum delegationis seu commissionis) eam (intellige totam) alteri delegare non possit. Laym. Pirh. LL. cit. juxta cit. l. more.

3. Limitatur tamen hæc ipsa responsio ab iisdem Pirh. & Laym. locis cit. ut speciali ad hoc mandato Episcopi non egeat, si de cetero sit talis constituendi delegatum ad universitatem causarum consuetudo in Diœcesi, sciente & patiente Episcopo; eo quòd tunc Episcopus eam potestatem tacite committere censetur. Et sic Vicarius tunc non tam delegat jure suo quam jure & potestate sibi commissa ab Episcopo. Atque hac ratione posse à Vicario generali delegari Decanos rurales ad universitatem causarum (intellige pro certo districtu Diœcesis) ait Laym. cit. n. 12.

4. Resp. tertio: Potest nihilominus Vicarius generalis sine speciali ad hoc mandato vi generalis commissionis Vicarius unam aliquam causam vel etiam plures delegare. Barbof. Laym. Pirh. ll. cit. Sbroz. cit. b. 66. n. 16. ubi, quòd sine speciali mandato substituere possit & creare Vicarium ad certos actus seu ad aliquam speciem actuum, pro quo citat Gl. Innoc. Archid. in c. 1. de off. Vicar. in 6. Pavin. q. 10. n. 1. Bald. in l. aliquando ff. de off. pro cons. n. 3. Cuch. in Instit. juris can. tit. de Vicar. Episc. n. 41. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. jurisdic. n. 25. Atque ita hos AA. velle, & se sæpe sic fieri vidisse ait Sbroz. quòd Vicarii generales creari possint in eorum Diœcesibus Vicarios foraneos. Ratio jam indicata est respons. 1. nimirum quòd omnis Judex ordinarius delegare possit.

5. Ampliatur hic responsio, quòd etiam Vicarius foraneus datus in una parte Diœcesis ad universitatem causarum subdelegare possit causam unam aut alteram. Sbroz. cit. q. 66. n. 19. citans Gl. in c. cum causam de appellat. v. delegatus. n. 17. Felin. in c. supra questionum. s. si verò de offic. deleg. n. 17. &c. E contra limitatur responsio, ut non procedat in causa Vicario specialiter delegata ab Episcopo, ita ut hanc sine speciali mandato subdelegare nequeat. Sbroz. l. c. n. 23. citatus Felin. ubi ante. Put. decis. 436. l. 1. Jo. And. in c. is, cui. de off. delegat. in 6.

*Questio 200. Num substitutus ille Vicarii generalis subdelegare possit.*

1. Respondeo primò: Juxta jam dicta, substitutum illum ex speciali mandato Episcopi à Vicario generali Vicarium ad universitatem causarum subdelegare posse unam vel plures causas, etsi non universitatem causarum.

2. Respondeo secundo: Delegatum etiam à Vicario vi facultatis ordinariæ ad specialem causam

aliquam (nisi fortè industria personæ ipsius electa fuerit,) posse subdelegare illam alteri; id enim competere videtur delegato à Judice ordinario vi facultatis illius ordinariæ. Sic etiam in specie posse illum substitutum seu delegatum Vicarii subdelegare ad recipiendum juramentum & examen testium tradit Sbroz. l. 2. q. 68. citans Put. decis. 169. n. 5. l. 1. quin & substituere procuratorem, ut idem Sbroz. l. 2. q. 69.

*Questio 201. Num Vicarii istiusmodi substituti ex eodem cum substituente tribunali indicent.*

Respondeo. Vicarios illos substitutos ad universitatem causarum, seu quibus Vicarius generalis vices suas in totum commisit, ex eodem cum substituente tribunali indicare, & eodem modo esse Judices ordinarios, & habere eandem jurisdictionem Sbroz. l. 3. q. 12. n. 10. Molin. de Just. tract. 5. d. 10. n. 7. Castrop. tr. 13. de benef. d. 2. p. 30. n. 18. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 14. citantes Gl. in clem. 1. de Regular. v. locum aliorum: Marant. de ordin. judicior. p. 4. d. 5. n. 22. Secus est de delegatis à Vicario generali, utpote qui jurisdictionem derivatam & distinctam à jurisdictione delegantis habent, Laym. l. c. Quod discrimen inter delegatum & substitutum seu Subvicarium vel Vicegerentem Vicarii generalis diligenter observandum.

*Questio 202. Num Vicario Generali Episcopi excommunicato, adeoque suspensà ejus jurisdictione excommunicatus quoque sit ejus substitutus, aut saltem suspensà quoque jurisdictione substituti vel etiam delegati.*

1. Respondeo ad primum: Excommunicato Vicario generali excommunicatus non est ejus substitutus seu Subvicarius, adeoque multò minùs ejus delegatus. Sbroz. l. 3. q. 18. n. 1. citans Innoc. Archid. Anchar. Gemin. Franc. in c. 1. de off. vicar. in 6. Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 2. q. 10. n. 2. Baro. in c. quoniam Abb. de off. ordinari. Cuch. Institut. juris can. de Vicar. tit. 8. n. 11. l. 2. cum communi. Idque, sive Subvicarius datus sit ab Episcopo, sive ab ejus Vicario. Sbroz. l. c. n. 2. citans gl. in cit. c. 1. v. ipsius. Nisi tamen substitutus ille seu Subvicarius participaret cum Vicario excommunicato in crimine damnato; tunc enim & ipse excommunicatus esset sicut Vicarius. Sbroz. l. c. n. 3. quemadmodum si Officialis Episcopi esset excommunicatus, quia exerceret officium officialis seu officialitatem, ille, qui eidem in eodem officio deserviret, sive stando juri coram illo, sive recipiendo ab eo commissionem causarum, foret quoque excommunicatus; quia jam diceretur participare cum eo in crimine damnato. Sbroz. cit. n. 3. citatis Gemin. in cit. c. 1. n. 4. & 6. Archid. Jo. And. Innoc. &c.

2. Respondeo ad secundum: Tametsi substitutus talis excommunicato Vicario constituyente non sit excommunicatus, non valeat tamen ab eodem substituto acta post excommunicationem Vicarii. Sbroz. l. c. n. 6. Laym. cit. n. 14. juxta c. Romana. de off. Vicar. in 6. Ubi Papa Gregorius X. non loquitur de delegatis sed de substitutis seu vicemgerentibus, atque absolute, quod per excommunicationem Vicarii substituents eorum quoque jurisdictione suspensa sit. Proceditque id ipsum, sive post excommunicationem Vicarii res adhuc sit integra, seu causa necdum cæpta, sive non. Quemadmodum pari ratione, si Episcopus ipse excommunicatus sit, aut suspensus vel interdictus (intellige denunciatus vel notarius per-

percuttor Clerici) iurisdictione Vicarii quod ad causas etiam jam captas suspenditur. Item sicut Episcopo mortuo non potest Vicarius illius causas eo vivente captas perficere, ita nec substitutus Vicarii causas captas ante eius excommunicationem, Laym. l. c. Sbroz. cit. n. 7. citans quamplurimos. Et ratio est, quod sicut eandem iurisdictionem idemque tribunal cum Episcopo habet eius Vicarius, ita quoque cum Vicario eandem iurisdictionem, idemque tribunal habeat Subvicarius seu substitutus ab eo. Verum tamen contrarium dicendum videtur, ubi istiusmodi Subvicarius seu substitutus iurisdictionem suam non haberet immediatè à Vicario, sed ab Episcopo ipso, cuius nomine ministeriali solum operà & nominatione Vicarii substitutus esset, ut satis indicat Laym. loc. cit. & expressè Sbroz. l. c. n. 14.

3. Respondeo ad tertium: Delegatus solum à Vicario, cum habeat iurisdictionem, ut dictum, distinctam à iurisdictione delegantis, excommunicato Vicario delegante, etsi re integra adhuc post excommunicationem Vicarii delegantis, delegata sibi iurisdictione uti non possit, re tamen amplius non integra, sed jam cæpta ante excommunicationem, perficere eam potest. Quemadmodum enim morte delegantis delegati iurisdictione extinguitur, si res integra sit, non item si causa jam cæpta sit; ita etiam extinguitur seu suspenditur iurisdictione delegata per delegantis excommunicationem, quæ quasi mors civilis est, ubi res integra est, secus si non est. Laym. loc. cit. num. 11. citatis pluribus.

PARAGRAPHUS XII.

De Potestate Vicarii circa functiones Canonicales.

Quæstio 203. Num Vicarius possit intervenire Capitulo, habeatque vocem in Capitulo?

1. Respondeo primò: Vicarius generalis, dum est Canonicus, intervenire potest Capitulo. Sedere autem debet & dare votum suum in loco suo Capitulari, habito respectu ancianitatis & dignitatis canonicorum. Ventrigl. tom. 2. annot. 14. §. 2. n. 14. citans Abbat. conf. 21. vol. 1. Grilenz. conf. 121. n. 5. Barbof. de Can. & dignit. c. 35. n. 13. Et si tractandum est negotium pertinens ad ipsius aut eius Episcopum, debet exire ex Capitulo. Pignat. consult. 154. n. 6. Ventrigl. l. c. Sic decisum testans à S. Congreg. præposit. negot. Episcoporum. & Regularium. 17. Jan. 1584.

2. Respondeo secundo: Quod si verò Canonicus non est, intervenire non debet Capitulo, etiam absente Episcopo. Ventrigl. loc. cit. n. 15. Pignat. cit. n. 6. unde Canonici illum admittere non tenentur, etsi possint, prout declaravit S. Congregat. in Ameriens. 24. April. 1632. teste Ventrigl. l. c. & quem citat, Barbof. l. c. n. 12. & seq. nisi tamen de consuetudine vel alio jure speciali id ei compereret. Pignat. l. c. Verumtamen, si Canonici tumultuarentur in Capitulo, tunc ad sedanda scandala legitime intervenire posse Vicarium, & Canonicos teneri illum admittere, etsi dare non possit votum, sed solum assistere repellendo scandala, rationi consonum esse, & sic se vidisse servatum in praxi, ait Ventrigl. Unde jam etiam multò minus Vicarius ratione officii sui convocare potest Capitulum. Pignat. cit. n. 6. aut etiam prohibere ejus vocationem, nisi fortè, ubi urgente causa iusta id posset Episcopus. Pignat. l. c. n. 5.

Quæstio 204. Vicarius Episcopi Canonacus quid possit quoad lucrandos fructus canonicatus & distributiones quotidianas?

1. Respondeo ad primum: Vicarium Episcopi Canonicum ratione hujus officii sui excusari à residentia, & in absentia facere fructus sui Canonicatus suos. Sbroz. l. 1. q. 43. n. 4. citans c. ad audientiam, & c. de cesero. de cleric. non resident. Rebuff. in pr. benef. tit. form. Vicar. n. 5. Alphons. Carmonens. tr. de incompat. benef. c. 10. n. 5. & 16. p. 1. nisi fortè, ut ijdem, consuetudo esset in contrarium; in quo tamen casu non incurrere illum adhuc poenam privationis beneficii tenent ijdem.

2. Respondeo ad secundum primò: Vicarium Canonicum sub prætextu officii & servitii Vicariatus absentem à choro non lucrari distributiones quotidianas, Sbroz. l. c. n. 3. citans Carmonens. ubi ante. Ventrigl. l. c. n. 13. citans Garc. in addit. 3. p. c. 2. n. 348. Barbof. de Canon. & dignit. c. 24. n. 6. Meroll. Th. mor. p. 3. disp. 7. c. 6. dub. 6. n. 50. Idem tenet Pignat. tom. 3. conf. 64. n. 21. ubi, quod si Vicarius sit Canonicus, non poterit distributiones percipere, nisi sedeat & incedat in loco suo cum habitu canonicali, & quando vult præcedere Canonicis, debet habitum Canonicalem deponere, & tunc non potest percipere distributiones, prout pluries resolvit S. Congregat. Rituum, præsertim in Calagurit. 2. Aug. 1603. in Sutrin. 26. Aug. 1599. &c. adeòque multò minus, ubi abest à choro; quia, ut idem Pignat. ibidem, nullum jus habet ad percipiendas distributiones tanquam Vicarius, sed tanquam Canonicus, & ideo debet interesse. Quin & in hoc, nempe ut absens ratione Vicariatus percipiat distributiones, nullam eidem suffragari consuetudinem etiam immemoriam, tradit Ventrigl. l. c. citatis ijdem AA. Item Pignat. l. c. n. 23. & 24. eò quòd, ut Ventrigl. Vicarius non inserviat Ecclesiæ, sed Episcopo, ac proinde non habeat justam causam absentia. Contrarium tamen ex Carmonens. sentit Sbroz. cit. n. 3. in fine.

3. Respondeo ad secundum secundò: Neque etiam Vicarius Episcopi residens consequi debet distributionem duplicem, unam tanquam Vicarius, alteram ut Canonicus. Sbroz. cit. l. n. 2. citans Butrio & Aret. in c. cum olim. Ferret. conf. 327. nu. 4. Milis. in repertor. v. distributiones, &c. sequitur ex dictis. Quamvis etiam hoc in puncto standum esse consuetudini ex eodem Ferreto dicat Sbroz. quòd ad hanc materiam distributionum vide meipsum in Foro Benef. p. 1. q. 404. n. 9.

PARAGRAPHUS XIII.

De Potestate Vicarii circa aliqua miscellanea.

Quæstio 205. Num Vicarius exigere possit subsidium charitativum?

Respondeo: Id eum nec imponere posse sine speciali commissione Episcopi (intellige in casibus, ubi id potest Episcopus, nempe ex causa manifesta & rationabili, v. g. quando Episcopatus est gravatus onere debitorum, vel est tenuis seu insufficientis ad congruam Episcopi sustentationem, vel quando vult ire ad Concilium, ad Papam, uti de his Sbroz. l. 2. q. 47. n. 3. juxta c. cum venerabilis. de religiosi domib. c. conquerente. de off. ordinar. quos textus & plures alios citat ibidem Sbroz.) Idem Sbroz. l. c. n. 6. citatis pluribus. Ventrigl. l. c. §. 1. n. 44.

Pax

Pax-Jord. l. 12. tit. 1. n. 229. Barbof. de potest. Episc. allegat. § 4. n. 122. citans Bellenzin. tract. de subsid. charitat. q. 11. per totam. Anchar. cons. 60. n. 2. ubi dicit, Vicario Episcopi commissam esse jurisdictionem, non autem exactionem debitorum. Cui & rationem etiam addit Sbroz l. c. n. 7. quod Vicarius Episcopi agere & experiri possit ac si esset procurator, ut Jo-Aud. & Hostiens. in c. petito. de procuratorib. & quod Vicarius esse possit in iudicio & extra agendo & defendendo sicut procurator; procurator autem similia exigere non possit; ergo nec Vicarius similia Episcopo debita.

*Quest. 206. Num Vicarius tertiam partem fructuum prebendarum convertere possit in distributiones.*

**R**espondeo videri id posse Vicarium, & quidem sine speciali mandato Episcopi, loquendo de capitulis non exemptis, secus de exemptis. Et sic sentire videtur Fagn. in c. quoniam. de offic. delegati. n. 25. ubi: An possit Vicarius, qua Episcopo, etiam tanquam Sedis Apostolica delegato, committuntur per Trident. Sess. 21. c. 3. (Statuit autem ibi Tridentinum, ut in Ecclesiis tam Cathedralibus quam collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum & quorumcumque proventuum & obventionum, tam canonicarum, personarum, portionum & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes proportionaliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, ipsa prima fructuum deductione faciendam dividantur] videtur distinguendum. Nam aut agitur de capitulis exemptis, & non potest; quia hæc facultas ante Concilium Episcopis non competebat, & ideo opus speciali delegatione; aut agitur de capitulis non exemptis, & potest; quia Episcopi hanc potestatem habebant de jure communi quo ad capitula iis de jure ordinario subiecta, ideoque concilium hoc loco utitur dictione illa etiam que innuit, Episcopum debere aliquando procedere jure delegato, id est, respectu exemptorum; sed tamen posse etiam aliquando procedere jure ordinario, quod verificari non potest, nisi in non exemptis. Ita ille. Fundatur hæc responsio in eo, quod quæ Episcopo competunt jure ordinario (qualiter ei competere non delinunt, quod in iisdem quoque ut delegatus Apostolicus vi commissionis sibi à Tridentino factæ procedere queat) transeant in Vicarium ex commissione generali Vicariatus, nisi sint forte casus adhuc specialiter in jure excepti, juxta dicta sæpius supra. Quod minus tamen sine speciali mandato Vicarius facere possit dictam conversionem & divisionem, saltem respectu Ecclesiarum Cathedralium videtur obtinere consuetudo, vel forte etiam censeri illud ipsum ex arduis, quæ licet ordinario jure competant Episcopo, transire tamen non censentur in ejus Vicarium sine speciali commissione.

*Questio 207. Num Vicarius deferre possit juramentum canonice purgationis.*

**R**espondeo dictum juramentum (quod sæpe solet deferri reo, quando accusator non satis probat, etiam si reus ipse nihil probaverit, nec ad sint indicia ad torturam contra reum sufficientia,

P. Lenren. Vicarius Episc. Tract. 1.

ut Sbroz. l. 2. q. 167. n. 1. ex Jul. Claro in prax. crim. §. fin. q. 63. vers. solet etiam. Bertach. de Episc. l. 4. p. 1. tit. de Vicar. Episc. n. 12. in fine.) deferre nequit Vicarius sine speciali mandato. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 40. Barbof. de potest. Episc. allegat. § 4. n. 109. Pax-Jord. l. 12. tit. 1. n. 212. est enim delatio hujus juramenti meri imperii; Sbroz. l. c. n. 2. citans Speculator. tit. de jurisd. omn. Judic. in v. secundum Canones & Bertach. ubi ante. & cum his Pax-Jord. l. c. quæ autem sunt meri imperii expediri nequeunt per Vicarium sine speciali mandato, Sbroz. l. c. n. 3. uti & l. 2. q. 56. ex professo juxta c. 2. de off. Vicar. in 6. & ibi DD.

*Questio 208. An Vicarius restituere possit in integrum.*

**R**espondent passim AA. negativè, nempe quod non comprehendatur restitutio in integrum in generali mandato, adeoque eam facere nequeat Vicarius sine speciali mandato. Pirh. ad tit. de off. Vicar. n. 57. Ventrigl. l. c. Barbof. l. c. n. 108. citans Sanch. de matrim. l. 2. d. 40. num. 12. Sbroz. l. 2. q. 35. n. 4. Verum tamen contrarium tenere videtur l. 3. q. 13. ubi hanc materiam ex professo tractat, dum pro absolute affirmativa n. 1. citat Cardin. in clem. 2. de rescrip. n. 8. Bertach. de Episc. l. 4. p. 5. q. 27. n. 67. tit. de Auctor. Episc. circa Judic. Abb. in c. ex literis de restit. in integ. n. 11. & plures alios, ac dem n. 2. subdit rationem, nempe quod Ordinarii, qui habent jurisdictionem cum administratione, possunt concedere restitutionem in integrum; Vicarius autem Episcopi habeat jurisdictionem ordinariam cum administratione, ut probatur ex c. petito de procur. & c. in nova. 16. q. 7. ubi de Vicariis: quod in Administrationibus associantur Pontificibus. Idem tenet Laym. in c. causa. de restit. in integ. n. 2. Ubi: qui ordinariam jurisdictionem cum administratione, ideoque imperium aliquod habent, ut Episcopus, Vicarius generalis, & Prælati omnes Ecclesiastici, in integrum restituere possunt, quia exercent officium nobile. Restitutio enim in integrum ut idem Laym. l. c. n. 4. est actus imperii mixti ex nobili officio Judicis proveniens. Laymannum iisdem ferè verbis sequitur Pirh. ad tit. de in integ. restit. n. 62.

2. Ampliat hanc doctrinam Sbroz. l. c. n. 3. ut locum quoque habeat in Vicario foraneo, qui est delegatus ad universitatem causarum, & is non tantum cognoscere de causa restitutionis in integrum, sed & eam concedere possit, citat pro hoc Abb. in cit. c. causa. n. 7. contra Sfort. Odd. tract. de restit. in reg. p. 1. q. 33. a. 22. n. 154. & alios, quos citat. n. 12. est enim & dicitur talis Vicarius Foraneus delegatus ab Episcopo. Sbroz. cit. n. 3. causa vero restitutionis in integrum [ut dicitur. c. causa.] coram Judicibus ordinariis ab eis tractari poterit & finire; sive hoc ipsum delegatis specialiter demandatum fuerit, sive in commissionis negotio contigerit incidere hujusmodi questionem. Adeoque multo magis à tali Judice ordinario delegatus ad universitatem causarum, si habeat administrationem rerum in territorio aliquo, de causa restitutionis in integrum principaliter cognoscere potest eamque concedere, licet ea illi specialiter commissa non fuerit. Idque, quia delegati ad universitatem causarum equiparantur Judicibus ordinariis, ita ferè Laym. & ex eo Pirh. l. c. citantes Bart. in l. ult. c. ubi & apud quæ cognit. in integ. restit. & c. n. 4. Secus est de Judicibus, etiam ordinariis, qui

ad

administrationem verum seu jurium in aliquo territorio non habent, aut imperium saltem mixtum; sed tantum potestatem simpliciter iudicandi, ut hi nequeant principaliter restituere seu tractare causam restitutionis in integrum, pro ut in *cit. l. ult. & colligitur ex sensu contrario & cit. c. causa* Pirh. num. 64. Laym. num. 4. qui etiam rationem addunt: quia simplex iurisdictio non exercetur per liberum seu nobile Judicis officium, sed per mercenarium, quod actioni merè civili deservit; restituere autem in integrum, ut dictum, sit actus Imperii mixti, quod nobili officio Judicis exercetur. Multoque jam minus delegati à talibus iudicibus ordinariis, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi hanc restitutionem facere, aut de ea cognoscere possunt, pro ut expressè habet textus *cit. c. causa*, nisi forte hæc causa restitutionis coram iis incidenter mota fuerit, ut habet idem textus. Cujus postremi rationem hanc dant Pirh. num. 66. Laym. num. 6. nempe quia delegatus ad causam principalem censetur etiam delegatus ad quamlibet causam, quæ cum ea causa principali coincidit, & est veluti accessoria; ideoque etiam ad negotia incidentia seu accessoria non requiritur nova commissio, nisi sint res majoris momenti & præjudicii. Porro idem est de arbitrariis compromissariis, quod cognoscere nequeant de causa restitutionis in integrum, nisi mota sit incidenter, seu incidat in causam principalem. Pirh. num. 67. Laym. num. 6. juxta expressum textum *cit. c. causa*. Sed neque adhuc arbitri ex incidente cognoscentes de dicta causa restitutionis per se restituere in integrum possunt; quia nec imperium nec simplicem iurisditionem habent, sed nudam cognitionem; sed ad summum pronunciare & determinare, num restitutio à iudice petenda sit. Pirh. *cit. num. 67.* Laym. num. 3.

3. Ampliatur secundò à Sbroz. *loc. cit. num. 4.* ut Vicarius concedere possit restitutionem in integrum tam quæ conceditur minori, quam quæ conceditur majori ex causa citat pro hoc Abb. in *c. ex literis. de in integr. restit. n. 11.*

4. Ampliatur terriò ab eodem num. 5. ut Vicarius generalis concedere possit restitutionem in integrum tam adversus sententiam suam, quam adversus sententiam Episcopi (quod tamen postremum negant alii; ut Pirh. num. 68. in fine) citat pro se Sbroz. Stort. Odd. *tract. de rest. in integ. p. 1. q. 33. a. 22. num. 156.* Conrad. in *templ. Judic. l. 2. c. 6. §. 2. num. 10.* Marant. *de ordin. jud. p. 6. tit. & quandoque appell. num. 382.* Rebuff. in *pr. tit. for. Vic. num. 155.* Non secus ac viceversa Episcopus restituere potest contra sententiam sui Vicarii, ut Sbroz. num. 6. citans Abb. in *c. ex literis. num. 11.* Bertach. *de Episc. p. 1. q. 4. tit. de potest. Episc. circa judic. num. 67.* & plures alios. Et quamvis positive declaret contrarium Sbroz. num. 11. quod nimirum contra sententiam Episcopi restituere nequeat; ed quod restitutio in integrum contra sententiam tractari debeat coram Superiore ipsius iudicantis. *l. 1. c. ubi & apud quem rest. in integ. & l. adversus c. si adversus rem jud.* Addit tamen *ibidem* Sbroz. hanc declarationem non recipiendam per ea, quæ à se scripta sunt ante. Pro quo etià facit, quod licet Judex habens etiam administrationem restituere nequeat contra sententiam majoris seu Superioris. *l. minor. ff. de minorib. atamen contra sententiam propriam vel eorum, qui æqualem vel inferiorem iurisditionem habent, re-*

stituere possit. Pirh. *cit. n. 86.* juxta Gloss. in *cit. minor. v. non restituat. & l. in causa. ff. de minorib.* Adeoque multò magis id urgere videatur, dum iudicantis cum restituente iurisdictio est eadem, idemque tribunal.

5. Nihilominus limitanda hæc doctrina ita ut restituere nequeat contra sententiam suam, multòque magis contra sententiam Episcopi, ubi hæc transiisset in rem iudicatam. Sbroz. *l. c. n. 8.* citans Imol. Franc. Decium. in *c. tua. de appellat.* Roland. *conf. 38. & 43. in princip. l. 2.* Covar. &c. Delegatus siquidem etiam Principis (intellige etiam ad universitatem causarum) non potest principaliter restituere in integrum contra sententiam suam definitivam; quia postquam sententiam suam semel protulit, functus est suo officio sive bene sive male, ejusque iurisdictio cessat. *c. in literis. de off. Jud. deleg. Pirh. l. c. n. 65.* Nisi tamen talis potestas restituendi ei specialiter commissã sit à Principe, vel ab eo, qui ordinariam iurisditionem cum administratione habet. Pirh. *ibidem.* Quin nec ipsum Judicem ordinarium habentem administrationem posse restituere in integrum contra sententiam definitivam suam, vel etiam Vicarii aut delegati sui, nisi forte is sit Princeps supremus, satis indicat Pirh. *cit. n. 68.* dum ait: *solus Princeps, qui superiorem non recognoscit, ut Imperator aut Rex, potest aliquem adversus sententiam definitivam ipsius Principis vel Vicarii sui, qui vice principis iudicavit, aut delegati ipsius restituere in integrum.* Pro quo citat *l. minor. §. sed etsi. ff. de minorib. l. adversus rem Judic. & ibi Bartol.* Secus tamen est, ubi sententia non esset definitiva, & res non transiisset in iudicatum. Sbroz. *cit. n. 8.* Pirh. *n. 68. v. g.* Ubi sententia esset interlocutoria, ut Pirh. vel etiam ut Sbroz. quando lata esset sententia in contumaciam illius, qui ex forma statuti haberetur pro confesso & convicto, quæ nunquam transiisset in rem iudicatam.

*Questio. 209. An Vicarius concedere possit monitoriales, de quibus Tridentinum Sess. 25. c. 8. nempe contra detinentes res alienas, aut scientes eas detineri ab aliis, ut nisi restituant, vel revelent detentores intra certum tempus, sint excommunicati.*

1. **R**espondeo: In hoc non convenire AA. Primò id non posse Vicarium sine speciali commissione Episcopi, tenent apud Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 42.* Ugol. *de potest. Episc. c. 45. in princip. Campanil. in divers. Rub. juris can. rubric. 11. c. 15.* Narbon. *de appell. à Vicar. ad Episc. p. 1. n. 205.* Barbof. *de potest. Episc. allegat. 46. n. 6. & juris eccles. l. 1. c. 15. n. 20.* Pro hac sententia vide plura adducta per Fagn. *loc. paulo post citanda.* E contra eas posse decernere tam Episcopum quam Vicarium, & quidem in sola Vicariatus commissione, tenent Sbroz. *l. 2. q. 171. n. 2.* Ventrigl. *l. c.* dicens hanc sententiam magis communem ac veriore, ac citans pro ea Henniq. in *sum. l. 13. c. 17. §. 4.* Zerol. in *pr. episc. p. 1. v. Vicarius §. 17.* Suar. *Tom. 5. d. 2. sect. 1. n. 2.* Sayr. *de conf. l. 1. c. 9. n. 33.* Leo *thesaur. for. eccles. p. 3. c. 2. n. 17.* Garc. *p. 5. c. 8. n. 94. 97. & seq.* quam plurimos insuper alios pro hac sententia vide apud Barbof. *l. c. n. 7.* pro qua sententia respondisse ait Fagn. in *c. quoniam. de off. deleg. n. 42.* Pontificem 27. Febr. 1583, posse Vicarium tam Episcopi quam Capituli

concedere has literas monitoriales ad finem revelationis pro rebus deperditis, & addidisse sanctissimam rationem; quia hic est actus jurisdictionis contentiosa, quae comprehenditur sub generali commissione. Afferitur & pro ea à Garc. p. s. c. 8. num. 97. clara declaratio S. Congregat. Concil. *super cit. loc. in Elborensi* sic habens: *Vicarius potest concedere literas monitoriales, de quibus in presente decreto.* Ratio quoque datur, quod verba Concilii, quibus conceditur solis Episcopis decernere dictas monitoriales & excommunicationes, sub nomine Episcopi comprehendant etiam ejus Vicarium. Sbroz. l. c. n. 2. Garc. l. c. n. 95. & posita sint ad excludendum solos inferiores, etiam habentes Episcopalem jurisdictionem, & exemptos & nullius diocesis, ita ut in his exemptis & nullius diocesis, in quibus Episcopi non habent jurisdictionem, recurrendum sit ad sedem Apostolicam, pro ut censuit S. Congreg. Garc. *cit. num. 59.* Vide dicta supra, ubi de potestate Vicarii ad excommunicandum. Possit id ipsum Vicarium Capituli sede vacante, in quod transeunt omnia, quae sunt jurisdictionis necessariae, ut est excommunicationis promulganda facultas, tradit Barbof. *cit. alleg. 96. n. 10.* citatis plurimis.

2. Porrò an & qualiter idem quo ad dictas monitoriales possit Vicarius foraneus, iterum non conveniunt AA. non posse illum illas decernere sine speciali mandato Episcopi certum videtur. Et sic tenent apud Barbof. l. c. n. 9. Lazzar. *tract. de monitor. Sess. 2. q. 5. n. 9.* Ugol. *ubi supra.* Ricc. *resol. 235. &c.* Possit verò id de speciali concessione Episcopi, tenent Gallet. *in margarit. cas. v. litera 2.* apud eundem Barbof. *cit. num. 9.* qui & ipse eam sectari videtur. Dicit eandem probabilem Nerotius p. 2. *lucubr. l. 5. tit. 39. num. 21.* qui etiam pro hoc expressam recitat declarat. S. Congreg. de 7. Sept. 1630. apud Pignat. *loc. paulo post citand.* Qui tamen ipse ait, hanc declarationem procedere in casu omnino particulari, causa rationabili existente ob remotissimam distantiam Ordinarii. E contra hanc facultatem decernendi dictas monitoriales pro rebus deperditis seu subtractis non posse, nequidem ab Episcopo specialiter delegari Vicariis forensibus, sed solum Vicariis generalibus, asserit Pignat. *Tom. 1. Consult. 256.* ita decisum testans à S. Cong. Concil. 15. Junii. 1653. pro quo etiam Fagn. *in c. quoniam. de off. delega. num. 43.* citat aliam declarationem ejusdem S. Congreg. de 8. Febr. 1590. Vide posthæc omnia de hinc monitorialibus fidelissime disputantem Barbof. *cit. alleg. 96. per totam.*

**Questio 210.** *An Vicarius voluntatem puellarum habitum Regularem suscipere, aut professionem emittere volentium explorare possit, ut experietur, an coactæ, an seductæ sint, & an sciant, quid agant & cetera, quae disponit Tridentinum Sess. 25. de Regular. c. 17.*

**R**espondeo id eum non posse presente Episcopo sine ejus speciali mandato. Barbof. *de potest. Episc. alleg. 54. num. 88.* Ventrigl. *Tom. 2. annot. 14. S. 1. num. 43.* Pax Jord. l. 12. tit. 12. num. 195. Sbroz. l. 2. q. 208. Possit verò id Vicarium absente aut impedito Episcopo absque ejus speciali licentia absolute tradit Pax Jord. Idem sentire videtur Sbroz. *loc. cit.* dum ait: *Vicarius absente Episcopo vel impedito, sine ab Episcopo specialiter deputatus explorare debet voluntatem virginis: dum enim casus diversos ponit, in quibus id possit Vicarius, nempe unum, dum Episcopus*

*P. Leuwen. Vicarius Episc. Tom. 14*

absens est, alterum dum ab Episcopo (intellige presente) specialiter ad hoc deputatus est. E contra tamē tradit Ventrigl. quod ne quidem de speciali licentia Episcopi praesentis & non impeditis possit; possit id verò de speciali licentia Episcopi, dum id absens est aut impeditus. citat pro hoc Tambur. *de jure Abbatiss. d. 4. q. 2. num. 7.* Meroll. *Th. mor. d. 7. c. 6. dub. 33. num. 403.* Campanil. *in divers. Jur. Can. Rubric. Rub. 12. c. 16. num. 12.* de dicta exploratione voluntatis puellae suscepturae habitum aut professuram qualiter ea neglecta, Episcopus ejusve Vicarius contra Concilium fecisse censeantur, valeatque nihilominus professio omnia tali exploratione, etsi Abbatissa, quae talem admisit ad habitum & professionem absque dicta exploratione puniri possit & debeat. Vide Barbof. *alleg. 108. a. n. 8.*

**Questio 211.** *An Vicarius creare possit Doctores & Notarios?*

**R**espondeo ad primum: In casu, quo Episcopus forte ex privilegio vel jure aliquo speciali Apostolico posset scholaribus conferre gradum Doctoratus (uti plerisque Episcopos habere hoc privilegium asserit Sbroz. l. 2. q. 29. num. 2. citans pro hoc quamplurimos) Vicarius Episcopi hoc ipsum non poterit. Sbroz. *loc. cit. num. 4.* ea enim, quae de jure speciali competunt Episcopo, non veniunt in generali mandato Vicarii, Sbroz. *num. 5.* subdens *num. 6.* quod nec tale privilegium doctorandi competens Episcopo transeat in Capitulum Sede Episcopali vacante.

2. Ad secundum tamen respondet Sbroz. *loc. cit. num. 10.* quod etsi creare non possit Doctores praeterquam ex speciali mandato, possit tamen creare Notarios tanquam Ordinarius in sua diocesi. Pro quo citat Host. *in c. cum P. de fide instrument. Imol. in c. 1. tit. eod.* Sic idem quoque posse Capitulum Sede vacante tanquam Ordinarium, tradit cum eodem Imol. *loc. cit. Pavin. de potest. capit. sed. vac. p. 1. q. 10. num. 12.* apud Sbroz.

**Questio 212.** *Num Vicarius Episcopi à beneficiis & Vasallis Episcopi recipere possit juramentum fidelitatis?*

**R**espondeo ad primum: Possit Vicarium sine speciali mandato, saltem Episcopo absente aut impedito, recipere juramentum illud fidelitatis, de quo Trident. *Sess. 24. c. 12.* Sbroz. l. 2. q. 119. d. num. 3. receptio enim illius juramenti est jurisdictionis, & quae jurisdictionis sunt regulariter exerceri possunt per Vicarium. Sbroz. *cit. num. 3.* Et sic etiam juramentum fidelitatis recipi potest per procuratorem Sbroz. *loc. cit. num. 4.* citans *c. eam te. de jure jur. & ibi Canonistas.* Constare hæc etiam videtur ex Trident. l. *cit.* ubi ait: *Provisi de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram ejus Vicario seu Officiali Orthodoxæ fidei publicam facere professionem, & in Romana Ecclesia obedientiam se permansuros spondeant ac jurent. Provisi autem de Canonicis & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus non solum coram Episcopo seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere teneantur.*

2. Resp. ad secundum: Vicarius Episcopi sine speciali mandato Episcopi nequit recipere juramentum fidelitatis à Vasallis feudum aliquod Episcopi habitibus; uti nec investituras de novo facere, aut antiquas

G 2

revo.

revocare, nec homagium recipere. Sbroz. cit. q. 119. n. 7. citans Pavin. ubi ante n. 14. qui id negat de capitulo sede vacante; adeoque idem dicendum de Vicario Episcopi, utpote qui strictiorem potestatem habet quam Capitulum, ut Pavin. p. 1. q. 2. n. 2.

**Questio 213.** Num Vicarius possit invocare brachium seculare ad præstandum sibi auxilium?

**R**espondeo posse eodem modo quo Episcopus. Sbroz. l. 2. q. 190. num. 2. Idque sine speciali requisitione & licentia Episcopi. Judici namque Ecclesiastico brachium seculare est præstandum. c. Princeps. c. Administratores. 24. q. 5. Sbroz. l. c. num. 3. citatis Menoch. de arbit. Judic. a. 5. Centur. 5. casu 452. Roland. conf. 37. l. 1. & in specie de Vicario Episcopi Bald. conf. 91. vol. 5. ubi etiam consuluit, Vicarium Episcopi posse mandare potestati, ut faciat retineri eum, qui est in carcensibus suis, nec relaxet sine licentia ipsius Vicarii. Quin & non solum invocare, sed etiam compellere potest iudex Ecclesiasticus secularem Magistratum ad sibi præstandum auxilium sub pœna excommunicationis. Sbroz. num. 5. citatis plurimis.

2. Limitandum tamen hoc ipsum, ubi auxilium brachii secularis iuste & in subsidium petitur. Sbroz. n. 6. citans c. 1. de statu Monachor. & DD. in c. cum non ab homine. de iudic. c. significasti. de off. ordinar. siquidem brachium seculare invocandum non nisi ubi necesse, & servato juris ordine, hoc est, ubi alia juris remedia deficiunt. Sbroz. n. 7. citatis Federic. de Senis conf. 251. col. fin. Covar. qq. pract. c. 10. n. 1. Roland. conf. 37. n. 5. & seq. Felin. Abb. & c. & sic præcedente sententiâ nullâ, non debet concedi brachiû. Feder. de Sen. l. c. Roland. l. c. n. 7. Alciat. in c. 1. de off. ordinar. n. 126. ubi, quod in crimine seculari vel mixto non teneatur iudex secularis præstare Episcopo auxilium, nisi sibi fiat fides de processu. Plura de hoc vide apud Sbroz. à n. 8.

**Questio 214.** Num Vicarius generalis Episcopi possit exequi suam sententiam?

**R**espondeo affirmative. Sbroz. l. 2. q. 129. n. 1. citatis Cuch. instit. jur. can. de Vicar. Episc. num. 66. Conrad. de potest. Vicar. num. 3. Rebuff. in pr. tit. eod. num. 18. Abb. & Innoc. in c. cum ab Ecclesiasticum &c. Secus est in Vicario foraneo, qui non facit idem cum Episcopo tribunal. Sbroz. l. c. n. 2. citans Abb. in c. si quis contra. Num verò delegatus possit exequi sententiam suam, non resolvit Sbroz. sed remittit ad Gloss. & DD. in c. si quis contra.

**Questio 215.** Num Vicarius generalis Episcopi possit se intromittere in causa Vicarii specialis?

**R**espondeo: Dum Episcopus præter Vicarium suum generalem constituit & alium specialem, non posse Vicarium se intromittere in causa ei commissa, tradunt Gemin. in c. licet. de off. Vicar. in 6. n. 13. & Franc. col. 2. apud Sbroz. l. 2. q. 139. n. 2. cum quibus ipse sentire videtur; eò quod Episcopus delegando causam aliquam alicui videatur eam avocare à suo Vicario, ut Innoc. in c. Romana. de appell. Franc. in c. dilecti eod. tit. q. 2. Bertach. de Episc. l. 4. part. 1. n. 25. in fine apud Sbroz. n. 3. Contrarium tamen tenet apud eundem n. 1. Bero. conf. 22. n. 40. vol. 1. eò quod iste Vicarius specialis videatur deputatus accumulative, non autem privative. Quæ ejus ratio magis procedere videtur, dum deputatus esset ad certum aliquod, genus causarum vel pro certa parte

dice ecclesios; non verò illa, ubi deputatus esset ad unam in specie seu in dividuo causam; tum enim prævalere videtur ratio aliorum AA.

**Questio 216.** An Vicarius cogere possit possessorem beneficii ad exhibendum titulum?

**R**espondet Sbroz. l. 2. q. 128. quod cogere possit ad hoc illicitum beneficii possessorem, citat pro hoc c. ordinarii. de off. ordinar. in 6. & Anchar. conf. 60. n. 2. vide de hoc dicta à me alias in Foro benef. ubi de possessione annali & triennali.

**Questio 217.** An Vicarius sine speciali commissione cogere possit Parochos ad sibi adiungendos cooperatores?

**R**espondeo affirmative. Fagn. in c. quoniam. de off. delegat. n. 6. Tridentinum enim Sess. 21. c. 4. committens hoc ipsum Episcopis hæc expressis: Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum, utitur, ut vides, dictione illa etiam, quæ, ut sæpe dictum, est implicativa jurisdictionis ordinari. An verò ex eodem capite erigere possit novas Parochias sine speciali mandato, dicitur alibi, ubi de potestate Vicarii in materia beneficii. Vide tantisper Fagn. l. c. & Sbroz. l. 2. q. 117.

**Questio 218.** Num possit Vicarius imperitis Rectoribus assignare Vicarios aut Coadjutores?

**R**espondeo hoc ipsum, quod Tridentinum Sess. 21. c. 6. committit Episcopis hæc expressis: quia illiterati & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores sacris muneribus apti sunt Officiis, Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati isdem illiterati & imperiti, si alias honesta vita sunt, Coadjutores aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum missæ pro sufficiente victu assignare, vel aliter providere possunt &c. id ipsum inquam non posse sine speciali mandato Episcopi ejus Vicarium generalem, tenet Ventrigl. Tom. 2. annor. 14. §. 1. num. 21. Barbol. de potest. Episc. l. 2. q. 212. num. 1. in fine. Ratio tamen, quam is adjungit, parum probat, nempe quia Vicarius non potest destituere & privare beneficio, uti nec uniones Ecclesiarum revocare; hæc enim valde diversa sunt, & magis ardua, quam imperito Rectori constituere Vicarium aut Coadjutorem temporalem. Melior est ista, quam à pari deducit num. 3. & seq. nempe quod sicut Legatus de latere, qui gerit vices Papæ. c. 1. & c. quod translationem. de off. Legat. non potest dare Episcopis Coadjutores sine speciali mandato Papæ. ut c. quod translationem. Gl. in c. unic. de cler. agrot. in 6. not. 1. ita nec Vicarius Episcopi dare possit Coadjutores Prælati inferioribus vel Rectoribus sine speciali mandato Episcopi. Item sicut datio Coadjutoris Episcopalis videtur esse de majoribus Papæ reservatis cit. c. quod translationem. & ibi Gl. & DD. ita etiam datio Coadjutoris presbyteralis videatur esse de reservatis Episcopo, & consequenter non comprehensa in generali commissione Vicariatus, citat pro hac sua sententia Paris.

Paris. conf. 10. num. 7. vol. 4. Put. decis. 239. in princ. l. 2.

2. Verumtamen inherendo doctrinæ Fagnani, de qua *quest. proced.* videtur contrarium, nempe id posse Vicarium sine speciali mandato ob eandem rationem; quia nimirum Trident. *cit. c. 6.* utitur termino illo *etiam*. Et id non minus spectat ad jurisdictionem ordinariam Episcopi, & erat de jure communi jam ante concessum Episcopo, ut ipse fatetur Sbroz. *cit. num. 1.* ubi: quod etiam antiqui canones probare ob alios Rectores vel etiam inferiorum Prelatorum defectus, nimirum ut iis ab Episcopo statuantur Vicarii vel Coadjutores. Et certe id magis arduum non est, quam adungere Rectori cooperatorem ob amplitudinem Parochiæ, & parochianorum multitudinem: Pari modo ex generali commissione Vicariatus habere Vicarium facultatem deputandi Vicarios idoneos in parochialibus, à quarum residentia rectores absunt dispensati pro hoc à Papa, modo non agatur de exemptis, tradit Fagn. *in c. quoniam de off. deleg. n. 21.* eò quod hæc Vicariorum in hoc casu deputatio jure ordinario ante Tridentinum spectabat ad Episcopos. *c. cum ex eo. §. porro. de elect. in 6. ac proinde Trident. Sess. 6. c. 2.* ubi id committit Episcopis, utatur istis terminis: etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati.

*Questio 219. An sine speciali mandato Episcopi Vicarius constituere possit æconomum in beneficio vacante?*

**R**espondeo, negat hoc ipsum Ventrigl. *l. c. n. 13.* citat pro hoc Sbrozium *l. 2. q. 112.* ubi is de hoc nihil. uti nec *q. 112.* Verum videtur probabilius contrarium deduci ex responsione ad *questiones* binas præced. vide me *For. beneficiaris p. 2. q. 682. n. 3.*

*Questio 220. Num Vicarius possit restituere clausuram monialium, earumque monasteria gubernare, pro ut præcipitur Episcopis, per Tridentinum Sess. 25. de regular. c. 5. & 9.*

**R**espondet affirmativè Fagn. *l. c. n. 26.* ubi: præcipitur Episcopis, ut in monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis vero, id est, exemptis, Sedis Apostolicæ auctoritate procedant: idemque prius statuerat Bonifac. VIII. *c. periculosos. de statu Regular. in 6.* quò fit, ut quò ad non exempta idem jus competat Vicario generali Episcopi; quò vero ad alia non item, nisi ei ab Episcopo specialiter committatur; quia subjiciuntur Episcopo monasteria Sedi Apostolicæ immediate subjecta, quæ prius ei non suberant, jubetur Episcopus simpliciter procedere tanquam delegatus. Unde fit, ut absque speciali commissione hoc jus in Vicarium generalem non transeat.

## CAPUT QUARTUM.

### De potestate Vicarii in re beneficiaria.

#### PARAGRAPHUS I.

De potestate Vicarii circa erectionem extinctionem & ablationem beneficiorum.

*Questio 221. Num Vicarius erigere possit novam dignitatem aut beneficium simplex, seu suam ad hujusmodi erectionem præbere consensum?*

1. **R**espondeo primò: Vicarius novam omnino dignitatem erigere nullatenus potest; quia nec id potest Episcopus, sed pertinet ad Papam. Lotter. *de re benef. l. 1. q. 14. n. 43.*

Sbroz. *l. 2. q. 31. n. 1.* citato Abb. *in c. cum accessissent. de constit. juxta c. 1. dist. 22.* ubi dicitur: omnes sive Patriarchii cujuslibet apices, sive Metropolitani primatus, aut Episcopatum cathedras, vel Ecclesiarum cujuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia, vide me *fori benef. p. 3. q. 264. num. 2.*

2. Respondeo secundo: sed neque dignitates novas, sed quæ aliquando fuerunt in Ecclesia, & collapsæ sunt, quasque Episcopus rursus instituere potest, Vicarius erigere de novo nequit sine speciali mandato Episcopi. Sbroz. *l. c. num. 2.* ubi postquam dixisset: possunt Canonici creare in sua Ecclesia dignitatem non novam, pro ut Archidiaconatum, Archipresbyteratum, modo interveniat auctoritas Episcopi, & deo pro tali dignitate constituatur, ut *cit. c. accesserunt ubi canonice, & in specie abb. n. 4. Felin. n. 14. Decius. n. 9.* Et *n. 3.* quævisisset: an ad hoc sufficiat auctoritas Vicarii, pro ut affirmativè responderat pro Vicario Episcopi Vincentini post *conf. 99. n. 43.* ratione identitatis, quam habet Vicarius cum Episcopo, subjungit *n. 4.* At

*P. Leuven. Vicarius Episc. Tract. 14*

quòd Vicarius hujusmodi auctoritatem non possit interponere sine speciali mandato, probat Jo. de Dio *in c. fin. de off. Vicar. in 6. Federic. de sen. conf. 261. in princ. Felin. in c. cum accessissent. n. 15. & Decius. n. 9.* & contra Vicarium Episcopi Vincentini respondit Jo. Baptist. Ferrer. *conf. 324. n. 4. & latius conf. 343. n. 3.* Uti etiam idem iidem ferè verbis sentit Fagn. *inc. non amplius. de institutionib. n. 79. Barbof. de potest. Episc. allegat. 54. n. 80.* Quin etiam id non posse Vicarium, etsi habeat mandatum cum expressione aliquorum specialium, secutà dein clausulâ generali, tradunt Sbroz. *l. c. n. 9. & Fagn. cit. n. 70. in fine. Ferrer. conf. 327. num. 7.*

3. Respondeo tertio: sed neque sine speciali mandato erigere potest Vicarius novum beneficium in ecclesia, sive ad hoc præstare consensum suum & auctoritatem. Sbroz. *l. 2. q. 32.* citans Ferrer. *ubi ante. Fagn. l. c. n. 80. Barbof. l. c. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 188.* ubi: non valet auctoritatem interponere erectioni novi Canonici aut beneficii, à Canonico, sive ab aliis fundari, ut Felin. *in c. cum accessissent. n. 15. Decius. n. 9.* Et specialiter etiam quòd erigere nequeat Vicarius, habet *ibidem* Pax Jord. Rationem ex Jo. And. dat Fagn. quòd sicut Vicarius Episcopi non potest beneficium conferre, nec illo privare, ita nec illud creare.

*Questio 222. An erigere & constituere possit novas Parochias?*

1. **R**espondeo primò: si sermo est de erectione novæ Parochiæ, quæ fit in loco, ubi nulla fuit, aut de facto est Parochia, sive quæ contingit hinc difmembratione vel divisione antiquæ Parochiæ, pariter loquendum erit de erectione Parochiæ ac alterius beneficii; cum Ecclesia parochialis sit verum beneficium, Et de his parochiis loqui videntur Fagn.

nan. l. 1. n. 80. Pax Jord. l. c. juxta c. ad audientiam il primo de Eccles. adific. & c. nemo. vers. veni. de consecrat. dist. 1.

2. Respondeo secundò; si sermo est de erectione novarum parochiarum, quæ contingit cum divisione antiquarum, id ipsum posse Vicariū sine speciali mandato negat Sbroz. l. 2. q. 117. n. 2. & probat ex textu cit. c. nemo. junctā Glossā. Item ex eo, quod per erectionem novarum Parochialium antiquæ Parochiæ dividantur; adeoque sicut Vicarius non potest dividere Ecclesias sive parochias sine speciali mandato Episcopi (ut fuse probat idem Sbroz. l. c. q. 116. d. n. 3. citatis plurimis) parimodo eas erigere non possit. Verumtamen contrarium, nimirum quod id possit sine speciali mandato Vicarius, tradere videtur Fagn. in c. quoniam. de off. delegat. num. 26. ubi, dum quærit, an Vicarius possit, quæ Episcopo committuntur per Tridentinum Sess. 21. c. 4. (committitur autem ibi illi inter cetera, ut in ijs, intellige, Ecclesiis parochialibus, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas Parochias, etiam in vitiis Rectoribus, juxta formam constitutionis Alex. 3. quæ incipit ad audientiam, constitutere possit) respondet, videre id posse Vicarium propter dictionem illam etiam (quæ utitur Tridentinum dicendo: etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati) quæ, ut dictum, est implicativa jurisdictionis ordinariæ competentis de jure communi, quæ id aliàs quoque poterant Episcopi, juxta cit. c. ad audientiam; ea autem, quæ jurisdictionis ordinariæ sunt, vi generalis commissionis Vicariatus sine speciali mandato transeant in Vicarium. Quod tamen postremum non usque adeò illimitatè loquendo verum videtur; cum plena ad ordinariam Episcopi jurisdictionem spectent, quæ tamen, quia ardua (uti inter ardua numeranda videtur dicta parochiarum erectio) sine speciali Episcopi mandato non transeunt in Vicarium. Quod si tamen etiam obstarent derogationes, provisiones, suspensiones, quibus cit. loc. derogat Tridentinum, indubitatum est, talem facultatem non competere Vicario sine speciali subdelegatione; cum jam ad novas parochias erigendas procedere nequiret Episcopus, nisi jure delegato illi per Tridentinum l. c. dum vi dictarum suspensionum, provisionum &c. sublata ei erat facultas hæc competens ei aliàs jure communi. Fagn. cit. n. 26. plura de his infra, ubi an valeat beneficia dismembrare & dividere.

*Questio 223. Num sicut Episcopus potest beneficia simplicia, etiam jurispatronatus, transferre, quæ ob inopiam restaurari non possunt, in Ecclesias matrices, vel alias viciniores, vocatis, quorum interest juxta dispositionem Tridentini Sess. 21. c. 7. ita idem possit Vicarius?*

**R**espondeo id Vicarium non posse sine speciali mandato, tenent Sbroz. l. 2. q. 117. num. 3. computans id inter ardua. Barbof. de potest. Episc. alleg. 54. n. 81. citans Lso. Thes. fur. Eccles. p. 2. c. 16. num. 17. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 33. citans insuper Meroll. Theol. mor. p. 3. disp. 7. c. 6. dub. 21. num. 999. Fagn. in c. non amplius. de institut. num. 85. ubi expressè: Vicarius generalis absque speciali mandato non potest Ecclesias de loco in locum transferre per Innoc. & Abb. in c. ad hac. de off. Archid. & per DD. in c. sim. de off. Vicar. in 6. Verum in hærendo doctrinæ, quam idem Fagnan. tradit in c. quoniam. de offic. delegati, de qua quæst. præcedens, loquendum hic de hac translatione,

sicut de erectione novarum parochialium; cum Tridentinum non minus cit. loc. utatur dictione illa etiam, quàm Sess. 21. c. 4. & Episcopus non minus de jure communi & ordinaria jurisdictione translationes hujusmodi facere poterat, quàm dictas parochiarum erectiones.

*Questio 224. An Vicarius possit aliquem amovere & privare beneficio officio, aut muneris administratione?*

**R**espondeo non posse Vicarium sine speciali mandato destituere aliquem, seu privare beneficio. Sbroz. l. 2. q. 111. num. 7. citans Anchar. conf. 60. num. 1. Gloss. & DD. in c. 1. de Capell. Monachor. in 6. & gloss. Dominic. Franc. & alios. in c. licet. de off. Vicar. in 6. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 13. Barbof. de off. potest. Episc. allegat. 54. n. 79. Card. de Luca d. 77. n. 14. Potrò etiam in commissione amplissima data Vicario ab Episcopo, in qua dictum fuit, ut omnia possit, quæ ipse Episcopus, adhuc non venit potestas destituendi beneficiatos, juxta Paris. de Resign. l. 7. q. 24. num. 10. Sic jam etiam non poterit Vicarius cognoscere de institutione facta per Episcopum, & ad petitionem patroni removere institutum per Episcopum. Sbroz. l. 2. q. 112. num. 2. citans Lapum in c. licet. de off. Vicar. in 6. Anchar. ibidem num. 2. Gemin. num. 6. Franc. col. 3. Calder. conf. 2. tit. de off. Vicar. Bertach. de Episc. p. 6. l. 4. q. 29. num. 19. Rebuff. in pr. tit. forma Vicar. nu. 156. Cuch. instit. jur. can. de Vicar. Episc. num. 89. & 110. contra Jo. And. & alios. Nec obstat primò, quòd agatur civiliter petendo declarari, præsentatum jus nullum habere. Nam ut Sbroz. l. c. n. 7. citans Anchar. Franc. Gemin. ubi ante, id non militat in præsentatis institutis ab Episcopo, sed in ijs, qui fuerunt instituti ab inferioribus Episcopo. Neque obstat secundò, quòd Vicarius cognoscere possit causas matrimonii carnalis non solum ex eo, quòd secundum Sbrozium cit. num. 6. in fine cognitionem quoque causarum matrimonialium non habeat sine speciali mandato Episcopi; sed etiam ex eo, quòd cognitio illa de institutis ab Episcopo, seu quasi ab eo copulatis Ecclesiæ seu beneficio, videatur esse ex magis arduis, quam cognitio causarum matrimoniorum carnalium. Quòd etiam facit, quòd loco ampliationis addit Sbroz. n. 7. nimirum, quòd adhuc Vicarius nequeat cognoscere de institutione facta ab Episcopo in ordine ad removendum institutum, etiam si in mandato seu commissione Vicariatus exprimerentur aliqua exigentia speciale mandatum, secunda clausula generali; citatis pro hoc Gemin. Franc. Lap. ubi ante.

2. Respondeo secundò: etiam non potest amovere aliquem ab officio vel administratione. Ventrigl. Barbof. loci cit.

3. Respondeo tertio: neque ex generali mandato potest beneficiatos privare exercitio sui muneris, & alios illis subrogare. Et sic, si ob imperitiam vel ob depravatos mores Rectoris constituendus esset Vicarius, id generalis Vicarius non poterit ex generali mandato. Castropal. tract. 13. d. 2. p. 30. n. 4. citans Covar. l. 3. Var. c. 20. n. 7. Barbof. de potest. Episc. allegat. 54. n. 73. ubi is: quòd Coadjutores Vicarios imperitis Rectoribus Ecclesiarum secundum formam Tridentini Sess. 21. c. 6. Sine speciali concessione non licet Vicario deputare &c. ubi notandum, aliud esse deputare talibus coadjutores seu Vicarios, qui coadjuvent, aliud omnino removere Rectores ab exercitio sui muneris.

*Questio*

*Questio 225. Num Vicarius sine speciali mandato possit supprimere Beneficium.*

**R**espondeo negativè. Sbroz. l. 2. n. 117. n. 5. Fagn. in c. non amplius. de institut. n. 74. & 86. citantes Rotam apud Put. decis. 53. l. 3. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 12. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 160.

*Questio 226. An Vicarius possit uniones Beneficiorum revocare.*

**R**espondeo quemadmodum Vicarius sine speciali mandato uniones facere non potest, sic nec uniones factas revocare potest sine tali speciali mandato; ejuſdem enim natura est distractus, cujus est contractus, eademque solemnitas (adde & auctoritas, qua requiritur in construendo, requiritur etiam in destruendo. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 12. citans Meroll. Th. mor. p. 3. c. 6. dub. 24. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 160. Sbroz. l. 2. q. 116. n. 3. contra Gabr. conf. 200. Estque talis dissolutio species aliqua alienationis. Sbroz. l. c. n. 6. Adeòque requirit speciale mandatum. Quamvis autem videri possit Vicarius habens speciale mandatum ad faciendas uniones, habere hoc ipso etiam potestatem dissolvendi uniones saltem à se factas; Cum per eandem causas, per quas res nascitur, per eandem etiam destruitur; contrarium tamen videtur verum, argumento illius quod licet habeat ab Episcopo specialiter potestatem conferendi Beneficia, non habeat hoc ipso quoque facultatem desituendi beneficiatos.

*Questio 227. An Vicarius possit disincumbere Beneficia.*

**R**espondeo negativè. Pax Jord. l. c. vide dicta supra, ubi de dividendis à Vicario Parochiis.

## PARAGRAPHUS II.

De potestate Vicarii circa Juspatronatus præsentationem, institutionem, confirmationem, electionem.

*Questio 228. An Vicarius Generalis Episcopi sine speciali ejusdem consensu reservare possit Juspatronatus seu reservationem illius in constructione Ecclesie, fundatione & dotatione illius autorizare possit consensu suo.*

**R**espondeo negativè. Lotter. de re benef. l. 2. q. 7. n. 3. Castropal. tract. 13. d. 2. p. 2. n. 9. Garc. de benef. p. 5. c. 9. n. 75. citans Calder. conf. 3. de off. Vicar. Ferrer. conf. 327. 343. & 344. Zerol. in pr. p. 1. v. Vicarius §. 11. & 13. & c. Barbol. de potest. Episc. allegat. 54. n. 74. citatis Viviano in pr. juspat. p. 1. l. 1. c. 1. n. 24. Gratian. discept. for. 303. n. 12. Rotam in Neptina juris. 23. mart. 1611. Item Carol. de Luca ad Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 6. Sbroz. l. 1. q. 31. n. 4. citatis plurimis. Card. de Luca. d. 55. de jurep. n. 5. ubi, postquam dixisset: affirmativam (nempe sufficere consensum Vicarii ad erectionem illam primam juspat.) suadet illa ratio non incongrua, quod id non est alienare, sed acquirere, atque rem utilem pro Ecclesia facere, ut sentire visa est Rotam in Auximana juris. 12. Jun. 1615. & in Clausin. juris. 4. Jul. 1636. subjungit: Verum negativa est verior, magisque re-

cepta, & c. contrarium sentientibus Port. conf. 99. n. 43. Apud Sbroz. item Meroll. Th. mor. p. 3. c. 6. dub. 24. n. 75. & 391. Et ratio est, quod sicut conferre & instituere nequit beneficia, ita etiam in eorum erectione imponere nequit illis dictam servitutem. Castrop. Lotter. l. cit. 2. Ampliatur responsio, quod ne quidem id possit Vicarius Episcopo absente à civitate vel Diocesi; eò quod absentia Episcopi non ampliatur facultatem Vicarii, nisi in casibus in jure expressis. Sbroz. l. c. n. 6. ex Ferret. conf. 327. n. 6. Idem tenuisse Rotam in illa Neptina testatur Barbol. l. c. & tenet expressè Tond. qq. benefic. p. 2. c. 4. §. 9. n. 19. ubi: non tamen etiam in remotis & extramontes existente Episcopo, potest donationem jurispatronatus aut ejus erectionem in favorem laici autorizare Vicarius citat Ferret. conf. 327. l. 2. quamvis Sbroz. l. c. n. 7. tenere videatur contrarium, hoc nixus fundamento, quod tradidit l. 2. q. 30. à n. 13. quòd niimirum in absentia Episcopi consensum Episcopi requisitum supplere queat Vicarius. E contra restringit responsionem Carol. de Luca. l. c. ita, ut id non possit Vicarius sine speciali mandato Episcopi, nisi ubi adesset observantia perpetui temporis in contrarium.

3. Porò Vicarium præsumi habuisse sufficientem facultatem (intellige ex speciali concessione Episcopi) præstandi assensum erectioni jurispatronatus, etiam minore ipatio 30. Annorum, censuisset Rotam decis. 702. n. 1. recent. impressa apud Farinac. restatur Barbol. l. c. Sic quoque ait Cardina. de Luca. l. c. n. 6. quòd facilius isto casu (intellige primæ erectionis jurispatronatus, quam in altero donationis vel alterius alienationis jurispatronatus ista facultas præsumprive seu adminiculative admittatur, ut occasione præsumptæ probationis resultantis advertitur; potissimum verò circa præsumptionem resultantem à facultatis concessione circa collationem Beneficiorum, sive ab Episcopi absentia cum longa distantia. Ratio autem differentie inter istum consensum præstandum novæ fundationi, & alterum præstandum alienationi jurispatronatus, quod isto secundo casu mora non ita causare possit irreparabile præjudicium sicut potest in primo; quia scilicet habens bonum propositum fundandi Ecclesiam vel Beneficium potest interim mori vel penitere; ideoque facilius in Vicario absente præsertim Episcopo ista facultas admittenda est. Cardin. de Luca cit. d. 55. n. 6. eadem ferè habens d. 56. n. 8. ubi: in casu fortiori consensu præstandi novæ erectioni aliquam peculiarem rationem habenti, ut in Vicario absente Episcopo talis potestas admittenda, vel de facili præsumenda sit, quia periculum in mora subesse potest, & c.

*Questio 229. Num igitur parimodo sine speciali mandato Vicarius consensu suo autorizare nequeat donationem jurispatronatus.*

**R**espondeo affirmativè. Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 1. Corrad. in prax. benef. l. 4. c. 5. n. 15. Garc. l. c. n. 77. Barbol. l. c. n. 75. citans Zerol. in pr. Episc. v. Vicarius. §. 11. & 11. Rebuff. in pr. tit. forma Vicar. n. 184. Riccium in prax. aurea resolut. 469. Ferret. conf. 344. n. 1. vol. 2. Ugolin. & alios. Tondut. l. c. Card. de Luca de jurep. d. 28. n. 13. citans pro hoc Cavaler. decis. 638. n. 3. Rotam decis. 576. n. 1. p. 1. recent. decis. 224. n. 10. part. 8. decis. 430. n. 3. & 4. p. 9.

2. Ampliatur idipsum, ut id nequeat Vicarius in casu absentie Episcopi. Tondut. l. c. Barbol. cit. n. 77. citans Ferret. conf. 347. n. 17. Corrad. l. c. Card.

de Luc. l. c. n. 14. ubi : ad tertium absentia (sive in casu absentia Episcopi) dicebam regulam esse in contrarium, quod absentia Episcopi non ampliat facultatem Vicarii, ut Rota decis. 377. n. 5. p. 2. recent. Ampliatur secundo; ut non valeat consuetudo in contrarium, nisi sit quadragenaria vel immemorialis; quia talis consuetudo in omnem eventum est contra jus. Corrad. Barbof. l. cit. citante Barbofa pro hoc Ferrer. conf. 345. n. 5. & seq. Rotam decis. 576. p. 1. recent. n. 1. Ampliatur tertio, ut non praesumatur tale mandatum speciale ad hoc concessum Vicario ab Episcopo, etiam ex lapsu longi temporis, nisi sit enunciatum. Corrad. Barbof. loc. cit. Barbofa citante pro hoc Rotam in Lucaria jurispr. 30. Jan. 1614. coram Manzanedo. Ampliatur quarto; ut non possit id ipsum adhuc Vicarius, etiam si haberet suas literas patentes cum clausula generali, nempe: *nec non omnia & quaecunque alia gerendi & exercendi, quae idemmet Episcopus facere posset, si personaliter interesset*: Card. de Luca cit. n. 14. Corrad. loc. cit. ex Anton. de Marin. quotidianar. resolut. resol. 230. n. 8. Ampliatur quinto; etiam si in literis Vicarii contineretur facultas collationis Beneficiorum tam simplicium quam curatorum; nam etsi videretur hinc bene fieri argumentatio a facultate conferendi ad facultatem auctorizandi donationem jurispatronatus, dum ista sit quid majus hac; adeoque Episcopus, qui dedit plus, censendus sit dedisse & minus; minus tamen recte sic concluditur ob rationis diversitatem; tum quia Ecclesiae vacantes non debent pati praedictum diuturnae vacationis; tum etiam ob periculum devolutionis ob collationem non factam in tempore, & in tantum collatio videtur actus necessarius, dum interim donatio jurispatronatus sit actus voluntarius. Ita ferè Card. de Luca. cit. n. 14.

**Questio 230.** Num Vicario in institutione dicenti de iure patronatus in praedictum Episcopi credatur.

**R**espondet negativè Sbroz. l. 2. q. 117. citato Mascard. de probat. concl. 956. n. 28.

**Questio 231.** An, dum presentatio spectat ad Episcopum, Vicarius sine speciali mandato loco illius possit presentare?

**1.** **R**espondeo negativè. Ventrigl. loc. cit. n. 14. Barbof. de Potest. Episc. allegat. 54. n. 82. citans Paul. de Citadin. de iurepat. p. 6. q. 41. & seq. Roch. de curte tract. eod. v. honorificum. q. 5. Lambertin. tract. eod. p. 3. l. 2. a. 5. q. 1. n. 2. Garc. p. 5. c. 8. n. 82. Sbroz. l. 2. q. 10. n. 2. contra Castropal. tract. 13. d. 2. p. 30. n. 15. presentatio enim dici potest donatio. Sbroz. l. c. n. 3. ex Abb. in c. fin. de concess. praebend. n. 5. & ideo eget speciali mandato. Et ut Sbroz. ibidem. n. 4. Procurator sine speciali mandato Domini non potest donare. L. procurator. l. mandato ff. de procur. & l. procuratorum. Codic. eod.

**2.** Ampliatur responsio, ita ut etiam si haberet facultatem conferendi, adhuc nequireret presentate, etsi presentare quid minus sit quam conferre; cum aliud sit conferre, aliud presentare, & dare mandatum ad conferendum non sit ad presentandum. Garc. l. c. n. 83. nisi tamen, ut subjungit Garc. esset adjecta clausula generalis.

**Questio 232.** An Vicarius habens speciale mandatum ad presentandum possit presentare seipsum.

**R**espondet negativè Sbroz. cit. q. 110. n. 5. citans 6. per nostrum de iurepat. Pavin. de potest. capit. sed.

pac. p. 2. q. 5. in fine, ubi id ipsum ampliat; ut neque substitutus presentare possit substituentem. Valet enim hic ratio, quae alias dari solet, cur Procurator (qualis etiam respectu sui Episcopi dicitur Vicarius) constitutus a patrono ad presentandum presentare nequeat seipsum; quia nimirum Beneficium a propria cujusque voluntate originem habere nequit; cum alias esset locus ambitioni, ut Gonzal. ad regul. 8. cancell. gl. 2. n. 27. Castropal. l. c. p. 2. n. 2.

**Questio 233.** An Vicarius habens speciale mandatum ab Episcopo ad presentandum possit presentare illum ipsum Episcopum suum?

**R**espondeo negativè, etiam dum Episcopus Beneficii illius aut dignitatis, ad quae presentatur, capax esset. Habet enim hic locum, quod dixi in Foro Benef. p. 2. q. 164. nempe non posse patronum per alium a se delegatum, sive cui pro ea vice potestatem presentandi commisit, presentari. Et sic procuratorem constitutum a patrono ad presentandum non posse virtute dicti mandati presentare suum patronum, ut Pith. ad tit. de iurep. n. 91. Corrad. in pr. Benef. l. 4. c. 2. n. 17. Castropal. cit. p. 7. n. 3. Paris. de resignat. l. 9. q. 17. n. 113. contra Riccium p. r. for. Eccles. decis. 197. n. 216. apud Corrad. Ratio responsionis est; quia sic Episcopus patronus saltem virtualiter presentaret seipsum. Castropal. loc. cit. cum delegatus & procurator quidquid agit qua talis, non suo sed sui principalis nomine agit, cujus vices gerit. Pith. loc. cit. adeoque idem esset, ac si presentatio facta ab ipso Episcopo Patrono, qui hac ratione ambitionis notam nonevitat. Corrad. l. c. Corrad. l. c. n. 18.

**Questio 234.** An Vicarius sine speciali mandato instituere possit presentatos a patronis?

**1.** **R**espondeo affirmativè. (vide me ipsum Foro benef. p. 2. q. 171.) Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 14. citans Paris. de resignat. l. 7. q. 14. n. 29. Cardin. de Luca de iurepat. d. 64. n. 33. Tondut. qq. Benef. p. 1. c. 118. n. 35. Sbroz. l. 2. q. 111. n. 13. citans n. 1. pro hac sententia ingentem turmam authorum. contra Cardin. in clem. 2. de iurep. q. 2. Imol. ibidem circa finem. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. n. 126. & alios quos citat. n. 3. quin & quod teneatur de necessitate instituere Vicarius, ex Ferrer. conf. 344. n. 2. tradit cit. n. 3. Probatur responsio ex textu c. ex frequentibus. de institut. ubi dicitur, posse clericos institui ab Officialibus Episcopi, qui hoc de jure possunt. Neque dicas, ex hoc contextu potius evinci contrarium; eod quòd, dum dicitur: *Officiales, qui hoc de jure possunt*: intelligantur non omnes Officiales seu Vicarii Episcoporum, sed ii solum, quibus id a jure permillum est, nulli autem Officiali id permillum sit a jure, nisi qui habet speciale ad hoc mandatum Episcopi. Nam ille intellectus dicti textus, ut ait Sbroz. cit. n. 13. ex Abb. in cit. c. ex frequentibus. n. 8. cavillosus est. Nam esto, restringatur illa potestas instituendi ad solos Officiales Episcoporum, qui id de jure possunt, sive quibus id de jure permillum; malè tamen restringeretur ad illos, qui id possunt de speciali mandato Episcopi, sive malè dicitur, illos solos id posse, sive illis solis id a jure permillum, qui ad hoc specialem commissionem habent. Et perperam intelligi dicto modo hunc textum ex eo patet, quòd, cum plures sint Vicariorum Episcopi species, relativum illud qui potius restringit ad Officiales seu Vicarios Episcopi generales [ qui soli id de jure possunt ] ad

exclusionem Vicariorum foraneorum Episcopi; cum Generales illi Vicarii jurisdictionem ordinariam, & idem tribunal cum Episcopo habeant, & instituerent in Beneficio ad jurisdictionem Episcopalem spectat. *c. conquerente. de off. ordinar. & ibi Abb. n. 2. Speculat. tit. de jurisdic. omn. Judic. n. 30. & alii apud Sbroz. cit. n. 13. in fine.*

2. Sed neque responsioni nostræ obstat Tridentinum, dum *sess. 14. c. 13.* disponit, quod non liceat patrono quoquo modo præsentare aliquem ad Beneficia sui juris patronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem institutio ipsius Beneficii pertinet; nam malè ex eo, quod Episcopo competat instituire, inferitur, id non competere quoque ejus Vicario; cum plura quoque alia, etiam vi ipsius Tridentini, competant, & in eo competere dicantur Episcopis, absque eo quod mentio fiat Vicariorum Episcopi, sive absque eo quod eadem expressè dicantur competere quoque Vicariis. Et Tridentinum volens Vicarium Episcopi excludere, uti solet hujusmodi verbis: *Episcopis tantum, non eorum Vicariis sit permissum*: ut *sess. 24. c. 6.* unde jam *cit. c. 13.* prohibetur aliis quam Episcopis instituendi facultas ratione ordinariæ jurisdictionis, quæ residet in Episcopo, quæ ratio militat etiam in ejus Vicario, qui quoque Ordinarius est. *Sbroz. l. c. num. 16.*

3. Ampliat responsionem Sbroz. n. 19. ut etiam Vicarium possit recipere & admittere resignationem simplicem in ejus manibus factam alicujus Beneficii, spectantis ad Episcopi institutionem vel collationem, tanquam ipsius institutionis præambulam. Verùm de hoc melius statuetur ex dicendis paulò infra, ubi quid possit Vicarius circa recipiendas resignationes.

*Questio 235. Num Vicarius instituere possit extra Diæcesim?*

1. **R**espondeo quemadmodum Episcopus ipse extra suam Diæcesim instituere potest, contradicere non comparere, sive ubi institutio facienda non est in judicio contradictorio, ita etiam id poterit ejus Vicarius generalis, quin & alii inferiores, ad quos spectat instituere. Ego *Fori Benef. p. 2. q. 183.* & de Vicario nominatim *Castropal. tract. 13. d. 2. p. 30. n. 17. Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 138. juncto n. 142. Sbroz. l. 2. q. 113. n. 4. citans Gemin. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. Boërium, Rotam, &c.* Est enim talis institutio actus voluntarius & extrajudicialis. *Garc. Castropal. lit. cit. Corrad. pr. benef. l. 4. c. 2. n. 84. citans Franc. in c. fin. de elect. n. 9. Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gl. 62. n. 9. &c.* qui exerceri potest extra territorium proprium AA. iidem. Contrarium tamen apud Sbrozium *l. c. n. 3.* sentiunt *Franc. in c. in generali. de off. Vicar. in 6. Abb. in c. novit. de off. Legat. n. 5. Roch. de jurep. & alii moti per textum c. statutum. in fine de præb. Nituntur Baldus & alii hac ratione: quod licet jurisdictiono voluntaria possit exerceri extra Provinciam ab Ordinario, ut *Bald. l. c. n. 1. Jason. in l. fin. de jurisd. omn. Judic. n. 7. Menoch. de arbit. l. 1. q. 43. n. 19. &c.* apud Sbroz. *l. c. n. 1.* commissio tamen ab inferiore à Principe facta nunquam exerceri possit extra territorium committentis. *Bald. l. c. Bartol. in l. cunctos populos. Cod. de sum. Trinit.* Verùm hæc ratio, ut bene Sbroz. *n. 6.* hic locum non habet; cum loquamur hic non de commillario, qui non est Ordinarius, sed de Ordinario, qualis est Vicarius.*

2. Quod si tamen ad institutionem procederetur

cum causæ cognitione & discussione, intellige judiciali, contradicere apparente, non potest fieri extra Diæcesim seu territorium nec causæ cognitio, seu processus, nec institutio, si sit in sententia sine consensu Judicis loci, & partibus non contradicentibus. Quamvis latâ sententia intra territorium de instituendo institutio ipsa fieri possit extra territorium; quia jam est actus extrajudicialis & voluntariæ jurisdictionis. *Garc. loc. cit. citans Lambert. de jurep. p. 2. l. 2. q. 2. a. 6. & 3. Sanch. de matrim. l. 3. d. 8. n. 6.*

*Questio 236. An Vicarius possit uni ex æqualibus presentatis gratificari?*

**R**espondeo posse Vicarium sine speciali mandato ex sola generali facultate non solum instituere, sed & gratificari in casu gratificationis, modò alias Vicarius habeat mandatum generale non limitatum (potest siquidem expressè aliqua excipere Episcopus in generali commissione Vicariatus, quæ aliàs cum generali illa commissione transeunt in Vicariu. *Sbroz. l. 2. c. 112. n. 5. & 6. juxta dicta à nobis supra*) *Sbroz. in addit. ad q. 111. l. 2. Garc. p. 5. c. 8. n. 88. citans ac recitans decis. Rotæ in Calagurit. Beneficii de Haro. 17. Octob. 1520.* Rationem dat Ventrigl. quod gratificatio illa non sit mera gratia; cum uni ex presentatis teneatur Ordinarius gratificari; quia tenetur unum ex iis instituere. Porro quandam locum habeat gratificatio illa, & qualiter in ea procedendum, vide fusè apud me *For. Benef. p. 2. q. 193.*

*Questio 237. Insinuatio precum Cesararum an & qualiter fieri possit Vicario in casu, quo Episcopus esset collator Beneficii, in ordine ad quod diriguntur preces.*

**R**espondeo in eo casu absente Episcopo insinuatio precum fieri potest ejus Vicario. *Pirhing. ad tit. de præbend. n. 378. Chok. ad preces primarias. pag. 73.* etiam fieri Vicario possit dicta insinuatio, etsi is non esset in Diæcesi; cum quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, possint exerceri extra territorium. *Chokier cit. n. 73.* Quin & si postmodum Episcopus conferat alteri, ejus collatio non valeat, etsi dicat, se ignorasse insinuationem factam suo Vicario. *Chok. l. c. citans Rebuff. de nominat. q. 14. n. 60.* Quod si etiam Episcopo negligente aut recalcante precistæ conferre, hic recurrat ad ejus Vicarium, qui ignarus collationis factæ ab Episcopo alicui, idem Beneficium conferat precistæ, & tertius quoque interim illud idem Beneficium impetrat à Papa, præferendam à Vicario isto factam collationem, si contulit ut executor Apostolicus, vigore precum, asserit *Chok. pag. 72.* eò quod licet Vicarius non possit expedire illa, quæ sunt meræ gratiæ, potest tamen expedire, quæ sunt justitiæ & necessitatis, & sic supplere moram Episcopi.

*Questio 238. An Vicarius possit sine speciali mandato confirmare electos?*

1. **R**espondet affirmativè *Garc. p. 5. c. 8. n. 84.* ubi: *cum ea, que sunt justitiæ & necessitatis, expedit Vicarius, poterit confirmare electos & instituere presentatos.* *Laym. in c. cum in generali. de off. Vic. in 6. n. 8. Pax Jord. l. 12. tit. 1. n. 150. Sbroz. l. 2. q. 70. d. n. 3.* (loquitur autem expressè de confirmatione Abbatum, Priorum, &c. non exemptorum, quin & Episcoporum respectu Vicarii Archi-Episcopi) *cit. atque pro hoc Glos. in c. fin. de off. Vicarii in 6. v. non possunt.* Et *ibidem Jo. And. & Anchar. in ult. q. Gemin.*

Gemin. n. 8. Selvam tract. de Beneficiis. p. 2. q. 14. n. 7. Federic. de Senis tract. de permut. Benef. q. 26. Milis in reperit. v. Vicarius Episc. & alios. Ratio autem, quâ niti illos AA ait; nempe quod aliud sit conferre, aliud confirmare, si plus non addatur, nullius est momenti; neque fat efficax, quam ipse de suo adducit, nempe quod confirmare sit de lege jurisdictionis, ut Calderin. conf. 200. de elect. Pavin. de potest. Capit. fed. Vac. p. 2. q. 2. n. 2. Federic. de Sen. loc. cit. Milis loc. cit. Verf. jurisdictionis effectus. & alii, quos citat. Sbroz. loc. cit. n. 5. quæ autem sunt de lege jurisdictionis, transeunt in Vicarium. Retringit tamen valde Sbroz. hanc suam doctrinam n. 8. ut procedat, ubi Vicarius haberet plenum mandatum cum expressione aliquot specialium & clausula: quod omnia facere posset, quæ Episcopus, etiamsi mandatum speciale exigant.

2. E Contra istiusmodi confirmationes requirere speciale mandatum docent Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 33. Cuchus. instit. jur. can. de Vicario Episc. n. 120. Calder. conf. 1. & alii citati à Sbrozio l. c. n. 2. cum quibus sentit Azor. Instit. mor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. ubi, postquam dixisset, solere Episcopos, dum assumunt Vicarium generalem, concedere ei potestatem confirmandi Abbates, Priores, similesque non exemptos, addit in fine §. confirmationes: hæc tamen potestas in generali mandato non continetur, quare specialiter committitur.

Questio 239. An Vicarius extra Diocesim constitutus possit confirmare electos.

Respondeo de hoc pariformiter ac de institutione loquendum. Sic confirmationem fieri posse extra Diocesim, si fieret sine iudicio contradictorio ex sola informatione superioris de electo; secus, si in contradictorio, tradit Sbroz. l. 2. q. 70. n. 7. citatis pluribus. Idem dicit Garc. p. 5. c. 8. n. 142. ubi: melius ac distinctius dicendum est cum Lambert. de jurep. p. 2. l. 2. q. 2. a. 6. quod si ad institutionem vel confirmationem proceditur judicialiter, & cum causa, cognitione seu instante contradictore curia seu fiscali (adde vel aliis in forma iudicii per assignationem auditorii seu stratorum, ut solet fieri) non potest fieri extra territorium nec cause cognitio seu processus, nec institutio vel confirmatio, si sit in sententia, &c. sequentia vide quest. ante hanc 4. n. 2. Loquitur autem Garc. loc. cit. ut patet ex n. 138. n. 6. expresse tam de Vicario quam Episcopo confirman- te.

### PARAGRAPHUS III.

De potestate Vicarii circa collationem & resignationem Beneficiorum.

Questio 240. An Vicarius sine speciali mandato conferre possit Beneficia spectantia ad collationem Episcopi.

1. Respondeo. negativè Paris. de resignat. l. 9. q. Tondut. qq. benef. p. 2. c. 118. n. 5. Pirh. ad tit. 7. n. 32. de off. Vicar. n. 49. Garc. p. 5. c. 8. n. 80. Selv. de benef. p. 2. c. 14. Ventrigl. Tom. 2. annor. 14. §. 1. n. 8. Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. n. 2. Sbroz. l. 2. q. 71. citans quam plurimos juxta c. finale. de off. vicar. in 6. Ratio est, quod quæ meræ sunt gratiæ, Vicarius expedire nequit sine speciali mandato; collatio autem Beneficiorum, cum sit quædam donatio, c. relatum. de præb. c. post electionem. de concess. præb. est quid meræ gratiæ, Garc. loc. n. 81.

2. Ampliatur responsio primò: ut, etiamsi Vicarius haberet generalissimam commissionem, etiam cum clausula, ut possit omnia facere, quæ potest Episcopus, adhuc nequeat conferre Beneficia. Ventrigl. loc. cit. citatis Anton. de Butrio conf. 9. Col. 2. 3. 4. Pavin. de potest. capit. fed. vac. q. 10. Decio. conf. 128. col. 1. uti hoc firmat ex eo, quod is, cui concessa etiam libera bonorum administratio, non valeat adhuc donare, l. contra jus. ff. de pællis. l. filiusfamil. ff. de donat. Garc. cit. n. 81.

3. Ampliatur secundò: ut adhuc conferre nequeat, etiamsi haberet potestatem eligendi, præsentandi cum clausula; & alia majora faciendi. Pax-Jord. l. 12. tit. 1. n. 165. Sbroz. l. c. n. 17. citans Paris. conf. 41. vol. 4. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 51. & seq. Bertrand. conf. 133. col. 1. l. 2. Gemin. in c. cum illis. de præb. in 6. &c. Per citatum hunc textum, ubi dicitur; quod unus specialis modus alterum non comprehendat.

4. Ampliatur tertio: ut ne quidem Vicarii Episcoporum constituti à Papa conferre possint sine mandato Episcopi, nisi forte haberent mandatum ad hoc speciale ab ipso Papa. Sbroz. l. c. n. 25.

5. Ampliatur quarto: ut etiam Vicarius constitutus in Urbe id nequeat sine speciali Papæ mandato, Garc. l. c. n. 182. citans Pavin. ubi ante. n. 19. Rebuff. in pr. l. c. n. 16. Gambar. de off. Legat. l. 3. n. 708. contra Coral. p. 2. c. 1. n. 17. idque ut Garc. n. 183. & Sbroz. l. c. n. 4. juncto n. 7. citatis pluribus. Etiam si dictus Vicarius esset Cardinalis, citat pro hoc Garcias Rebuffum ubi ante. n. 64. & 70. Gambar. l. c. Bald. in l. aliquando. ff. de off. proconsul. Aliud tamen dicendum de Cardinale Legato Urbis, qui Papæ ab urbe absente conferre potest Beneficia consistentia intra limites Legationis, etiam Urbis, nisi obstat reservatio. Atque ita aliud est in Cardinale Legato Urbis, quàm in Cardinale Urbis Vicario. Sbroz. l. c. n. 7. Garc. n. 186. citans Gamb. Rebuff. Bald. ubi ante.

6. Ampliatur quinto: ut etiam Beneficia devoluta ad Episcopum, quæ aliàs sede vacante per capitulum conferri possent, nequeat conferre Vicarius Episcopi sine speciali mandato. Pax-Jord. l. c. n. 162. Sbroz. l. c. n. 15. citans Milis in reperit. v. Vicarius.

7. Ampliatur sexto: Ut, etiamsi haberet potestatem recipiendi resignationes factas simpliciter, vel etiam permutationis gratiâ, ut adhuc non possit sine speciali mandato resignata conferre. Sbroz. n. 9. juncto n. 13. de quo tamen, in quantum tangit collationem Beneficiorum resignatorum permutationis gratiâ, videbimus paulò infra.

8. Quod si tamen concessa Vicario potestas providendi Beneficia, poterit quoque ea conferre; quia verbum providere est latum, comprehenditque institutionem, confirmationem, &c. Sbroz. l. c. n. 27. & 28. citans Rebuff. ubi ante n. 50.

Questio 241. An Vicarius sine speciali mandato consentire possit collationi faciendæ per alterum.

Respondeo dum ad Episcopum spectet consentire collationi faciendæ per alterum v. g. per capitulum, Vicarius sine speciali mandato Episcopi consensum hunc loco Episcopi præstare nequit, Barbol. de potest. Episc. allegat. 54. n. 61. Castropal. tract. 13. d. 2. p. 30. n. 3. citans Gratian. discip. for. c. 303. n. 1. Rebuff. in pr. de Vicar. Episc. n. 9. Azor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 3. Pax-Jord. l. c. n. 166. Sbroz. cit. q. 71. n. 19.

**n. 19.** citatis plurimis. Quia qui donare non potest, nec donanti valet consentire. *l. creditor. c. de donat. inter vir & uxor. l. cum quis. ff. de reg. jur. & qui consentit donanti rem ipsam donare videtur. l. que dotis. ff. solut. matrim. ubi Bald. col. 3. l. si liqueat. ubi Bald. not. 20. c. de inoffic. donat.* (quos textus citat Sbroz. *loc. cit. n. 20.* & ex eo Pax-Jord. & Azor. *loc. cit.*) ergo pari modo consentiens collationi conferre videtur, quod nequit Vicarius sine speciali commissione. Sbroz. Pax-Jord. *loc. cit.* Extenditurque responsionem Sbroz. *loc. cit. n. 22.* & ex eo verbotenus Pax-Jord. *l. c. n. 168.* ut procedat Episcopo etiam absente, pro quo citat Federic. *conf. 264. n. 1.* Bertach. *de Episc. l. 4. p. 6. tit. de vicar. Episc. n. 16.* Selv. *tract. de benef. p. 2. q. 14. n. 10.* Cuch. *instit. jur. can. de vicar. Episc. n. 87.*

**Quaestio 242.** An Vicarius, postquam in concursu elegit magis idoneum, possit eodem vigore generalis mandati conferre parochiam, dum ejus collatio spectat ad Episcopum.

**1.** Respondet Fagn. *in c. ex frequentibus. de Instit. n. 3.* affirmative; eo quod licet Vicarius ex generali mandato facere nequeat collationes voluntarias, seu quae ex mera voluntate conferentis dependent, quia sunt species donationis, possit tamen facere collationes necessarias; ut nominatis Beneficia conferre, praesentatos instituere, &c. Quia tunc non exercetur aliqua liberalitas. Unde cum hodie dum necessaria effecta sit collatio Parochialis, quod ad illum qui est electus tanquam magis idoneus inter probatos ab Examinatoribus synodalibus (ut patet ex Concilio Trid. *sess. 24. c. 18.* verbis illis: *Et non alteri collatio fiat ab eo, ad quem spectabit illam conferre*) sequitur, ut veniat in generali mandato; cum non sit amplius species donationis; ac ita, ut inquit Fagn. *loc. cit. n. 8.* jam correcta ratio textus *cap. fin. de off. vic. in 6.*

**2.** Verum contrarium tradit Garc. *p. 5. c. 7. d. n. 83.* ubi postquam praemisisset *n. 81.* Rotam in causa sua, nempe *Abulensi Parochialis de la calcada 1. Febr. 1593.* censuisse, quod etsi ex eo, quod Parochiales ex dispositione Tridentini *sess. 24. c. 18.* sint conferendae magis idoneis repertis, collatio earum sit de iustitia & necessaria, adhuc tamen sede vacante non potuisse conferre ex eo capite, quod iste casus non sit in iure expressus, & in collationibus Beneficiorum nunquam capitulum sede vacante succedit, nisi in casibus in iure expressis. Postquam inquam haec praemisisset Garcias, subiungit *cit. n. 83.* postea tamen Domini coram Cardinale Blancheto magis ierunt in hoc, quod collatio parochialis, etiam hodie, non sit necessaria, quia tota radicatur in mera voluntate Episcopi, qui potest abstinere ab illa, & permittere, ut per lapsum temporis jus devolvatur ad superiorem, nec ad eam per alium cogi potest. Quod fundamentum videtur magis iuridicum ex consistit. Pii V. ex qua Episcopo non conferente parochialem intra sex menses, ejus provisio libera devolvitur ad Papam, quamvis factus esset concursus, & etiam ex approbato magis idoneo electus. Unde apparet electum ex approbato magis idoneo non habere jus ad parochiam, nec ei debitam absolute, ut sic collatio ejus dici possit necessaria, sed solum Episcopum, si valet conferre, debere conferri uni ex approbato in concursu quem magis idoneum iudicaverit & elegerit. Et si talis magis idoneus haberet eo ipso jus aliquod ad parochiam, non fieret devolutio, &c. Nihilominus tamen, ut habet Garc. *cit. n. 90.* cum filius patrimonialis in concursu magis idoneus iudicatus habeat jus ad beneficium, & ei absolute debeat sicut praesentato,

ita ut Ordinarius per superiorem possit compelli, ut ei conferatur, videtur collatio vere necessaria & de iustitia, & consequenter in ea succedit capitulum sede vacante, & esse longe diversum in parochialibus & in materiis collationis necessariae & iustitiae, appellatione Ordinarii venit capitulum sede vacante, sicut etiam venit Vicarius Episcopi; quamvis ad effectum, ut intret alternativa & indultum Cardinalium, dicatur libera collatio; cum fiat sine praesentatione & interventu alterius. Id tamen non procedat stante *regul. 2. Cancell. reservatoria beneficiorum vacantium sede Episcopali vacante*, in qua includuntur etiam beneficia patrimonialia, quae providentur per Episcopum absque alterius praesentatione vel electione, nisi adsit indultum in contrarium. Ita fere Garcias.

**Quaestio 243.** An Vicarius habens speciale mandatum recipiendi resignationes factas per mutationis gratia, possit absque alio speciali mandato beneficia ex causa permutationis coram se resignata permutantibus conferre.

**1.** Respondet negant idipsum Rota *decis. 1. de renunc. alias 43. in antiq. Calderin. conf. 3. de renunc. Roman. conf. 330. n. 5.* Felin. *in c. auditis. de praescript. n. 13.* Staphil. *de lit. grat. tit. de variis mod. vacat. ex n. 23.* Rebuff. *in pr. tit. form. Vicar. n. 107. & seq. & alii apud Garciam p. 5. c. 8. num. 107.* quibuscum sentit Sbroz. *l. 2. q. 71. n. 9.*

**2.** Affirmant è contra Garc. *loc. cit. n. 104. juncta n. 108.* citans Dominic. *in c. fin. de off. Vicar. in 6. n. 10.* Coraf. *p. 2. c. 8. n. 2.* Zechum. *de benef. & pens. c. 2.* Item Ventrigl. *tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 11.* citans Gemin. *in c. final. de off. Vicar. in 6. n. 10.* Bellam. *decis. 94. col. 2.* Paris. *de resignat. l. 7. q. 14. n. 62.* Nisi hac ratione, quod collatio illa non sit voluntatis & libera sed necessitatis, & quia verisimile est, quod Episcopus dando potestatem recipiendi resignationes ex causa permutationis voluerit (etsi id non expresse rit) dare potestatem faciendi collationem, quae necessario illis fieri debet, maxime quia in permutatione eodem contextu solita admitti ut iusque renunciatio, & pariter fieri utriusque collatio.

**Quaestio 244.** An Vicarius sine speciali mandato conferre possit beneficia patrimonialia.

**1.** Respondet affirmative Garcias *loc. cit. n. 109.* in fine ex eodem fundamento, nempe quod necessario facienda collatio tali personae, adeoque non sit libera & voluntatis. Et sic in terminis beneficiorum patrimonialium tenuisse Rotam, in *Calagurrit. beneficii de ascarca. 17. Maij. 1596.* testatur Garc. *p. 5. c. 7. n. 89.* In qua decisione dicitur quoque illam in proposito dici collationem necessariam; ad quam Episcopus tenetur & potest compelli, & quae incipit à tertio, ut à patrono; non autem, quando totus actus dependet ab illius potestate.

**2.** Negat è contra Gonz. *ad regul. 8. gl. 9. §. 1. n. 78.* nixus contraria ratione; nempe quod collatio talium beneficiorum sit adhuc libera. Pro quo *n. 75.* citat Achill. *de Grass. decis. 5. n. 1. & 3. de privileg. Put. decis. 162. n. 3. l. 2.* Rotam in *Abulensi. parochialis 12. Jun. 1594.* & sic consequenter tradit Gonz. *l. c. n. 77.* ob dictam rationem (quia nimirum talis collatio est libera) non posse Capitulum sede vacante aut ejus Vicarium conferre istiusmodi beneficia patrimonialia, ut collationem talem factam à capitulo sede vacante nullam declaratam fuisse à Rota in *Calagurrit. benef. de Arcaya. 26. April. 1596.*

Quaestio

*Quaestio 245. An sine speciali facultate Vicarius conferre possit beneficia denominatis.*

**R**espondeo affirmativam tenent Fagn. l. 6. Garc. l. c. n. 109. ubi: Verius videtur, Vicarium ex generali mandato posse conferre beneficia denominatis, & facere aliam quamlibet collationem necessariam, ut tenere videtur Probis ad Monach. in c. fin. de off. Vicar. in 6. n. 5.

2. E contra apud Garc. n. 105. id negant Selv. p. 2. q. 14. n. 4. Rebuff. de nominat. q. 17. n. 26. alias 7. Coraf. p. 4. c. 4. n. 13. Idque, etiamsi admittant collationem talem non esse liberam sed necessariam.

*Quaestio 246. Num Episcopus possit Vicario concedere facultatem conferendi beneficia, & quidem omnia spectantia ad suam collationem.*

**R**espondeo ad primum affirmativè. Castropal. l. 2. d. 2. p. 30. n. 3. cum communi, & supponunt id AA. uti patebit ex responsionibus ad sequens, quin & Castropal. ibidem ait, ferè semper solere illi concedi hanc facultatem.

2. Ad secundum quoque affirmativè. Azor. p. 2. l. 3. q. 1. citans Gl. in c. ult. de off. Vicar. in 6. v. commissa.

*Quaestio 247. An Episcopus concedere possit facultatem conferendi omnia beneficia alteri quam Vicario suo.*

**R**espondeo negativè. Sbroz. l. 1. q. 52. n. 26. Garc. p. 5. c. 8. n. 119. citans Selv. de benef. p. 2. q. 21. Quintadven. l. 1. ecclesiasticon. c. 5. n. 7. Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Epif. à n. 15. & tit. form. vicar. n. 2. Franc. in c. fin. de off. vicar. Fagn. in c. presentata. de testibus n. 14. juxta c. constitutus. de concess. preb. & c. statutum. de preb. in 6.

*Quaestio 248. An Vicarius, cui committi potest collatio beneficiorum, debeat esse generalis tam in spiritualibus quam temporalibus.*

**R**espondeo imprimis debet esse generalis. AA. citati pro responsione ad quæst. præced. Unde jam Vicario foraneo non solere, sed nec posse, hanc facultatem concedi ab Episcopo, habet communis sententia, pro qua à Castropal. l. c. n. 5. citantur Gl. ult. in c. statutum. de preb. in 6. & in c. deliberatione. de off. delegat. in 6. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. n. 15. & plures alii apud Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. Et sic expresse docet Pirh. ad tit. de off. Vicar. n. 50. Ubi: non potest autem alteri quam Vicario generali Episcopus vel alius Papæ inferior committere in genere vel in specie potestatem conferendis beneficia vacatura. Eadem ferè habet Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. n. 3. Hoc ipsum tamen intelligendum de potestate conferendi beneficia totius Diæcesis; de potestate namque conferendi beneficia certi loci alicujus non videtur, cur committi nequeat Vicario foraneo Episcopi, tamen generalis non sit. Castropal. l. c. Idem volunt Garc. p. 5. c. 8. n. 125. Sbroz. l. 1. q. 53. n. 5. dum dicit, sufficere esse Vicarium generalem certi loci, ut committatur ei hæc conferendi facultas, licet, ut expresse addit Garc. alias non sit Vicarius generalis.

2. Respondeo ad secundum: Ut Vicario committatur hæc facultas conferendi, non requiritur, ut sit quoque Vicarius in temporalibus, ut volunt Pavin. de potestate capit. sed. vac. q. 10. num. 31. Re-

buff. & alii apud Garciam. l. c. n. 126. & velle etiam videtur Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 7. & in terminis vult Sbroz. l. 2. q. 90. ubi: illud vidi notari per Od. Episcopum non posse committere beneficiorum collationem Vicario, qui non habet administrationem temporalium, ut per Matris in repertor. V. Vicarius Episcopi. Nituntur hi AA. hoc fundamento, quod Vicarius generalis is tantum dicitur, qui in spiritualibus & temporalibus est creatus, ut Rebuff. tit. de Vicariis. n. 18. & tit. de devolut. n. 59. Pavin. ubi ante. n. 6. Bonifac. in clem. est si principalis. de rescrip. n. 28. Cuchus & c. apud Garc. n. 121. quibus consentit Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. Sed sufficit esse Vicarium generalem in spiritualibus juxta subjectam materiam collationis beneficiorum, quæ spiritualis est. Garc. l. c. n. 122. Castropal. l. c. n. 6. Contrario nixi fundamento, nempe quod Vicarius in spiritualibus tantum constitutus absolute dicatur Vicarius generalis, pro ut præter Garc. & Castrop. apud illos tenent Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. n. 11. Sbroz. l. 1. q. 25. n. 4. citatis pluribus. Paris. de resignat. l. 8. q. 7. n. 187. & constat. ex c. cum nullus de tempor. ordinat. Trid. sess. 13. c. 2. & ex Brevibus Apostolicis, quibus committuntur aliqua Episcopis seu eorum Vicariis, Vicariis hi in spiritualibus appellantur generales.

*Quaestio 249. Num Episcopus constituere possit specialem Vicarium ad conferenda beneficia.*

**R**espondet negativè Sbroz. l. 1. q. 52. à n. 2. citans Jo. Andr. in c. deliberatione §. prohibemus. de off. Legat. Gemin. in c. fin. de off. Vicar. m. 6. n. 9. Abb. in c. constitutus. de concess. preb. n. 5. Bellam. de cis. 343. Oldrad. cons. 77. Paris. cons. 50. n. 1. vol. 4. Selv. tract. de benef. p. 2. q. 22. n. 1. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 7. Covar. l. 3. var. c. 20. n. 6. & plures alios contra Bissign. ad Rotam decis. 2. tit. de concess. preb. Staphil. & c. Sequitur hæc responsio ex ea, quam dedimus paulò ante: quod nimirum Episcopus collationem beneficiorum committere possit alteri quam Vicario suo generali in spiritualibus juxta textum c. statutum. de preb. in 6. v. tantummodo. Probatur quoque ex c. deliberatione. §. prohibemus. de off. legat. in 6. ubi prohibetur expresse Legato, etiam de latere, ne in genere vel in specie cuiquam committat seu det potestatem recipiendi resignationes, & conferendi beneficia etiam personis idoneis intra Legationem suam existentia. Ratio autem, quod per dictos textus prohibeatur hujusmodi concessio, est, ne aperiatur via ad vacatura, & periculum captandæ mortis, ut patet ex c. constitutus. de concess. preb. Quæ ratio Concilii Lateranens. cum cesseret, dum committeretur alicui non generalis illa potestas conferendi, quocunque tandem modo vacet beneficium, sed duntaxat, si beneficium vacet per resignationem, inveniatur Sbroz. l. c. n. 4. posse alicui specialiter concedi in eo casu collationem beneficiorum vacaturorum per resignationem.

2. Ampliat responsionem primò Sbroz. à n. 5. & ex eo Azor. p. 2. l. 3. c. 46. q. 1. §. dicitur constitutum. Ut procedat, etiam si Episcopus daret alicui generalem potestatem conferendi, & illum postea crearet Vicarium generalem; quia adhuc diceretur Vicarius generalis ad conferendum tantum, non autem in ceteris spiritualibus; cum illa generalitas restringatur ad specialem concessionem conferendi. Sed quid si crearet illum post concessam illi generalem illam potestatem conferendi

Vica-

Vicarium absolute in spiritualibus? certe jam ab illo tempore creationis in Vicarium generalem in spiritualibus, potestas illa conferendi ex ante illi concessa invalida, dici posset evadere valida, quatenus perseverat nimirum ex post voluntas illa Episcopi, qua vult illum conferre beneficia, cum jam amplius nihil desit, quod minus valide illi conferri possit dicta facultas.

3. Ampliatur ab eodem secundo num. 8. ut procedat, etiam si in literis diceret Episcopus: *Creamus te Vicarium generalem in spiritualibus, quin & in temporalibus specialiter & expresse ad conferendum*; quia diceretur adhuc deputatus ad conferendum tantum, & ideo non valeret ejus constitutio, tanquam expressa illa generalitas restricta fuerit in fraudem legis ad specialem conferendi potestatem. Citat pro hoc Socinum *conf. 260. col. 11. conclus. 5. vol. 2.* Rebuff. Franc. Marc. &c. idemque firmat ex eo, quod quando fit enumeratio specierum post genus, illa enumeratio restringitur in dubio ad illas species juxta L. *sed si adiciatur. ff. pro soc. l. quasitum. §. sed si fundus. ff. de fundo inst. & ibi Bartol.*

4. Ampliatur tertio num. 11. & 12. ut procedat, etiam si consuetudo existeret in contrarium; ut pote qua attendenda non foret: cum quia hac ratione inducitur votum captanda mortis, sit contra bonos mores. Citat pro hoc Socin. ubi ante. Paris. *cit. conf. 50. nu. 11.* Rebuff. in *pr. tit. form. Vicar. num. 10.*

5. Ampliatur ab illo quarto num. 13. ut in eo casu non valeat collatio facta à tali speciali Vicario constituto ad conferendum, etiam si ab Episcopo ratificata foret. Citat Guido Papam *conf. 189.* Rebuff. *loc. cit. num. 11.* datque rationem; quia collatio nulla non potest ratificari, nec retrahi, sed de novo est facienda. *cap. examinata. de confirm. utili vel inutili. ubi Doctor. Socin. in regul. ratihibitionem. de regul. jur. in 6.* Gozad. *conf. 72. Paris. conf. 14. num. 156. vol. 2 1.*

6. Ampliat illam quinto: ut procedat non tantum in Episcopo, sed & in Legato de latere; quia nec is dare potest specialem potestatem conferendi beneficia, & ad hunc actum specialem creare Vicarium, ut Abb. in *cap. constitutus. de concess. prab. num. 2.* & in *cap. fin. tit. eod. num. 6.* Pavin. de *potest. Capit. sede vac. part. 2. quest. 10. num. 34.* Roland. *conf. 47. num. 56. in 1. &c. juxta cit. cap. deliberatione. §. prohibemus. de off. Legat. in 6.* Item ut procedat in quolibet alio habente potestatem conferendi beneficia, ut nec is alteri concedere possit facultatem generalem ea conferendi. *cap. statutum. §. ut hi. de prab. in 6.* Sbroz. *num. 16.* citatis Paris. *conf. 50. num. 1.* Franc. Marc. *quest. 995. num. 15.* militat enim in his quoque eadem ratio, nimirum fraus ad beneficia vacatura.

7. Ampliatur sexto: ut non solum nequeat ad id constituere Vicarium specialem, sed nec procuratorem quidem ratione ejusdem fraudis. Sbroz. *num. 17.* citatis Paris. *ubi ante.* Rebuff. *loc. cit. nu. 12.* Franc. Marc. *nu. 3. & 7.*

8. Restringit è contra Sbroz. *num. 18. & 19.* responsionem, citans pro hoc *cap. is. cui. de prab. in 6. cap. proposuit. de concess. prab. Oldr. conf. 87.* Rebuff. *ubi ante. num. 12.* ut non procedat in summo Pontifice, qui istiusmodi facultatem conferendi bene-

P. Leuen. Vicarius Episc. Tract. 1.

ficia, etiam certa concedere potest. Item in Regibus & Principibus, qui nulla habent jura spiritualia, ad qua creare possunt Vicarios, ut illi creare possint generales procuratores omnium bonorum, dando illis potestatem conferendi & presentandi. Pro quo Sbroz. *cit. num. 19.* citat Paris. *cit. conf. 50. nu. 4.* Rebuff. *loc. cit. n. 13.* Paul. de Citadina. *de jurepat. p. 6. qu. 21.* Roch. *tit. eod. v. honorificum. qu. 5.* Roland. *cit. conf. 47. nu. 54. in 1.*

Quaestio 250. An Episcopus committere possit Vicario etiam generali potestatem conferendi beneficium certum vacaturum?

1. Resp. Negative. Pirh. *ad tit. de offic. Vicar. nu. 50.* Sbroz. *lib. 1. qu. 53. nu. 1.* citans Rotam *decis. 167. de off. Vicar. nu. 2. & seq. in novis. Abb. in c. constitutus. de concess. prab. nu. 5.* Pavin. de *potest. Cap. part. 2. qu. 10. nu. 31.* Oldr. *conf. 77.* Mills in *repercor. v. Vicar. Episc. & plures alios.* Item Laym. in *c. cum in generali. nu. 3.* citans gl. communiter *recept. in c. deliberatione. §. prohibemus. v. cujuscunque. de off. Leg. in 6.* & Doctores communiter in *c. constitutus. & specialiter Rebuff. in pr. tit. de Vicar. Episc. nu. 15.* ubi, quod Episcopus non possit Vicario committere collationem sive respectu certi beneficii, sive respectu certae personae. v. g. dicendo: *Ti-rio conferas beneficium hac in ecclesia vacaturum sive per mortem, sive per resignationem*: tum quia talibus commissionibus praebetur occasio modis illicitis aperiendi viam beneficiis vacaturis, estque periculum, ne mortis machinatione, aut circumventionem resignaturi vacatio beneficii procuretur: tum quia talibus commissionibus determinatis inducuntur beneficiorum reservationes vel expectativa, quae odiosa sunt, & Episcopus non concessit juxta gloss. in *c. dilectus. v. quempiam. de jurepat. & Trid. sess. 24. c. 19.* Laym. *loc. cit.*

2. Ampliat Sbroz. responsionem num. 2. ut locum habeat, etiam si Episcopus daret Vicario generali generalem potestatem conferendi, & postea per secundas literas inhiberet, ne procederet ad secundam collationem, antequam in sinuaret sibi primam, & expectaret secundum responsum, an vellent habere ratum; quia quoad secundas literas non videtur delegata generalis potestas conferendi, & esset in fraudem Concilii Lateranensis, idèbque non valeret, citat pro hoc Jo. Andr. in *cit. cap. constitutus. & ibidem Abb. num. 5.* Butrio. Imol. &c.

3. Poterat tamen committi alicui facultas conferendi beneficia vacatura respectu alicujus loci restricta ad certum locum diocesis, modò ibi sine plura. Laym. in *cap. cum in generali. nu. 3.* Pirh. *loc. cit.* ex Sbroz. *l. 1. qu. 53. nu. 5.* & Rebuff. *ubi ante. nu. 23. & 24.* Potest quoque Episcopus, dum debitum alicui est beneficium in ecclesia quadam; quia v. g. canoniam sine prabenda consecutus est, mandare Vicario suo, ut proximè vacaturam ei conferat; quod enim de jure faciendum est, ut fiat, mandari seu committi potest. Pirh. *num. 15.* Layman. *loc. cit. num. 6.* citans seipsum *Theol. mor. lib. 4. tract. 2. cap. 10. num. 2.* Item potest committere et facultatem recipiendi resignationem certi beneficii, eaque admittè, eidem committere facultatem conferendi: quia sic non committit collationem beneficii vacaturi, sed vacantis.

H

ade

adeoque jam cessat prohibitio. *cap. deliberatione. §. prohibemus, de off. leg. in 6. Laym. Pirh. ll. cit.* Quamvis simul ac conjunctim potestatem certi beneficii resignationem recipiendi, & illud conferendi committere illi non possit *l. 1. q. 52. num. 25. & plerique alii Laym. loc. cit. num. 4. Pirh. loc. cit.* De cetero beneficii alicujus certi actu vacantis collationem committi posse Vicario indubitatum est. *Sbroz. l. 1. q. 53. n. 6. & q. 51. n. 21. citatis Rebuff. ubi ante. n. 14. Abb. in c. constitutus. n. 5. Bellam. decis. 443. & alios cum comuni.*

4. Illud hic ex dictis deducendum & notandum, mandatum conferendi datum Vicario dici speciale, non ex eo, quod detur ad conferenda certa beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis; id enim, ut dictum, non valeret; sed ex eo, quod ad hoc, ut Vicario concessa censetur facultas conferendi beneficia, specialiter debeat exprimi, quod facultas ei detur conferendi beneficia. *Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 113. citans Sbroz. l. 1. q. 53. Pavin. Rebuff. Cuchum &c.*

5. Facultas itaque seu mandatum conferendi respectu beneficiorum vacaturorum generale esse debet: Quale adhuc dici potest si detur ad conferenda beneficia certi loci, seu partis Diocesis; modò ibi sint plura beneficia *Garc. loc. cit. n. 114.* aut ad conferendum in certis mensibus. *Garc. loc. cit. citans Cuchum:* aut ad conferendum in simplicia tantum aut curata tantum, aut certi valoris, aut vacatura per mortem *Garc. ibid. ex Rebuffo.*

*Questio 251. An, ut conferre possit Vicarius, sufficiat, cum habere mandatum generale cum clausula: quod possit omnia, quæ constituens seu Episcopus, seu administrandi omnia sicut ipse Episcopus?*

**R**esp. negativè. *Garc. p. 5. c. 8. n. 118. Castrop. tract. 13. de benef. d. 2. p. 30. n. 8. citans Paris. de resignat. l. 9. q. 7. num. 34.* Ex tali enim clausula cum plena & libera potestate administrandi solum infertur, posse Vicarium ea præstare, quæ ad rectam episcopatus administrationem spectant, non verò posse eum exercere etiam, quæ sunt meræ gratiæ & donationis; in concessione namque administrationis, etiam liberæ, non conceditur potestas donandi. *Castropal. juxta c. fin. de off. Vicar. in 6.*

2. Ampliatur responsio primò, ut procedat, tamen ab Episcopo dicatur Vicario, ut loco sui præstare possit omnia, etiam quæ speciale mandatum requirunt, quale quid est collatio beneficiorum. Nam dum nihil eorum, quæ speciale mandatum requirunt exprimitur, verba illa: etiam illa, quæ speciale mandatum requirunt: habentur pro non adjectis. *Castropal. cit. n. 8. citans c. qui ad agendum, de Procurator. in 6. Molinam. tract. 5. de just. d. 10. num. 9.* Quod si tamen aliquid speciale mandatum requirens exprimeretur, & simul adderetur: *Et alia omnia speciale mandatum requiruntia:* eò ipso ad omnia illa (modò tamen illa omnia generaliter expressa

graviora vel majora non contineant, quam sit illud speciale expressum) mandatum illud conceditur, adeoque etiam ad collationem beneficiorum. *Castropal. ibid. citans Molin. ubi ante. Covar. Abb. Sbroz. l. 1. q. 65. num. 5. & 7. Garc. cit. c. 8. n. 68. & 69.*

3. Ampliatur secundò; ut necdum facultas illa conferendi concessa censetur, dum dicta clausula generalis est talis, ut loco Episcopi Vicarius omnia facere possit, esto speciale mandatum requirant, excepta suppressione beneficiorum, unione illorum aut præsentatione. Ex vi enim adjectæ hujus exceptionationis non conceditur potestas efficiendi quicquam speciale mandatum requirens; si enim per dictam clausulam generalem, seclusa illà exceptione aliquorum, non censetur concedi, quod speciale mandatum requirit, nisi id ipsum in particulari exprimat, jure sic disponente, jam etiam per adjectam illam exceptionem id conceditur; cum illa exceptio non tam ad ampliandam concessioem, quam ad illius restrictionem apponatur, juxta *L. 1. ff. de regul. juris. Castropal. loc. cit. n. 9. ex Covar. l. 2. var. c. 5. num. 4. & maxime n. 8. & 9. & Molin. ubi ante. d. 10. num. 9.* Neque his obstat illud: *exceptio firmat regulam in casibus non exceptis;* nam exceptio firmat Regulam in casibus non exceptis, modò tamen hi casus non excepti comprehendantur sub concessione; adeoque cum in præsentate, jure sic disponente, nullus casus speciale mandatum requirens sub illa concessione comprehendatur, nullus casus speciale mandatum requirens non exceptus firmabitur per talem exceptionem. *Castropal. loc. cit.*

*Quest. 252. An potestas illa conferendi adguatur concessa Vicario ex data eidem facultate admittendi resignationes beneficiorum?*

**R**esp. primò ex data facultate admittendi resignationes absolute & simpliciter factas; non infertur data facultas conferendi resignata. *Castropal. loc. cit. num. 11. citans Barbos. de potest. Episc. alleg. 54. num. 68. Rebuff. in addit. ad Regul. 13. Cancell. Laym. in c. cum in generalis de off. Vicar. in 6.* plus enim est conferre beneficia quam resignationes recipere, ut patet in Capitulo Sede vacante potente recipere resignationes, non tamen conferre beneficia libera collationis spectantia ad Episcopum. *Laym. loc. cit. & quia collatio est actus omnino separatus, & cum resignatione non connexus, Castropal. loc. cit.*

2. Resp. secundò ex facultate data admittendi resignationes ex causa permutationis; censetur quoque data facultas beneficia sic resignata conferendi; eò quod licet conferre beneficia permutantibus distinguatur à receptione & approbatione permutationis seu resignationis factæ permutationis gratiâ; est tamen ita ei connexus, ut recipiens tales resignationes seu approbans permutationem obligetur permutantibus ea conferre; adeoque collatio tunc non est voluntatis sed necessitatis. & sic habet stylus communiter observatus, ut eodem tempore & contextu, quo admittuntur resignationis gratiâ, ipse beneficia

ficia resignata permutantibus conferantur. Unde verisimile est, Episcopum dando potestatem faciendi collationem, quæ necessariò illis fieri debet. Laym. *loc. cit.* n. 6. Castropal. *loc. cit.* n. 13. citans Azor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 6. & Dominic. in c. *fin. de off. Vic. in 6.* Garc. p. 5. c. 5. n. 104. & 108. citans insuper Coral. *de benef. p. 2. c. 8. num. 2.* Zechum *de benef. & pens. c. 2.* contra Rebuff. in *pr. tit. de form. Vicar. n. 104. & 106.* Staphil. *de lit. grat. tit. de var. mod. §. resignationes. num. 23.* Barbof. *ubi supra. n. 68.* Felin. in c. *auditis. de præscrip. n. 3.* apud Castropal.

3. De cetero ex data Vicario facultate admittendi resignationes, non addito: etiam ex causa permutationis, non potest Vicarius admittere resignationes ex causa permutationis factas; quia aliud est admittere resignationes, aliud dare auctoritatem permutare volentibus, ut fit in admissione resignationis permutationis gratiâ. Castropal. *num. 12.* Garc. *num. 110.* Garc. *num. 110.* citantes Rebuff. *ubi ante.* Contra Petrum de Perus. *de permutat. benef. p. 2. q. 6. n. 23.*

*Quæstio 253. An ex data Vicario potestate destituendi seu privandi beneficiis arguatur concessa eidem conferendi?*

**R**esp. negativè. Sicut nec vice versâ concessâ potestate conferendi venit potestas destituendi; tamen enim hæc ferme conjuncta sunt in potestate ordinaria, non tamen delegata seu commissa; cum hæc dependeat à voluntate committentis Laym. *loc. cit. num. 7.* Pirh. *de off. Vicar. num. 53.* Nec obstat, quòd, qui potest destituere, potest etiam instituere & beneficia conferre; nam etsi id verum in habente potestatem ordinariam, non tamen in eo, qui habet destituere specialiter ex delegatione vel commissione. Pirh. *loc. cit.* citans Paris.

*Quæstio 254. Num speciale mandatum conferendi concessum Vicario sit lata interpretatio?*

**R**espond. affirmativè. Castropal. *Tract. 13. d. 2. p. 30. num. 7.* Barbof. *de potest. Episc. alleg. 54. num. 63.* Pax-Jord. *L. 12. tit. 1. num. 171.* Azor. *p. 2. l. 3. c. 44. q. 8.* Sbroz. *L. 2. q. 82. num. 1.* siquidem talis facultas data Vicario, cum sit favor & beneficium cedens in detrimentum solius concedentis, latè, quantum fieri potest, est interpretanda. Castropal. *loc. cit.* ubi illud observandum ex Cucho, *de instit. jur. can. l. 2. tit. 8. num. 90.* apud Pax-Jord. *loc. cit. num. 174.* Quòd lata interpretatio attenditur, præsertim contra concedentem; Respectu vero tertii strictè, quatenus patitur natura verborum. Porrò latissimam illam interpretationem faciendam esse ab aliis, à Principe verò sive ab alio gratiam concedente illius auctoritate posse fieri interpretationem, prout illis placuerit juxta *L. & ideo ff. de ll. c. inter alia. de sentent. excommunicationis.* Unde jam privilegium alicui concessum à Papa ad conferenda beneficia alienæ Diocesis angustè interpretandum esse, utpote aufferens ordinariis collatoribus, & sic tertius conferendi facultatem.

*Quæstio 254. Facultas illa specialiter concessa Vicario conferendi omnia beneficia, quæ spectant ad collationem Episcopi, ad quæ in specie beneficia se extendat?*

1. **R**esp. primò extendit se ad curata. Pax-Jord. Castropal. Barbof. *ll. cit.* Fagn. in c. *de mandato. de Simon. n. 36.* Sbroz. *L. 2. q. 82. n. 1.* citans Cuchum. *instit. jur. can. de Vicar. Episc. num. 91.* Rebuff. in *pr. tit. de form. Vicar. n. 116.* Felin. in c. *causam que. de rescrip. n. 14.* Staphil. & c. Licet enim in provisione non veniant curata, nisi fiat de iis mentio. *c. cum in illis. de præb. in 6.* quia tamen dicta facultas est favorabilis, est amplianda. Sbroz. *loc. cit.* & hæc sub nomine beneficiorum simpliciter prolato veniunt in materia favorabili, & non ambitiosa, & nulli præjudicanti. Castropal. Azor. Barbof. Pax-Jord. Pirh. Fagn. *ll. cit.* Qualiter etiam procurator constitutus ad acceptandum beneficia potest etiam acceptare curata teste Imol. in c. *accedens. de præb. col. 2.* Staphil. *de liter. grat. rubrica. de modo & form. impetrandi. vers. prædicta tamen.* apud Sbroz. *loc. cit. num. 2.*

2. Secundò ad beneficia in Cathedralibus propter easdem rationes. Azor. Pax-Jord. Castropal. Barbof. *ll. cit.*

3. Tertio ad dignitates. Pirh. *cit. n. 50. in fine.* Pax-Jord. Barbof. *ll. cit.* Azor. *loc. cit. q. 7.* Sbroz. *L. 2. q. 81.* citans Gemin. in c. *fin. de off. Vicar. in 6. n. 11.* Lapum. *alleg. 84. num. 10.* Felin. *ubi ante.* Selv. *p. 3. q. 65.* Cuch. *ubi ante. n. 91.* Abb. Mandos. Staphil. & c. Quia in materia favorabili non ambitiosa vel penali, qualis est collatio beneficiorum, veniunt dignitates. Sbroz. *loc. cit. nu. 2.* Quamvis n. 3. dicat, Rebuffum *tit. de form. Vicar. n. 111.* subungere, tutius esse exprimere: *etiam dignitates.*

4. Quarto ad præbendas, capellas, officia & munia ecclesiastica. Pax-Jord. *loc. cit.* Sbroz. *cit. q. 82. num. 1.* citatis pluribus ob eandem rationem.

5. Quintò ad beneficia vacantia jam ante concessam hanc Vicario facultatem conferendi; eò quòd hujusmodi provisio favorabilis sit, & ideo amplianda. Sbroz. *L. 2. q. 84. num. 1.* & ex eo Pax-Jord. *num. 176.*

6. Sexto ad beneficia post concessam illam Vicario facultatem priùs erecta, eò quòd dicta concessio sit favorabilis. Castropal. *loc. cit. n. 7.* Quem secutus fui in *foro benefico. p. 2. q. 690. n. 3.* contra Barbof. *cit. n. 63.* Azor. *cit. q. 8.* Pirh. citantem Rebuff. *ubi ante. n. 124.* tenentes contrarium ex eo fundamento, quòd ea tempore data aut accepta potestatis non fuerint in rerum natura, & quòd id colligi videatur, ut Azor. ex *Clem. literas. de rescrip. juncta gl. quibuscumque* etiam sentit Sbroz. *L. 2. q. 73.* ubi: *ex mandato speciali conferendi non potest Vicarius Episcopi conferre beneficia de novo erecta, nisi in literis Vicariatus (dic potius: in literis concessæ illius specialis facultatis conferendi, si ea seorsim à Vicariatu concessa) singularis quoque facultas conferendi illa etiam noviter erecta exprimat.*

7. Septimò, ad conferenda beneficia, quæ possidet ipse Episcopus, dum Episcopus illa resignasset in manus Superioris, non autem Vicarii. Sbroz. l. 2. q. 85. & ex eo Pax Jord. nu. 176. citantes Put. decis. 94. l. 1.

8. Octavò, ad beneficia spectantia ad Episcopum jure devoluto ob negligentiam vel delictum collatorum; quia ea beneficia confert Episcopus jure ordinario & communi. Pirh. loc. cit. num. 54. (quàmvis ex Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. nu. 88. addat, tutius esse, ut in mandato speciatim exprimat facultas conferendi beneficia, etiam ad Episcopum devoluta) Barbof. cit. alleg. 54. num. 62. Azor. cit. c. 44. q. 2. Castrop. cit. p. 3. nu. 14. Secus tamen est, ubi beneficia essent devoluta ad Episcopum tanquam sedis Apostolicæ delegatum, v. g. ob negligentiam Prælatorum regularium; quia tunc Episcopo ea conferendi potestas non competit jure communi ordinario, sed delegato. Castropal. Azor. Pirh. Barbof. locis cit.

9. Novò, conferre quoque potest vi istius facultatis generalis conferendi beneficia vacantia in mense alternativa. Sbroz. l. 2. q. 86. Pax Jord. loc. cit. nu. 177. Gonz. ad regul. 8. Cancell. gloss. 42. nu. 10. ex Puteo decis. 488. l. 2. testans sic tentum à Rota in una Portugalesi de Galeras. 25. Octob. 1546. Et ratio est; quia clausula generalis: ad conferendum quæcunque beneficia vacatura, quæ potest conferre ipse Episcopus, comprehendit hujusmodi beneficia, quæ poterat conferre Episcopus vi alternativa; tota siquidem potestas est translata in Vicarium vi dictæ clausulæ generalis, quàmvis non exprimat, quòd conferat beneficia vacatura in mensibus Ordinarii vi alternativa. Gonz. cit. nu. 10. ex Put. ubi antè nu. 2. & 6. Quemadmodum etiam Vicarius Cardinalis habens potestatem conferendi omnia beneficia, quæ dictus Cardinalis vigore indulti desuper concessi conferre possit, ut Gonz. loc. cit. ex Germon. de indult. Cardin. §. tibi quoad vixeris, nu. 40. Neque opponas, quòd concessio alternativa sit privilegium, quæ autem conferuntur ab Episcopo vi præcisè privilegii ei concessi, non veniunt in generali potestate conferendi concessa Vicario. Nam per alternativam nullum Episcopis conceditur privilegium, sed tantum tollitur obstaculum & impedimentum, quo vi reservationis Papa reservantis sibi octo menses alias impediatur conferre illis sex mensibus. Gonz. loc. cit. n. 13.

10. Decimò: videtur quoque extendere se dicta facultas conferendi ad beneficia resignata collatori Episcopo. Castropal. loc. cit. num. 10. non obstante, quòd is resignationem recipiendo applicaverit manus. Nam exinde non oritur reservatio, seu quòd Episcopus ea reservavit suæ collationi, uti contingit in summo Pontifice, dum is resignationem acceptavit, & in quo solo illa applicatio manuum locum habet.

*Quæstio 256. Ad qua beneficia conferenda se non extendat ista potestas generalis conferendi?*

1. **R**esp. primò, non extendit se ad beneficia, quorum collatio competit Episcopo non nisi jure speciali, seu ex privilegio; cum privilegium personæ ad alium non transeat. Azor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 2. Castrop. loc. cit. n. 14. Barbof. citat. allegat. 54. n. 62. Pax Jord. loc. cit. nu. 180. Pirh. loc.

cit. n. 50. Laym. in cap. cum in generali, de off. Vicar. in 6. n. 7. citantes Paris. de resign. l. 1. q. 24. in 64. Secus tamen esse, si in ista facultate conferendi exprimat, dari facultatem non solum conferendi ea, quæ jure communi & ordinario, sed etiam quæ jure speciali conferre potest Episcopus, ait Pirh. loc. cit.

2. Secundò, non extendit se ad ea, quæ ad Episcopum tanquam sedis Apostolicæ delegatum devoluta sunt, ut propter negligentiam Prælatorum regularium juxta Clement. unic. de supplend. neglig. Prælator. Pirh. Azor. Barbof. locis cit. Sbroz. l. 2. q. 72. n. 1. ubi is: *Mandatum ad conferenda beneficia procedit in beneficiis spectantibus ad collationem ipsius Episcopi jure ordinario, non autem se extendit ad ea, quæ Episcopus conferre potest autoritate Apostolicâ. Et hæc juxta dicta q. præced. n. 8. Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. loc. cit. n. 2. nimirum nisi idiplum exprimat in dicta facultate, nempe quòd ea detur ad conferenda quoque, quæ jure devoluto autoritate Apostolica spectant ad Episcopum. Ponit loc. cit. Sbroz. formulam, sub qua concedenda facultas in ordine ad conferenda quoque ista beneficia, nimirum: *Damus potestatem conferendi beneficia, quæ nos jure ordinario conferre possumus, & etiam omnia alia, quæ jure devoluto autoritate Apostolicâ, vel quavis aliâ potestate à jure communi vel speciali nobis concessa. Idem est, ut ibidem Sbroz. ac si dicatur: qualitercunque, seu quomodolibet ad nos spectantia.**

3. Tertio, non extendit se ad beneficia vacantia in Curia per obitum (quæ de ceterò conferre potest Ordinarius, dum ea Papa non contulit intra mensem juxta c. statutum. de præb. in 6. de quo vide me in for. benef. p. 2. q. 533.) ita ut ea etiam post elapsum mensem conferre nequeat vi datæ generaliter facultatis conferendi omnia beneficia, nisi id specialiter quoque in dicta facultate exprimat. Sbroz. l. 2. q. 76. n. 1. citans Archid. in cit. c. statutum. in fine. Franc. March. & c.

*Quæstio 257. Num Vicarius vi talis facultatis illi concessa ad conferenda beneficia conferre possit illa præsentè Episcopo.*

1. **R**esp. Si facultas illa restricta est ad tempus absentia Episcopi, indubitatum est, Vicarium conferre non posse præsentè Episcopo. Sbroz. l. 2. q. 72. nu. 1. & ex eo Pax Jord. l. 12. tit. 1. nu. 187. Unde etiam provisò à tali Vicario probanda absentia Episcopi pro tempore factæ collationis; quia istam absentiam habet pro fundamento suæ intentionis; tum etiam, quia præsumitur Episcopus præsens. Sbroz. loc. cit. num. 2. Pax Jord. loc. cit. ex Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. nu. 235. & Cuch. Instir. jur. can. de Vicar. Episc. n. 102. Quòd si tamen Vicarius contulisset innovans præsentiam Episcopi, collationem fore validam, ex Rebuff. in rep. c. postulasti. de cler. excommunic. nu. 34. in 4. referunt Sbroz. & Pax Jord. loc. cit.

2. De ceterò ubi in concessione illa conferendi beneficia mentio nulla fieret de præsentia vel absentia Episcopi, nil verat, quominus Vicarius ea præsentè quoque Episcopo conferre possit. Sbroz. l. 2. q. 87. eò quòd, ut ait, recurri ad Vicarium possit Episcopo præsentè, quemadmodum absente.

*Quaestio 258. An vi concessa talis facultatis conferendi possit quoque commendare Vicarius in casibus, in quibus id potest Episcopus?*

**R** Esp. Affirmativè. Sbroz. l. 2. q. 83. n. 1. Barbof. cit. alleg. 54. num. 64. Azor. cit. cap. 44. qu. 10. Castropal. loc. cit. nu. 15. Pax- Jord. loc. cit. nu. 172. quia conferre est quid majus, quam commendare, & cui vi facultatis alicujus concessa licet aliquid, quod plus est, non potest non eidem licere, quod minus est. Sbroz. Azor. Castropal. locis cit. Proceduntque hac à fortiori, dum dicta facultas concessa esset Vicario sub verbo providendi, Castropal. loc. cit. quia illud significationem latiore habet, omnisque modos provisionis propriissime comprehendit. Castrop. loc. cit. ex Gonz. gl. 17. num. 2. ubi expressè, quod etiam includat commendam citatis pro hoc Gemin. in c. nemo de elect. in 6. nu. 7. Franc. ibidem. num. 5. Rotà de c. 791. num. 9. part. 1. divers. Responsum tamen non procedere in Vicario speciali constituto ad conferendam (posito quod talis constitui possit) ita ut ille commendare nequeat, asserit Sbroz. cit. qu. 83. citatis Gemin. ubi antè. Felin. in cap. auditis. de praescript. num. 12. &c.

*Quaestio 259. An igitur etiam vi talis facultatis possit eligere & presentare, ubi ea spectant ad Episcopum?*

**R** Esp. Respondet affirmativè Azor. loc. cit. ubi expressè: Pari ratione quanto Vicarius accipit specialem facultatem conferendi beneficia, eo ipso intelligitur accepisse potestatem eligendi, instituendi, confirmandi, & presentandi, &c. Idem tenet Castropal. loc. cit. n. 15. citans Lambert. de jurep. part. 1. cap. 2. qu. 4. art. 4. ed quod nomine conferendi in materia favorabili, & in mandatis & facultatibus ordinariis comprehendantur omnes modi providendi, etsi in mandatis otiosis sit contrarium. Procederetque hoc ipsum quoque à fortiori, si facultas illa conferendi ei data sub dicto termino providendi. Gonz. loc. cit. n. 1. citatis quamplurimis.

2. Verùm contrarium tenent Pirh. loc. cit. nu. 52. Laym. in cap. cum in generali. de off. Vicar. nu. 7. Garcias part. 5. cap. 8. num. 83. citans Roch. de Curte v. honorificum. n. 25. ed quod licet conferre longè plus sit, quam presentare, sit tamen etiam longè quid diverium à presentare, adeoque etiam potestas conferendi, & potestas presentandi valde inter se differant, à diversis autem non sit illatio, praesertim in materia stricta. Pro qua posteriore sententia videntur quoque facere illa, quae dicta quaest. ante hanc. 3. nu. 1. nempe quod facultas generalis conferendi non extendat se ad ea beneficia, quorum collatio seu provisio non nisi jure speciali, seu non ordinario competit Episcopo (non enim per jus speciale ibi intelligi videtur solum privilegium) qualia sunt, ad quae eligere vel presentare haberet Episcopus, cum id non haberet de jure ordinario, sed de jure aliquo speciali, v. g. quia vi foundationis à se factae, vel donatione sibi facta haberet jus patronatus.

R. Leuren. Vicarius Episc. Tract. 1.

*Quaestio 260. An facultas conferendi beneficia extendat se quoque ad resignationes recipiendas?*

**R** Esp. Affirmativam probabilem censet Castropal. loc. cit. nu. 10. ed quod resignatio solum potest fieri coram Superiore potente beneficium resignatum conferre, ut gl. in Clem. unic. de renunc. v. manibus, adeoque, cum Vicarius sit Superior, & possit resignata conferre, poterit & resignationes admittere. E contra Pirh. loc. cit. n. 52. absolute negat posse Vicarium vi concessae facultatis conferendi admittere resignationes sive factas simpliciter, sive permutationis gratia; ed quod haec sunt diverfa potestates, à quarum una non liceat argumentari ad alteram. Citat pro hoc Parisium de resign. lib. 7. qu. 24. nu. 15. & 16.

*Quaestio 261. An Vicarius conferens vi dictae facultatis sibi concessa conferat tanquam Ordinarius?*

**R** Esp. Negativè, sed dicitur illa conferre tanquam delegatus seu specialis commissarius. Sbroz. lib. 2. qu. 88. nu. 1. citans Felin. in cap. licet. de off. Ordinar. col. 1. Pavin. de potest. Capit. sede vac. part. 2. qu. 10. nu. 31. Paris. cons. 80. nu. 13. in 4. Cuch. Insti. jur. can. de Vicar. Episc. nu. 112. Unde jam etiam à tali collatione appellari poterit ad Episcopum. Sbroz. loc. cit. nu. 2. citatis Pavin. Paris. ubi antè. Gemin. Franc. in cap. 2. de off. Vicar. in 6. Cuch. n. 13. Milisiam repertor. v. Vicar. Episc.

*Quaestio 262. Num Episcopus, postquam Vicario suo contulit dictam facultatem, possit adhuc concurrere cum illo, illumque praevenerè in conferendo?*

**R** Esp. Affirmativè. Barbof. cit. alleg. 54. n. 65. Pax- Jord. cit. loc. nu. 181. Azor. cit. cap. 44. qu. 12. Pirh. ad tit. de off. Vicar. nu. 55. Laym. ad c. cum in generali. tit. eod. in 6. nu. 2. Sbroz. l. 2. qu. 93. citans quamplurimos. Dando enim istam facultatem Vicario, non dedit illam privativè, seu privando se illa, sed cumulativè, retinendo semper sibi quoad hoc majore potestate, quemadmodum dicitur de Papa concedente Episcopis alternativam, quin &c, ut Sbroz. loc. cit. nu. 3. per collationem factam ab Episcopo Vicarius censetur revocatus quoad illam collationem.

2. Unde jam etiam, si uterque Episcopus & Vicarius contulissent, & non constaret, quis eorum prius contulisset, praeferi debet collatio facta ab Episcopo. Azor. Pirh. Laym. Pax Jord. locis cit. Sbroz. lib. 2. qu. 94. Ampliatur idiplum, ut procedat, etiam si Episcopus contulerit beneficium extra diocesis in eadem die, quo contulit Vicarius. Pirh. ex Sbroz. loc. cit. num. 3. citante pro hoc Lambert. de jurep. lib. 2. part. 3. qu. 3. art. 3. Covar. lib. 3. variar. resol. cap. 20. num. 8. Cuch. ubi antè. nu. 97. Restringitur è contra, ut non procedat, ubi provisos à Vicario accepisset jam possessionem ante provisos ab Episcopo; quia melior est conditio possidentis. Sbroz. loc. cit. nu. 5. citans Cuch. ubi antè, num. 44. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. num. 213. Item si in collatione facta à Vicario adesset dies & hora, & in collatione facta ab Episcopo tantum adesset dies. Idque ideo, quia collatio

H 3

tio

tio Vicarii magis determinatum tempus habet. Sbroz. citans Jason, in l. i. ff. solut. matrim. n. 6. quemadmodum hæc dicuntur de Papa concurrente cum inferioribus collatoribus. Item si proviſus à Vicario prius acceptasset collationem sibi factam. Sbroz. num. 8. Porro quæ hic dicta de Vicario & Episcopo, Sbroz. loc. cit. num. 4. extendit ad Capitulum sede vacante, ejusque Vicarium, ita ut præveniens vel in dubio collatio à Capitulo facta prævaleat collationi factæ à Vicario, cui à Capitulo potestas illa conferendi commissa. citat pro hoc Pavin. de potest. Capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. n. 21. Calder. cons. 11. de off. Vicar.

*Quæstio 263. An Vicarius instructus facultate conferendi, conferre possit beneficia constituta extra provinciam.*

1. **R** Esp. affirmative, Fag. an. in c. presentata. de Testibus. n. 12. Sbroz. l. 2. q. 102. n. 4. citatis quamplur. Castropal. Tract. 13. d. 2. p. 30. d. 16. citans Azor. infl. mor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 9. Garcias, p. 5. c. 8. n. 126. citans Covar. l. 3. var. c. 20. n. 28. Sanch. de matrim. l. 3. d. 34. num. 19. Paris. de resign. l. 2. q. 24. n. 32. Menoch. de arbit. l. 1. q. 43. num. 19. Lamb. de jurep. p. 2. l. 2. q. 2. c. 6. n. 3. Coraf. de benef. c. 8. n. 3. &c. Contra Bald. in l. 2. ff. de off. Proconsul. n. 1. Barbat. in c. novit. de off. leg. Germon. de Indult. Cardin. §. tibi quo ad. n. 89. hoc nixos fundamentum, quod licet Ordinarius possit exercere jurisdictionem voluntariam extra territorium, id tamen non possit locumtenens ordinarii inferioris à Principe, ut Bald. loc. cit. Bartol. in l. cunctos populos. c. de Sum. Trinitate. Franc. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. Quod tamen fundamentum leve est, cum Vicarius Generalis Episcopi sit Ordinarius, & ad summum locum habeat in locumtenente Ordinarii, non Ordinario. Ad hæc non magis præjudicium aut injuria irrogetur Episcopo per exercitam in ejus Diocesi jurisdictionem hanc voluntariam ab Episcopo extraneo, quam ab hujus Vicario, cum absque strepitu & figura judicii exerceatur, esto jurisdictione Vicarii in hoc, nimirum quod ad conferenda beneficia sit delegata, & non ordinaria, sicut est Episcopi (ut Garcias num. 129. contra Corasium. Boërium, Sbrozium) nam etiam delegata jurisdictione voluntaria concessa ab inferiore à Principe rectè exercetur extra territorium ob rationem datam. Garc. cit. n. 129. ex Sanch.

2. Neque his obstat citata l. 2. de off. Proconsul. in qua se fundant adversarii. Nam (quod solum dicitur in cit. Lege) licet Legatus Proconsulis à puncto, quo Proconsul Urbe egressus fuit non habeat jurisdictionem neque intra, neque extra provinciam, quia hanc dare non potest Proconsul Legato suo, quousque Provinciam fuit ingressus; per hoc tamen non negatur, quod Procontule ingresso in provinciam, Legatus ejus sicut & ipse Proconsul non possit exercere jurisdictionem voluntariam extra provinciam seu Diocesim. Garc. n. 130. Castrop. l. c. n. 15.

3. Responſionem quoque ampliatur Sbroz. loc. cit. num. 6. ut Episcopus committere etiam possit Vicario alterius Episcopi in aliena Diocesi residenti collationem beneficiorum suæ Diocesis, adeoque is existens extra Diocesim, in qua sunt beneficia conferenda ea conferre possit. Sed vide, quomodo hæc consistant cum

eo, quod Episcopus alteri à suo Vicario Generali committere nequeat collationem beneficiorum. Fortè hæc ampliatio locum habet, ubi Episcopus Vicario istius Diocesis hic & nunc committeret seu delegaret collationem unius alteriusve beneficii.

4. De cetero quod dictum in hoc puncto de collatione rigorosè tali faciendæ à Vicario, idem dicendum de institutione rigorosè tali & confirmatione. Licet enim necessarium sit prius à Vicario cognosci aptitudinem presentati & electi, potest tamen hæc cognitio esse extrajudicialis, & sic unà cum institutione ab eo fieri extra Diocesim. Garc. loc. cit. n. 138. juncto n. 142. Castrop. loc. cit. num. 17.

*Quæstio 264. An Vicarius habens dictam facultatem conferendi possit conferre Episcopo, à quo habet illam facultatem, vel etiam sibi ipsi?*

1. **R** Esp. ad primum negativè Castrop. loc. cit. num. 19. citatisque ab eo Azor. cit. c. 44. q. 13. Sbroz. l. 2. q. 91. n. 1. & 2. Garcias loc. cit. n. 143. citans Rebuff. in pr. tit. de forma Vicar. n. 82. Coraf. p. 2. c. 8. num. 6. Quintanadv. l. 1. Ecclesiast. c. 5. num. 7. Debet enim inter dantem & accipientem esse distinctio. Jam verò Episcopus ejusque Vicarius unum tribunal, unamque personam & corpus constituunt, uti & id ex eo patet, quod à Vicario conferente beneficium inhabili non fiat devolutio ad Episcopum, juxta c. 2. de consuetud. in 6. & c. Romana. de appellat. in 6. Castrop. Garc. ll. cit. citatiq. ab illis.

2. Limitat tamen hoc ipsum Garc. n. 144. ut intelligendum videatur, quando Vicarius conferet ut ordinarius, quia nimirum simul cum jurisdictione generali & ordinaria potestate data ei esset potestas conferendi. Supponit enim & fusè tradit Garc. à n. 41. quod cum illa, quæ speciale mandatum requiritur, committuntur simul cum designatione Vicariatus seu jurisdictione generali & ordinaria potestate (aut etiam, dum ea separatim ac postea committuntur ab Episcopo, non solum faciente mentionem Vicariatus, salutando illum & compellando Vicarium suum, ut Jo. And. sed dicendo; quod commissionem aliàs datam extendat, ut Garc. n. 44.) tunc Vicarium esse in omnibus Ordinarium. c. translatio. de constit. Unde fiat, ut nunquam appelletur à Vicario Generali ad Episcopum, etiam in iis, quæ speciale mandatum requirunt; quia solent simul cum potestate ordinaria committi; citatque pro hac doctrina sua Sanch. de matrim. l. 3. d. 29. n. 8. Felin. in c. corrigenda. de off. Vicar. n. 1. Sbroz. l. 1. q. 67. n. 3. &c. Secus proinde esse ait Garc. n. 144. Seu Vicarium posse Episcopo conferre beneficium, si conferat ut delegatus. Cujus tamen contrarium tenet Castrop. cit. n. 19. eò quod, dum hæc delegata potestas ab Episcopo proveniat, si Episcopus vi illius acquirere possit beneficium, ipse sibi censeretur providere beneficium, quod alienum est ab usu Ecclesiæ; cum proviſio beneficii à beneficiato ortum habere nequeat, ne detur locus ambitioni.

3. Limitat quoque hoc ipsum Sbrozium loc. cit. hoc modo: nisi Vicarius Episcopi creatus esset auctoritate apostolica, quia tunc poterit conferre Epi-

Episcopo, pro quo citat Rebuff. *ubi ante num. 83.* & ait, id notandum pro Vicariis & Commissariis Apostolicis, qui in dies in Episcopatibus per Papam deputantur propter Episcoporum inhabilitatem & impedimentum.

4. Resp. ad secundum quoque negativè. Sibi enim ipsi conferre beneficium est prohibitum Sbroz. *loc. cit. n. 2.* citans plures, item *l. 2. q. 92. num. 1.* juxta *c. fin. de institut. c. per vestras. de jurep. cum adductis per Pavin. de potest. capit. Sede vac. p. 2. q. 5. num. 19.*

*Quaestio 265. An substitutus à Vicario habente facultatem substituendi in ordine ad conferenda beneficia, possit ipsi substituenti conferre beneficium?*

Respondet affirmativè Sbroz. *l. 2. q. 92. n. 2.* citans Rebuff. eò quòd, ut Rebuff. *tract. de nominat. q. 8. num. 28.* contra Pavinum. *de potest. capit. Sed. vac. p. 2. q. 5. num. 9.* substitutus à Vicario non capiat auctoritatem à Vicario substituente, sed ab Episcopo juxta *c. non indiscreti. de procurat. Melius* responderi Castrop. *loc. cit. n. 9.* citans Garciam *cit. c. 8. num. 145.* distinguendo: nimirum, quòd si Episcopus designaret Vicarium Generalem cum potestate substituendi sibi alium Vicarium cum clausula: *Quem nos Vicarium nunc prout ex tunc cum eadem potestate constituimus:* videatur talis Vicarius substitutus, non Episcopo, sed Vicario substituente posse conferre beneficium; eò quòd is non à primo Vicario, sed ab ipso Episcopo, acceperit potestatem conferendi; dum verò substitutus ille Vicarius constitutus est à Vicario Generali, in casibus nempe, in quibus is independenter ab Episcopo aliam deputare potest, non potest Vicario, à quo constitutus conferre beneficium, quia jam militat eadem ratio, quare ipse Vicarius Generalis Episcopo, à quo constitutus conferre nequeat beneficium.

*Quaestio 266. An Episcopus stare teneatur collationi factae à Vicario suo?*

Resp. affirmativè, ubi nimirum contulit legitime & idoneo, & non contra formam mandati ad conferendum. Sequitur ex dictis supra, ubi an Episcopus contravenire possit gestis à Vicario. Secus, si is contulit contra formam mandati, vel non legitime Sbroz. *l. 2. q. 79.* argumento *l. diligenter ff. mandati & c. dilecta. de rescript.* subjungit quoque Sbroz. *loc. cit. n. 2.* ex Rebuff. *in pr. tit. de Vicar. Episc. n. 4.* teneri hoc casu Vicarium illi, cui contulit, ad damna & expensas. Item teneri illi conferre aliud beneficium juxta *c. inter cetera. de preb. & ibi DD.*

*Quaestio 267. An, si Vicarius contulit indigno, is ejusque Episcopus pro illa vice privatus sit potestate conferendi?*

Resp. ad primum affirmativè Sbroz. *l. 3. q. 28. n. 1.* ubi: si Vicarius contulit indigno, digno amplius illud non poterit conferre, tanquam jam functus officio suo. *c. compromissarios. de elect. in 6.* sicut Judex, qui sententiam protulit, quam revocare non potest. *l. Judex. ff. de re judic. c. in literis. de off. deleg.*

2. Resp. ad secundum negativè Sbroz. *l. 3. q. 27. n. 1.* Nam cum Episcopus committens Vicario facultatem conferendi censetur mandasse, ut idonea persona conferat, adeòque Vicarius conferens indigno transgressus est limites mandati, id Episcopo nocere non debet, quòd minus ad eum redeat potestas conferendi, seu is digno conferre possit; neque enim culpa officialis aut Vicarii domino nocere debet. Laym. *in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 9.* citans Rebuff. *in pr. tit. de Vicariis. n. 41. & tit. de form. Vicariis. n. 140.* vide me ipsum. *Fori benef. p. 2. q. 753.*

*Quaestio 268. An collatio facta à Vicario Episcopi excommunicati valeat?*

Resp. non valere collationem factam à Vicario tempore, quo excommunicatus est Episcopus. Sbroz. *l. 3. q. 17. num. 3.* citat pro hoc Aret. *in c. cum non ab homine. de Judic. col. penult.* Paris. *conf. 89. vol. 4.* Rebuff. *in pr. tit. form. Vicar. num. 217. & seq.* Idemque esse, dum Episcopus interdictus est vel suspensus, ait Sbroz. *loc. cit. n. 4.* citatis Paris. & Rebuff. *ubi ante.* Bertach. *Tract. de Episc. l. 4. p. 5. n. 69.* Item non valere collationem factam à Vicario, quando persona Episcopi est inhabilis ad conferendum, ait Sbroz. *loc. cit. num. 4.* ex Caldas *alleg. 56. n. 2.* Verùm hæc intelligenda, ubi Episcopus esset excommunicatus non toleratus (idem est de suspensio & interdicto) Sbroz. *loc. cit. n. 6.* Paris. *loc. cit. in fine.* Quibus contrarium sentire videtur Rebuff. *loc. cit. n. 228.* dicens, Vicarium non posse conferre Episcopo excommunicato, suspensio, interdicto, etiamsi Episcopus & Vicarius ignorent excommunicationem; eò quòd quæ geruntur ratione privati officii, non sit differentia inter occultum & publicum excommunicatum, secus ac accidit in iis, quæ geruntur ratione officii publici. Quam Rebuffi sententiam refutare cupiens Sbroz. *num. 9.* citatis Innoc. *in c. si vero. de sent. excommun. Abb. in c. veritatis tit. eod. n. 43.* Paris. *conf. 89. num. 23. & seq. vol. 4.* Felin. & c. ait, collationem exerceri à dignitate, & non à persona, & dignitatem non esse excommunicatam. Verùm hæc refutatio non videtur solida, cum etiam locum habeat in excommunicatione non tolerato & notorio. Melior est refutatio, quam subjungit Sbroz. *ad finem. n. 9.* Quòd collatio fieri dicatur ratione officii publici, ut Franc. Marc. *q. 969. n. 7. & 10.* De cetero contra ipsam responsionem esse videtur, quòd habet Sbroz. *num. 10.* nimirum quòd locum non habeat in delegato excommunicati, utpote cujus jurisdictio non suspenditur excommunicato delegante ex ratione, quia Vicarius in causa sibi delegata non facit idem consistorium cum Episcopo. Nam Vicarius instructus facultate illa conferendi non confert tanquam Ordinarius, sed tanquam delegatus juxta dicta paulò supra.



*Quaestio 269. An & qualiter valeat collatio facta à Vicario revocato, vel post mortem Episcopi?*

1. **R** Esp. ad primum: Vicarius habens facultatem conferendi si revocatus vel amotus fuerit ab officio per Episcopum, valet adhuc collatio facta ab eo revocationem ignorante. Sbroz. lib. 3. qu. 36. nu. 6. citatis Bertach. ubi antè. part. 1. lib. 4. qu. 21. Roman. singul. 57. Boër. decis. 347. n. 1. 2. & 13. Rebuff. ubi antè n. 210. & c. Garc. de benef. part. 5. cap. 8. nu. 174. citans Sauch. de matrim. lib. 3. d. 30. nu. 11. Paris. de resign. lib. 7. qu. 24. n. 41. Lancell. de attent. part. 3. cap. 10. num. 23. Corsi. de benef. part. 2. cap. 8. nu. 8. Selvam. & c. In revocatione enim facta per Episcopum requiritur intimatio per ipsum Episcopum, aut de eius ordinatione facta, aliàs valebunt gesta per Vicarium, etiam si habeat notitiam revocationis: quin & etiam si revocatio hæc sit publicè nota. Garc. loco cit. nu. 176. citans Sauch. ubi antè. Boërium decis. 347. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. nu. 210. Cuchum lib. 3. tit. 8. nu. 148. Quin & Episcopus licet revocavit Vicarium, non censetur tamen voluisse hanc revocationem effectum habere antequam sit ei pro eius parte intimata, non sequitur ac in ipsa constitutione Vicarii. Garc. nu. 177.

2. **R** Esp. ad secundum: collatio facta à Vicario revocato per mortem aut translationem Episcopi, aliàmve vacationem Episcopatus valet, Vicario hanc vacationem ignorante. Garc. loco cit. nu. 175. citans Gonz. gl. 15 § 2. nu. 19. & § 5. proem. n. 103. Lancell. ubi antè. nu. 24. Paris. & c. testantur sic decisi à Rota in Janens. canonicatus anno 1546. Tametsi enim revocatio, seu potius expiratio Vicariatus habeat suum effectum etiam non intimatà morte Episcopi, aliàmve vacatione Episcopatus; sed quòd sit à jure ipso facta, ut Sauch. loco cit. num. 4. Felin. in cap. ex part. de rescript. num. 8. Paris. apud Garciam num. 178. Valent tamen gesta per eum, quando communiter ignoratur mors, quamvis ipse Vicarius sit conscius illius; uti etiam, quando est communis error, aut ignorantia revocationis etiam ipsi intimatà; non autem quando communiter scitur mors, licet Vicarius eam ignoret. Garc. num. 179. ex Sauch. loco cit. nu. 4. & 11. & d. 22. nu. 59.

*Quaest. 270. An valeat collatio facta à Vicario non habente aliàs facultatem conferendi presente & patiente Episcopo?*

**R** Esp. Affirmativè: quia talis scientia & patientia habetur pro legitima concessione seu licentia saltem tacita quoad illum actum, et si non sit approbatio seu licentia generalis simpliciter & absolute conferendi beneficia. Pirh. ad tit. de offic. vicar. nu. 55. in fine. citans Sauch. de matrim. lib. 3. d. 35. nu. 20 & 22. Sic quoque valere collationem post revocationem Vicariò intimatam sciente & patiente Episcopo; sed quòd vel sic renovata sit potestas conferendi, tradit Sbroz. cit. qu. 36. nu. 11. citato Rebuff. loco cit. nu. 213. dissentiente Boërio loco cit. eà ratione, quòd potestas conferendi tacite non detur, nisi expresse constituarur, cap. fin. de offic. Vicar. in 6. quod verum dicit Sbroz. de ipsa colla-

tionem, nimirum quòd ratificatio collationis nulliter facta non teneat, nisi quatenus de novo confertur.

*Quaestio 271. An Vicarius cognoscere possit de collatione facta ab Episcopo?*

**R** Esp. Negativè. Sbroz. lib. 2. qu. 95. citans Berro. cons. 14. nu. 6. vol. 1. eà ratione, quia inferior factum superioris rescindere non potest. cap. cum venissent. de instit. cap. ut nostrum. de appellat.

*Quaestio 272. Num mandatum Apostolicum de conferendo presentatum Vicario liget Episcopum absentem & ignorantem hoc mandatum (de Episcopo enim presente & sciente illud non est dubium quin liget illum) quò minus ille conferre valeat?*

**R** Esp. Non conveniunt in hoc Doctores, non sufficere fieri præsumptionem Vicario, & quòd si Episcopo in remotis agente mandatum fuerit presentatum ejus Vicario vel Capitulo, & Episcopus hoc ignorans contulit præbendam primò vacantem, tenere collationem, tenet apud Sbroz. lib. 2. qu. 106. Joan. And. in cap. soli. de concess. præb. in 6. Contrarium apud eundem Sbroz. num. 2. tenet Selva de benef. part. 2. qu. 2. num. 4. & 6. ubi: quòd licet Episcopus absens contulerit beneficium vacans, ignorans infirmationem mandati Apostolici vel nominationis fuisse factam suo Vicario, non valeat in præjudicium nominati: quia Episcopus & Vicarius sunt unum & idem. Quod ipsum tamen declarat loc. cit. Selva, ut, si presentatio fuisset Vicario Episcopi in subsidium, eò quòd haberi non poterat copia Episcopi, tunc non ligaret Episcopum, & in hoc casu dicit procedere sententiam Jo. Andree.

*Quaestio 273. An, dum plures sunt Vicarii, sufficiat mandatum Apostolicum presentari seu insinuari uni ex illis?*

**R** Espondet Sbroz. lib. 2. qu. 105. sufficere, citatis pro hoc Rebuff. tract. de nominat. qu. 14. num. 62. & 64. & Rub. de collat. §. teneantur. v. aut eorum vicariis in concord. Sciv. de benef. part. 2. qu. 14. num. 11. qui tamen ipsum declarat procedere, ubi Vicarii haberent potestatem conferendi in solidum, nec potestas unius ab altero dependeret.

*Quaestio 274. An Vicarius sine speciali commissione possit recipere resignationes beneficiorum?*

1. **R** Esp. Negativè. Ventrigl. tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 9. Pax Jord. lib. 12. tit. 1. nu. 169. Paris. de resignat. lib. 7. qu. 24. num. 1. & 2. Barbof. juris eccles. lib. 3. cap. 15. num. 12. Sbroz. lib. 2. qu. 130. Caltropal. tract. d. 3. part. 2. §. 2. num. 3. Garc. part. 11. cap. 3. num. 55. Pirh. ad tit. de renunc. nu. 73. Zetola in pr. Ep. part. 1. v. renunc. num. 54. Riccius in pr. aurea resol. 471. Rationem hanc dat Sbroz. loco cit. num. 2. quòd is possit regulariter recipere resignationes, qui potest etiam invitus destit-

tuere

tuere beneficio. Pro quo citat Innocent, & alios in cap. quod in dubiis de renunc. Abb. in cap. cum olim de major. & obed. col. antepenult. De quo vide dicta à nobis accuratius in Foro benef. part. 3. quest. 389. num. 6. nempe id verum non esse nisi in eo, qui ex jure communi habet potestatem destituendi, non verò qui id ex jure & commissione speciali habet, Paris. cit. quest. 24. num. 19. Laym. in cap. cum in generali. de off. Vicar. in 6. nu. 6.

2. Potest tamen Episcopus Vicario suo committere hanc facultatem. Sbroz. loco cit. num. 5. citans Pavin. de potest. Capit. sede vac. Parisius loc. cit. num. 22. citans Selv. part. 2. qu. 21. Abb. in cap. constitutus. de concess. preb. num. 5. & sic decisum à Rora, & habere communem inquit idem Parisius.

3. Solet etiam quandoque Papa deputare administratorem, quem mittit ad regendam ecclesiam Cathedralis, vel Metropolitanam, donec Episcopus perveniat ad legitimam ætatem. Quandoque verò Vicarium Apostolicum, quem mittit cum Brevi de consilio Cardinalium præpositorum negotiis Episcoporum ad gubernandam ecclesiam, donec causa Episcopi inquisiti cognoscatur & decidatur, vel suspensio tollatur. Et talis administrator & Vicarius Apostolicus potest recipere resignationes beneficiorum, in specie verbis, quæ solent apponi in concessionibus Paris. loc. cit. à nu. 23. juncto nu. 27. qui etiam nu. 25. ait, tales habere ordinariam jurisdictionem, & dici Ordinarios, quidquid dixerint in contrarium alii, habere nempe illos jurisdictionem delegatam.

4. Potest quoque talis administrator Apostolicus constituere Vicarium generalem cum potestate conferendi beneficia, & recipiendi eorum resignationes. Paris. cit. qu. 24. nu. 74. citans Butt. decis. 224. nu. 2. Nec obstat, quod locum tenens alium locum tenentem deputare nequeat; non enim id potest, dando ei totam jurisdictionem, abdicando eam à se, & faciendum eum Ordinarium, secus ac contingit in præsentis casu. Paris. loc. cit. num. 75.

*Questio 274. An & qualiter in generalibus clausulis censeatur Vicario concessa ab Episcopo hæc facultas recipiendi resignationes?*

2. **R**esp. Primò: Non adhuc hæc ei concessa censetur, dum constitutus cum potestate administrandi in spiritualibus & temporalibus, cum honoribus & præminentis datis aliis Vicariis, & cum plena & omnimoda potestate de omnibus cognoscendi; quin & adsint in mandato alia adhuc verba generalia & prægnantia; sed quod debeat fieri specialis mentio de receptione resignationis. Paris. loc. cit. nu. 6. quemadmodum ex commissione amplissima ei data ab Episcopo, etiam in qua dictum fuit, ut omnia possit quæ ipse Episcopus, adhuc conferre non poterit beneficia juxta Parisium loc. cit. n. 7. citantem pro hoc Pavin. de potest. Capit. sede vac. part. 2. qu. 10. Decium cons. 128. col. 1.

2. Secundò, non censetur adhuc concessa, si Vicario data fuisset facultas conferendi omnia &

singula beneficia vacantia. Paris. loc. cit. nu. 15. idque sive resignationes illæ sint absolutæ, sive factæ permutationis gratiâ. Laym. loc. cit. num. 6. citans Sbroz. l. 2. q. 71.

3. Tertio, etiam si Vicario concessa foret potestas destituendi omnes & singulos beneficiarios, Paris. loc. cit. nu. 19. juxta dicta quasi. preced. num. 12. uti nec è contra destituere potest seu privare beneficio, etiam si ei concessa potestas recipiendi resignationes. Laym. loc. cit. num. 6. cum plus sit & majoris potestatis destituere, quam recipere resignationes. Laym. ibid.

4. Quarto, de ceterò datâ ei hac facultate recipiendi resignationes beneficiorum, poterit recipere resignationes omnium beneficiorum, sicut potest ipse Episcopus concedens hanc facultatem Paris. l. 7. q. 24. n. 28. adeoque subjectorum juripatronatus, electivorum. Paris. cit. n. 28. reservatorum Papæ. Paris. n. 30. nisi forte concessa illi fuisset hæc facultas cum hac limitatione: omnium beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi. Paris. num. 31. Item poterit recipere resignationes, factæque eæ ab illo tempore, quo erat irregularis, aut aliter, inhabilis valebunt, si communiter reputabatur habilis (sufficit enim communis reputatio de habilitate juxta L. Barbarius. de offic. Prætoris. quæ etiam in spiritualibus locum habet. Paris. num. 47.) sicut in eo casu valeret receptio resignationis factæ per Episcopum inhabilem. Paris. num. 44.

*Questio 276. An beneficiorum spectantium ad institutionem, seu collationem necessariam Episcopi resignationes recipere possit Vicarius, tum quando dicta institutio competit quoque Vicario sive in concessione Episcopi speciali, sive ex ordinaria?*

**R**espondet affirmativè ex Pavino de potest. Capit. sede vac. part. 2. qu. 10. nu. 7. Sbroz. lib. 2. q. 1308 num. 5. eò quod sicut tunc potest Vicarius instituire præsentatum à Patrono, ita & possit recipere resignationem tanquam præambulam institutionis, ut per similia ait probari à Pavino. Verùm videtur id melius negari: quemadmodum enim ex eo quod conferre possit, non sequitur quod beneficiorum, quæ conferre potest, resignationes recipere possit, etiam si non minus ista receptio sit præambulum ad collationem, quam receptio resignationis beneficiorum, ad quæ instituire potest ut præambulum ad illam institutionem. Non obstante etiam, quod institutio illa sit necessitatis: nihil enim ista necessitas facit ad receptionem resignationis, dum illa non magis per hoc evadat actus necessarius, quam receptio resignationis beneficiorum, quæ conferre potest.

\* \* \*

*Questio*

*Quaestio 277. An beneficia dimitti saltem possint coram Vicario Episcopi, quae relinquenda sunt, quia obtenta sunt alia cum iis incompatibilia.*

**R**esp. affirmari hoc ipsum à Sbroz. L. 2. q. 130. num. 6. videturque id ipsum satis probabile; cum simplex talis cessio seu demissio (quae adhuc faciendae coram superiore Laym. in c. quidam. de renunc. n. 2.) sit solummodo voluntas non habendi amplius tale beneficium ut suum, ad quam voluntatem seu demissionem cogitur à lege beneficiatus recipiens beneficium aliud cum priore incompatibile. Sufficere vero videatur, talem voluntatem declarare coram superiore, absque eo, quod ejus positivus consensus, seu admissio positiva dictae demissionis requiratur, sicut ea alias requiritur in resignatione propriè & rigidè tali, etsi simplex sit. Ego fori benef. p. 3. q. 234. n. 6. cum definiatur talis resignatio; esse demissio spontanea proprii beneficii coram legitimo superiore id acceptante, Laym. ad tit. de renunc. sub initium. Tond. qq. benef. p. 2. c. 4. §. 7. n. 1. Azor. p. 2. l. 7. c. 19. q. 1.

*Quaestio 278. An ex facultate admittendi resignationes beneficiorum rectè inferatur facultas resignata coram se conferendi, aut etiam privandi beneficiis?*

**1.** **R**esp. ad primum satis de eo dictum *quasi* 251.  
**2.** Resp. ad secundum negativè; cum privare posse beneficiatum sit longè majoris potestatis. Laym. in c. cum in generali, de officio Vicar. in 6. n. 6. Quin & si privare non esset majoris potestatis quàm recipere resignationes, adhuc ex uno non sequeretur aliud, ut dictum aliàs, quia adhuc sunt longè diversa.

*Quaestio 279. An Vicarius, qui facultatem recipiendi resignationes accepit, possit admittere factas permutationis gratià?*

**R**espondet negativè Garcias de benef. p. 5. c. 8. num. 110. eò quòd aliud sit: admittere resignationes; aliud dare auctoritatem permutare volentibus; ut sit in admissione resignationis ex causa permutationis. Citat pro hoc Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 104. Zerol. pr. Episc. v. Vicarius, §. 10. contra Pet. de Perus. de permut. benef. p. 2. q. 6. num. 23. aliàs 40. quatenus ibidem tradit; quòd si tale esset beneficium, quod posset renunciari in manibus inferioris ab Episcopo, quia talis inferior haberet potestatem instituendi, tunc in talibus beneficiis permutandis Vicarius Episcopi auctoritatem interponere posset, qui haberet eandem ordinariam potestatem quam Episcopus.

*Quaestio 280. An Vicarius habens potestatem recipiendi resignationes factas permutationis gratià possit quoque beneficia resignata causà permutationis conferre?*

**1.** **R**esp. negari id ipsum à Sbrozio. L. 2. q. 71. num. 9. ubi expressè: etiam, si Vicarius potestatem haberet recipiendi resignationes beneficiorum

permutationis gratià, vel simpliciter, non poterit conferre resignata absque speciali mandato conferendi. Rota decis. 5. alias 397. num. 2. & 3. in novis. ubi etiam in dubio reliquit, nisi specialis conferendi commissio distinctè fieret post factam resignationem. Citat in super pro hoc Gemin. in c. fin. n. 10. de off. Vicar. in 6. Calder. conf. 3. & plurimos alios.

**2.** E contra id ipsum affirmant Garc. p. 5. c. 8. num. 104. juncto n. 104. citans pro hoc Dominic. in c. fin. de off. Vicar. in 6. num. 10. Coraf. de benef. p. 2. c. 8. num. 2. Zechum & c. item Castrop. de benef. d. 6. p. 3. §. 3. n. 3. contra Rebuff. & Barbof. eò quòd collatio illa non sit voluntatis sed necessitatis, & verisimile sit, quòd Episcopus dando potestatem recipiendi resignationes ex causa permutationis voluerit dare potestatem faciendi collationem, quae necessario illis fieri debet. Et maximè, quia in permutatione eodem contextu solet admitti utriusque renunciatio, & pariter fieri utrique collatio. Sive quòd licèt ista duo: Recipere talem resignationem, & conferre, sint tamen omnino connexa; Dum enim beneficium resignatur ex causa permutationis, eà conditione resignatur, ut permutanti concedatur; Ad eòque admittens resignationem admittat eo ipso conditionem. Quomodo autem hanc conditionem admittere potest, si non possit ea beneficia conferre, nec collatorem ad ea conferenda cogere?

*Quaestio 281. An, & qualiter concessa Vicario hac facultate recipiendi resignationes beneficiorum, subsistat receptio resignationis facta ab illo post mortem Episcopi, aut revocationem sui ab officio?*

**1.** **R**esp. primò subsistit si obitus Episcopi ignorabatur à Vicario, quando faciebatur dictam receptionem. Paris. de resign. l. 7. q. 24. num. 33. Barbof. Jur. Eccles. l. 3. c. 15. num. 12. citans Sbroz. L. 3. q. 36. n. 10. Sperell. for. Eccles. decis. 30. n. 16. Proceditque id ipsum, etiam si Vicarius potuisset scire mortem Episcopi. Paris. loc. cit.

**2.** Secundo subsistit, etiam si Vicarius scivisset mortem Episcopi, dum hac aliàs communiter ignoratur. Sperell. loc. cit. juxta Legem Barbarius, utpote quae se fundat in errore ceterorum; contrarium tamen est, ubi mors vel renunciatio communiter scitur, etsi Vicarius ipse eam ignoret. Vide dicta de collatione facta à Vicario *Quaest.* 268. Porro quòd dictum hic de morte, idem procedat in renunciatione & translatione Episcopi, ita ut si is resignasset Episcopatum in Urbe, vel translatus fuisset in alium Episcopatum, subsisteret receptio resignationis facta à Vicario, antequam is de dicta renunciatione vel translatione notitiam habuisset. Paris. loc. cit. n. 38. dicens sic decisum à Rota in Oretana Canoniaris.

**3.** Tertio subsistit facta talis à Vicario receptio post expressam ejus revocationem, ubi eam ignoravit. Paris. loc. cit. n. 41. subjungens num. 43. praxim in dubio ignorantiam revocationis.

**4.** Quarto subsistit adhuc ubi revocatio hac intimata est Vicario, ubi de cetero adest communis error & ignorantia revocationis juxta ea, quae de collatione dicta *Quaest.* 268. & dicenda infra in genere de gestis à Vicario post mortem Episcopi cujus est Vicarius, aut post ejus ab officio amissionem.

*Quaestio*

*Quaestio 282. An Vicarius possit pensionem imponere beneficiis (intellige iis, quibus & quomodo eam imponere potest Episcopus) sine speciali eius commiffione?*

**R**esp. negativè. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 13. Pax. Jord. L. 12. tit. 1. num. 169. Barbof. de potest. Episc. alleg. §4. n. 77. Garc. p. 1. c. 5. num. 317. Sbroz. L. 2. q. 71. n. 24.

*Quaestio 283. An Vicarius possit sequeſtrare possessionem beneficii cum fructuum custodia apud idoneam personam?*

**R**espondet Sbroz. L. 2. q. 127. id eum posse tanquam Ordinarium in casu Clem. 1. de sequeſtr. possess. & fructuum, ubi Canonista, & latè Vestrius in pract. l. 7. c. 2. n. 1.

## CAPUT QUINTUM.

### De Sufſtentione, Amotione Vicarii, gestisque ab eò post amotionem.

#### PARAGRAPHUS I.

##### De sufſtentione Vicarii.

*Quaestio 284. An Vicario Generali Episcopi possit ac debeat dari salarium?*

**R**esp. ad primum affirmativè Fagn. in c. quoniam. ne Pralati vices suas. à n. 8. Licet enim jurisdictionem ecclesiasticam vendere vel locare prohibitum sit. c. praterea. c. quoniam. ne Pralati vices suas. & Trid. sess. 25. c. 11. ubi expressè: non liceat etiam jurisdictiones ecclesiasticas seu facultates nominandi aut depurandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se aut alios ea exercere; aliterque concessiones etiam à Sede Apostolica factæ subrepticè conseantur &c. Quia & quia jurisdictionis ecclesiastica est quid spirituale, Simoniacum sit illam vendere. Fagn. loc. cit. num. 4. citans c. ex multis. c. vendentes. c. non solum. 1. q. 3. gl. 1. in cit. c. quoniam. & in c. praterea, & ibidem Hofst. n. 6. Jo. And. n. 3. Card. n. 2. Butrio. Abb. Marian. Socin. omnes in notab. 1. & quia illa jurisdictionis, etiam secularis, venditio & locatio redundat in subditorum gravamen & judiciorum subversionem. cit. c. quoniam. Officialis siquidem, ut Abb. in c. praterea. ne Pralati vices suas. num. 4. ut aliquid lucretur supra pecuniam datam superiori per fas & nefas inducitur ad extorquendam pecuniam, poenam & modicam culpam faciet graviolem, & saepe punietur, ubi punienda esset persona: vendi quoque prohibetur jurisdictionis merè temporalis juxta Authent. ut Judices sine quoquo suffragio fiant. & Authent. de mandat. Princip. §. illud tamen. Fagn. n. 6. citatis Hofst. in cit. c. praterea, n. 5. Butrio. n. 10. Innoc. & Card. num. 2. Et licet eam vendere non sit Simoniacum, est tamen turpe lucrum, & sicuti in venditione jurisdictionis spiritualis committitur Simonia spiritualis, ita in venditione jurisdictionis temporalis committitur Simonia Laicalis, Fagn. loc. cit. n. 7. Licet inquam hæc se ita habeant de jurisdictionis emptione & venditione, illicitaque proinde sit tam ex parte committentis quam suscipientis commissio officii jurisdictionem complectentis, constituto tamen & dato pecuniam, officio jam com-

missio, loco salarii facta ipsi, cui committitur officium, Simoniaca aut illicita non est Fagn. num. 8. ex Butrio. loc. cit. num. 7. citatis quoque c. charitatem & c. quicumque, 12. q. 2. Locat siquidem Vicarius operas suas Episcopo; & accipit mercedem laboris sui, uti & Assessori datur stipendium. c. statutum. de rescrip. in 6. & sic licite vendit Advocatus patrocinium suum. c. non sane. 14. q. 5. ita Fagn. n. 9. & 10. uti hæc à fortiori firmantur responsione sequente.

2. Resp. ad secundum. Debetur quoque Vicario salarium ab Episcopo. argumento c. inter cetera. de off. ordinar. Fagn. loc. cit. n. 9. Sbroz. L. 1. q. 55. n. 1. citatis gl. in c. 1. ne Pralati vices suas. v. quantitate. Hofst. Card. Innoc. ibidem Imol. in Clem. statutum. de elect. num. 27. Fundatur hæc responsio in regula illa: nemo cogitur suis stipendiis militare. Fagn. & Sbroz. l. cit.

*Quaestio 285. An Vicario debeat salarium, etiam, dum de hoc conventum non est?*

**R**esp. affirmativè. Sbroz. cit. q. 55. n. 6. sic decisis testans à Rota in Turritana, 20. Maji 1569. Barbosa juris eccl. l. 1. c. 15. n. 46. sic testans tantum à Rota apud Marchesan. de commissio. p. 1. pag. 1192. contra Mohed. decis. 4. de off. Vicar. in novis. Marta voto 99. n. 2. Valenzvel. conf. 179. n. 62. tenentes contrarium; eò quòd regulariter salarium non conventum non debeat, & secundum Alex. conf. 109. l. 3. & Decium conf. 132. in fine ad effectum Salarium exigendi extrema probanda sunt; nempe quòd Episcopus solitus esset conducere, & Vicarius locare suas operas. Rationem responsionis dat Barbosa quòd ex æquitate salarium non conventum Judicis officio peti possit, ut Mohed. decis. 4. n. 1. de off. Vicar. Joannes Baptist. Magon. de recta parroch. rar. c. 8. n. 3. & quòd dictum Alex. & Decio procedat in famulis & aliis vilibus personis, quæ saepe numero inserviunt pro expensis sine salario.



*Quaestio 286. An Vicario generali debeatur quoque salarium, dum is est Canonicus, & de sua prae-benda commode vivere potest?*

**R**esp. Deberi ei nihilominus salarium, non secus ac externo assumpto in Vicarium. Sbroz. l. 1. qu. 55. nu. 7. ubi etiam, quod possit deducere expensas, quas aliis domi facturus esset tanquam reputatus praesens & residens propter ecclesiam servitium, & l. 2. qu. 60. nu. 4. ex Pavin. de potest. Capit. sede vac. p. 2. q. 10. n. 4. qui etiam loquatur de Vicario Capituli sede vacante, idem tamen est de Vicario Episcopi ob eandem rationem; cum neque is gratis teneatur locare operas suas Episcopo.

*Quaestio 287. An Vicarius mortuo Episcopo consequi debeat salarium pro tempore, quo vixit Episcopus?*

**R**esp. Debere illum id consequi à Capitulo. Sbroz. lib. 2. qu. 55. nu. 3. cum Imol. in c. statutum. de elect. nu. 27. non tamen teneatur Episcopus successor Vicario praedecessoris sui solvere salarium, Sbroz. loc. cit. nu. 7.

*Quaestio 288. An Vicario ignorantem revocationem seu expirationem sui Vicariatus debeatur salarium pro rata temporis post dictam expirationem?*

**R**esp. Affirmative. Sbroz. lib. 3. qu. 35. ubi: Vicarius Episcopi, quamdiu revocationem sui Vicariatus, & successoris creationem ignorat, consequi debet salarium. Citat pro hoc Rebuff. in pr. de nominat. qu. 14. nu. 71. Roman. in L. diem functo. ff. de offic. Asses.

*Quaestio 289. Unde solvendum Vicario salarium?*

**R**esp. Teneri Episcopum ex Camera sua constituere Vicario suo salarium: Fagn. in c. quoniam. ne praelati vices suas. nu. 8. juxta c. charitatem. & c. quicumque. 12. qu. 2. & gl. 2. Innoc. Card. Butrio. Host. in c. praeterea. ne Praelati vices suas. Mortuo vero Episcopo, salarium pro tempore, quo vivente Episcopo defervit Vicarius eidem, solvendum à Capitulo de bonis ecclesiae vacantis, Sbroz. l. 1. qu. 55. nu. 3. ex Imol. in Clem. statutum. de elect. num. 7. Ex poenis tamen & multis nulla portio assignari potest Vicario pro ejus mercede. Fagn. in c. presbyteri. de penis. nu. 36. sic responsum testans à S. Congregatione Concilii. Sed neque in reparationem domus Vicarii quicquam insumi posse ex hujusmodi poenis pecuniariis, censuisse eandem S. Congregationem, ait Fagnan. loc. cit. num. 38. ubi etiam, quod licet Papa quandoque ex gratia concesserit Episcopis pauperibus facultatem, eas poenas in certa summa in reparationem Episcopalis palatii erogandi, plerumque tamen eam denegavit. Proceduntque haec omnia multo magis in illis poenis pecuniariis, quae à SS. Canonibus, vel Synodalibus statutis pro delictis ad certam quantitatem non sunt praefinitae, sed ab Episcopi arbitrio dependent, vel

per sententiam, nullà praecedente Canonum, vel statutorum Synodaliū determinatione imponuntur, ait Fagn. loc. cit. nu. 39. eod quod has poenas pecuniarias omnes S. Congregatio, etiam in statu egestatis Episcopi, censuerit indistinctè nequaquam aliis, quam piis locis & usibus esse applicandas, non obstante contrarià consuetudine.

## PARAGRAPHUS II.

### De Expiratione Vicariatus.

*Quaestio 290. Quot modis expiret Vicariatus?*

**1.** **R**esp. Exspirare officium & jurisdictionem Vicarii generalis Episcopi variis modis. Ac primò quidem per mortem Vicarii naturalis; mors enim omnia solvit. Pirh. ad tit. de offic. Vicar. nu. 68. Non tamen per mortem illius, aut Episcopi, aut quamcunque aliam amotionem propriè vacat Vicariatus; cum, ut dictum aliàs, non sit beneficium. Laym. in c. statutum. de rescript. nu. 5. Azor. loc. cit.

**2.** Secundò per renuntiationem expressam vel tacitam factam ab ipso Vicario, v. g. dum è diaceli discedit, in qua constitutus erat Vicarius, animo non redeundi. Fagn. in c. praesentata. de testibus. nu. 10. & ex eo Pirh. loc. cit. eo ferè modo, quo legati Pontifici munus legationis exspirat, si provinciam sibi commissam egressus sit animo non redeundi. argumento l. 3. ff. de off. Praefidis. Fagnan. loc. cit. citatis gl. in c. praesenti. de off. Legat. in 6. v. finitur. Villadiego tract. de legat. qu. 15. n. 7. Gambar. eod. tract. l. 9. n. 5. Idque absque eo, quod Vicarius revocatus exiit è diaceli. Nam etiam datur (quod tamen negat Fagn. loc. cit.) ut volunt Hostiensis. in c. novit. de off. Legat. & qui eum sequuntur, Archidia. Jo. And. in c. praesente. tit. eod. in 6. finiri officium legationis legato non solum egresso è provincia, sed etiam revocato: adhuc tamen aliud est in Vicario Episcopi, differentia consistentem in hoc, quod ut citati Auctores velint, ideo per solum recessum à provincia animo non redeundi non exspirat legatio; quia legatus compelli possit etiam invitus ad munus legationis obeundum & continuandum, & hinc, sicut expressè renunciare nequit legationi, ita nec possit tacitè eidem renunciare per egressum è provincia; cum, qui potest expressè renunciare, egrediendo è loco, in quo eam exercet, animo illuc non redeundi, censetur et renunciare. E contra vero Vicarius Episcopi, cum invitus compelli nequeat ab Episcopo (praesertim ubi ei non erat subditus) ad suscipiendum officium Vicarii, sed potius cogi deberet ad residentiam in loco beneficii sui, sequitur, ut, sicut ipse expressè resignare poterat Vicariatus, ita egressus è diaceli animo extra eam perpetuò manendi, eidem Vicariatus tacitè renunciassè censetur. Fagnan. cit. num. 10. id ipsum num. 11. confirmans per textum cap. praesentata. de Testibus. ubi probatur, eum, cui mandata est jurisdictio, si de loco recedat, ubi erat exercenda, & ad locum, in quo tenetur residere, proficiscatur, non habere amplius jurisdictionem. Unde etiam

Card.

Card. & Felin. in *cap. prefente* notant, abſentiam à loco cum obligatione anib. reſidendi morti aquirari.

3. Tertiò per mortem Epifcopi tam naturalem, quàm civilem, puta per renuntiationem admiſſam à Papa, depofitionem, translationem illius ad aliam eccleſiam (veniunt enim hæc omnia nomine mortis civilis) extinguitur mox ipſo facto omnis potestas & iurifdictio Vicarii. Pirh. *loc. cit.* citans Sanch. *de matrim. d. 30. num. 2. & 3. Ventrigl. tom. 2. annot. 1. 4. §. 1. num. 57. Sbroz. lib. 3. quaſt. 2. à num. 2.* citans quamplurimos. Cum enim Vicarius generalis eandem cum Epifcopo iurifdictionem, idemque tribunal habeat, reputeturque eadem utriuſque perſona, ceſſetque per mortem naturalem & civilem Epifcopi tribunal & iurifdictio, ceſſare quoque neceſſe eſt iurifdictionem Vicarii. Pirh. *loc. cit.* Pax-Jord. *lib. 12. tit. 1. num. 249.* Et cum principalis conſtituens deſinit eſſe dominus, vel quaſi dominus illius rei, cuius contemplatione conſtituerat Vicarium, ceſſat quoque Vicariatus, quia ceſſante cauſa præſumitur ceſſare voluntas, & diſſolvi mandatum: ex quo videtur ab initio adjecta, vel ſaltem tacita in eſſe conditio, quòd in eodem ſtatu maneat. Sbroz. *loc. cit. nu. 4.* citata L. cum quis. ff. ſol. L. ſi Cornelius. tit. eod. & ibi Bartol.

4. Dixi mox, ad eò que ante adventum ſucceſſoris Epifcopi, cum Vicarius non habeat iurifdictionem coherentem territorio principaliter, ſed acceſſoriè, & ideo non obtinet L. meminiffe. ff. de off. Proconf. & L. ſi forte. ff. de off. Praſid. cum loquantur de Ordinario, tenent iurifdictionem principaliter coherentem territorio, non autem acceſſoriè, ſicut habet Vicarius, ita ferè Sbroz. *loc. cit. n. 7.* Extingui autem officium Vicarii mox ab eius translatione in Conſiſtorio (idem eſt de depofitione & renuntiatione illius in eo admiſſa) etiam ſi Epifcopus ignoraret ſuam translationem; quia eo ipſo ceſſat omnis iurifdictio Epifcopi, tradit Sbroz. *loc. cit.*

5. Dixi etiam: ipſo facto ſeu jure. Nam opus non eſt revocatione facta per Capitulum. Pax-Jord. *loc. cit. n. 250.* citans Felin. in *cap. parte. de reſcript. nu. 19.* contra Henriquez in *ſum. l. 7. c. 21. §. 5.*

6. Porò iurifdictio & officium Vicarii ita expirat morte naturali & civili Epifcopi, etiam reſpectu cauſarum & negotiorum jam captorum Epifcopo vivente, & regnante, ut ea perficere nequeat, & hæc ab eo profecta, aliæque geſta poſt mortem Epifcopi ſint omnino irrita, tanquam facta à privato iurifdictione. Azor. *p. 2. l. 3. c. 45. q. 14.* Pax-Jord. *loc. cit. n. 252.* Ventrigl. Pirh. citati que ab illis cum communi, pro qua quoque Pignat. *tom. 1. conf. 250.* citat Archid. in *c. 1. de off. Vicar. in 6. nu. 2.* Gloſſ. in *Clem. ſin. de Procurator. v. conſtituta.* ibidemque Cardin. *nu. 5.* Imol. *nu. 17.* Berol. in *cap. quoniam Abbas. de off. delegat. num. 100.* Bertach. *de Epifc. l. 4. p. 7. q. 6. n. 4.* Rebuff. in *pr. p. 1. tit. form. Vicar. n. 162.* & c. Tuetur tamen ipſe Pignat. *loc. cit. nu. 2.* contrarium, dum ait: Dico tamen, ſi Vicarius ante obitum ſui Epifcopi caperit in cauſa procedere, hand dubiè, re non integrà, prorogatur ac perpetuatur ſua iurifdictio. Citat pro hoc c. gratum. §. nos autem. de off. delegati. & ibi gloſſ. v. captam. Abb. *nu. 1.* Felin. *nu. 5.* Jaſon. in *L. more majorum. ff. de iurifd. omn. iudic. n. 58.* Decium ibidem *nu. 42.* Rotam *decif. 9. de dolo & contumac. in antiquis, &c.* Loquitur au-

B. Lauren. Vicarius Epifc. Tract. 1.

tem Pignat. de Vicario, cui delegata cauſa canonizationis, Citatque in ſpecie ſic cenſuiſſe S. Congreg. Rituum in *Sepoſiensis ſervi Dei Ioannis de Duola.* quòd etiam ſola citatio, licet non executà, ſufficiat, ut procedere poſſit Vicarius mortuo ſuo Epifcopo. Quæ ſi intelligat Pignat. in cauſa, quo Vicario ſub nomine huius officii delegata ſit talis cauſa, non ab Epifcopo proprio, ſed à Papa, vera forte erunt.

7. Pari ratione expirare officium Vicarii per permutationem Epifcopatus cum alio Epifcopatu, ac per translationem, tenent Ventrigl. ex Meroll. *Theol. mor. tom. 3. d. 7. c. 7. dub. §. 1. nu. 473.* Sbroz. *cit. q. 42. n. 11.* & cum eo Pax-Jord. *loc. cit. nu. 262.* contra Rebuff. *pr. benef. form. Vicar. n. 225.* Calderin. *conf. 4. de reſcript.* Cuch. *Inſtitut. iur. Can. de Vicar. Epifc. nu. 155.* Socin. *conf. 27. l. 3.* quos citat Sbroz. *nu. 10.* In permutatione enim non minus contingit vacatio eccleſiæ permutatæ, quàm in translatione eccleſiæ, à qua Epifcopus transfertur. Sbroz. *cit. num. 11.* cum gl. in *c. ſi propter. de reſcript. in 6.* vacante autem eccleſià expirat Vicariatus.

8. Quartò, per revocationem factam ab Epifcopo. De quo paulò poſt.

#### Quæſtio 291. An expiret Vicariatus per captivitatem Epifcopi?

**R** Esp. Expirare illum, ſi Epifcopus captatur à paganis, hæreticis vel ſchiſmaticis, tenent cum gl. in *cap. ſi epifcopus. de ſuppl. negl. Pralator. in 6. v. ſed Capitulum.* Ventrigl. *loc. cit.* alii que; eò quòd velint amittere illum per hoc libertatem, & conſequenter iurifdictionem, & captivitas ceſſatur mors civilis, & æquiparetur morti naturali. E contra ſentit Fagn. in *cap. per tuas. il primo. de ſimoniis.* Pirh. *cit. n. 68.* non extingui per captivitatem Vicariatum; eò quòd Epifcopus captus non efficiatur ſervus capientium, ſeu non amittat libertatem, niſi de facto, prout intelligi debet *cit. c. ſi Epifcopus.* dum ait: donec illum libertati reſtitui contingeret. ac pari modo habitualiter retineat iurifdictionem, & ea ſolum quoad exercitium ſuſpendatur, & interea devolvatur ad Capitulum; ad eò que non ſit civiliter mortuus, quantum quoad habitum iurifdictionis; ſed ſolum quoad iurifdictionis exercitium. Proinde jam etiam Vicarii iurifdictio durante captivitate Epifcopi tantum ſuſpenſa eſt quoad exercitium, ita ut interea eam exercere nequeat (niſi forte exercitium illius committatur eidem à Capitulo) & habitu remanet Vicarius.

#### Quæſtio 292. Qualiter expiret Vicariatus per revocationem?

1. **R** Esp. primò: expirare illum per revocationem factam ab Epifcopo conſtituente, habet communis. Barboſ. *iuris eccleſ. l. 1. c. 15. n. 44.* Ventrigl. *loc. cit. n. 57.* Pirh. *n. 75.* Sbroz. *l. 3. q. 33.* Azor. *p. 3. l. 3. c. 45. q. 14.* Pax-Jord. *l. 1. c. 257.* citans inſuper plures alios. Sicut enim Epifcopi voluntate & nominatione ordinariam iurifdictionem à lege conſequitur, ita quoque contrarià Epifcopi voluntate removetur. Eo enim modo unumquodque diſſolvitur, quo colligatum eſt, & per quas cauſas res naſcitur, per eas etiam diſſolvitur, c. omnes res. de Reg. iur. in 6. Barboſ. Pax-Jord. *locis cit.* ſed neque Vicarius in ſuo officio eſt intitularus, ideò que ad libitum Epifcopi revocari poteſt, Sbroz. *l. 3.*

7. 32. citatis quàm plurimis. Pirh. Pax. Jord. Ventrigl. locis cit. Cardin. de Luca ad Trident. d. 4. n. 8. Laym. in c. cum in generali. de off. Vicar. in 6. n. 9. juxta gloss. in Clem. si principalis. de rescript. v. per electionem. Idque etiam Episcopus jurasset, se illum non revocaturum, quàmvis si id faceret sine causa, perjurus esset, secus si cum causa justa. Sbroz. loc. cit. n. 5. citatis iterum quàm plurimis. Pirh. n. 76. in fine. Ventrigl. loc. cit. citatis Rebuff. in pr. tit. Vicar. n. 193. Boerio decis. 341. n. 1. Jo. And. in c. tua. de off. Vicar. juxta dicta à nobis aliàs. Et quidem sine consensu Capituli. Pirh. loc. cit. Sbroz. cit. q. 32. n. 2. Secus tamen est, ubi Vicarius Episcopi confirmatus esset à Papa ad vitam, vel ex certa scientia; revocare enim illum nequiret Episcopus, & sic per ejus revocationem, utpote nullius efficaciam, non expiraret Vicariatus. Pax. Jord. n. 264. citans Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. n. 194. & seq. Cuch. eod. tit. n. 139 Ventrigl. loc. cit. citans Meroll. ubi antè, c. 6. dub. 51. nu. 452. Idem videtur, dum Papa simpliciter constituit Vicarium Episcopi: sicut enim tunc non deputatur ab Episcopo, sic nec ab eo removeri potest. Pax. Jord. loc. cit. nu. 265. qui tamen etiam n. 264. ex eodem Rebuffio & Cuchio secus esse ait de Vicario constituto ab Episcopo, & simpliciter tantum, non verò ad vitam confirmato à Papa; sed quòd confirmatio simplex non alteret naturam rei.

2. Resp. secundò: ad hoc tamen, ut expiret officium & jurisdictio Vicarii per revocationem, necesse est hunc ei intimari seu denunciari. Ventrigl. loc. cit. Pirh. cit. nu. 75. Pax. Jord. nu. 266. cum communi. Generaliter enim loquendo, non cessat jurisdictio Judicis, donec certior reddatur de revocatione. L. si forte. ff. de off. praesid. Quòd si tamen Vicarius suà culpa, seu ob delictum suum depositione dignum revocaretur, etiam ante notitiam de sui revocatione, expirare ejus jurisditionem, tradit Azor. instit. mor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 15. § dubia. dicens communem. Item Rebuff. loc. cit. num. 207. Nihilominus probabiliter quoque, si non melius & probabilius, tradunt Sbroz. l. 3. q. 33. n. 5. Sanch. de matrim. l. 3. d. 30. n. 11. Pax. Jord. n. 268. citans Cuch. ubi antè, nu. 143. in hoc quoque casu necessariam adhuc esse intimationem revocationis: quin & non cessare illius jurisditionem, dum habet notitiam de sua revocatione, modò adsit error communis populi, quo publicè ignoratur Vicarium revocatum esse, tradit Pirh. citato Sanch. ubi antè. Imò, etiam cessante hoc errore communi, non sufficere ad cessationem illam jurisditionis in Vicario notitiam revocationis à quocunque fide digno hautam; sed requiri, ut revocatio illa sit notificata vel per ipsum Episcopum, ejusve epistolam, vel per alium nomine illius, puta per procuratorem, vel nuncium ad id destinatum, tenent Azor. loc. cit. Sanch. loc. cit. nu. 13. Layman. in cap. gratiam. de off. deleg. nu. 12. Ventrigl. cit. loc. dicens hanc sententiam magis communem. Garc. de benef. p. 5. c. 8. nu. 176. (qui etiam ait, hanc esse differentiam inter revocationem Vicarii per mortem Episcopi, aliàve Episcopatus vacationem, & inter revocationem factam per Episcopum) Pax. Jord. num. 267. citans Rebuff. ubi antè, num. 268. & Cuch. num. 146. quam sententiam probabilem dicit Pirh. cit. num. 75. contra Sbrozium lib. 3. quaest. 33. num. 10. Ratio hujus sententiae est, quòd licet Episcopus Vicarium suum revocet, non

cesset tamen voluisse hanc suam revocationem effectum habere, antequam ei suo nomine, seu ex parte sua sit denunciata. Garcias loc. cit. n. 177. Cuch. loc. cit. qui etiam addit, levitatis infimulandum fore Vicarium, si ex alienis tantum monitis ab Episcopi jussu non procedentibus officii curam temerè deponeret. Et confirmantur hæc à pari, nempe, quòd sicut in constitutione Vicarii requiritur expressa intimatio facta ei nomine Episcopi; cum ex parte Vicarii necessaria sit illius acceptatio; ita etiam in ejusdem revocatione: cum, ut dictum supra, per eandem causas res nascatur, & dissolvatur. Garc. Pirh. locis cit.

3. Resp. tertio: sufficit ad expirationem Vicariatus revocatio quoque tacita, v. g. facta per constitutionem alterius Vicarii, modò ex verbis constitutionis secundi Vicarii appareat revocatio illa primi, adeoquin is non censetur revocatus per constitutionem secundi, sed secundus constitutus cumularivè; cum plures sæpe Vicarii seu Ordiarii in solidum constitui soleant, ut facilius possit consuli Reipublica. Pirh. cit. num. 76. Ventrigl. cit. num. 57. in fine. Sbroz. cit. q. 33. num. 2. juncto num. 3. Ait tamen Pax. Jord. loc. cit. num. 260. sufficere tacitam revocationem per constitutionem secundi Vicarii, quando Episcopus consuevit non nisi unicum habere Vicarium. Porrò ad expirationem Vicariatus per talem revocationem tacitam requiritur quoque, ut primo illi Vicario intimata sit constitutio secundi. Pirh. loc. cit. Sbroz. loc. cit. num. 7. Et quidem non qualicumque, & undecunque hausta notitia de constitutione secundi Vicarii sufficet; sed requiritur notificatio de hoc expressè ei facta nomine Episcopi, ut dictum de revocatione expressa juxta Sbrozium num. 9. & 10. citantem Boer. decis. 347. num. 14. adeoque non sufficet intimatio ei facta per ipsum secundum illum Vicarium de creatione sua, ut habet Sbrozium nu. 10. nisi forte ad intimationem illam faciendam primo Vicario, secundus ille haberet mandatum seu commissionem ab Episcopo, adeoque id faceret nomine illius, ostenderetque insuper in sua constitutione haberi verba, quæ revocationem primi contineant. Extendit hæc ipsa Sbrozium loco cit. nu. 12. ad Vicarios foraneos, ita ut per constitutionem secundi censetur revocatus primus. Quod tamen intelligendum, si constitutus secundus in eadem diocæsi parte, vel pro eodem genere causarum. Tacite quoque censeri revocatum Vicarium per reditum & adventum Episcopi, dum nimirum deputatus fuisset pro solo tempore absentiae & peregrinationis Episcopi, qui praesens soleret non habere Vicarium, habet Pax. Jord. loc. cit. num. 236. ex Sbroz. l. 3. q. 4. num. 2. juncto nu. 4. citante pro hoc cap. si delegat. de off. deleg. in 6. cap. si quem sub ea forma. de procurat. in 6. Vant. de nullit. sentent. tit. de inhabilitate ex defectu mandat. nu. 175. Selv. de benef. p. 2. q. 12. nu. 2. & 3.



*Quaestio 293. An & qualiter Vicariatus exspiret per excommunicationem, suspensionem, vel interdictum Episcopi?*

**R** Esp. Primò: quemadmodum per excommunicationem (intellige, etiam, dum nominatum denunciatus est, adeoque vitandus; dum enim taliter nominatum denunciatus non est, retinet jurisdictionem, ejusque exercitium juxta Extravag. Martini. v. ad extr. panda.) Suspensionem & interdictum, non extinguitur jurisdictionis Episcopi, sed apud eum manet habitualiter, ita etiam per dictas censuras ab Episcopo incurfas non extinguitur jurisdictionis Vicarii, Pax-Jordan. loc. cit. num. 269.

**2.** Ob excommunicationem tamen incurfam ab Episcopo, uti suspenditur jurisdictionis Episcopi quoad exercitium, ita quoque impeditur jurisdictionis Vicarii quoad exercitium, etiam quoad negotia jam capta. Pax-Jordan. loc. cit. Pith. loc. cit. nu. 69. Azor. part. 2. lib. 3. cap. 6. qu. 13. Sanch. cit. d. 30. nu. 5. & 6. Barbof. alleg. 34. nu. 146. Sbroz. lib. 3. qu. 17. nu. 1. citans Cuchum instit. iur. Canon. tit. de Vicar. Episc. nu. 134. Paris. conf. 89. nu. 6. Selv. de benef. part. 2. qu. 14. nu. 6. & alios quamplurimos. Idem est, dum Episcopus est interdictus aut suspensus nominatum denunciatus. Azor. Pith. Pax-Jordan. locis cit. Sanch. loc. cit. nu. 7. & 8. Sbroz. loc. cit. nu. 4. citato Panfio ubi antè, nu. 10. Bertach. de Episc. lib. 4. part. 5. num. 69. &c. est enim unum idemque tribunal & jurisdictionis, & ut Bald. in cap. licet. de offic. deleg. nu. 9. excommunicatio inficit auditorium Episcopi. Quod si verò Vicarius excommunicato Episcopo exercere vellet jurisdictionem, potest & se excommunicari. Pax-Jordan. num. 271. citans Archid. in cap. 1. de off. Vicar. in 6. num. 2. Surdum conf. 50. nu. 1. vol. 1. Procedit tamen responsio, si Vicarius est creatus ab Episcopo, sicut si ab alio, puta Papa. Sbroz. loc. cit. nu. 5. citans cap. 1. de off. Vicar. in 6. ubi: si jurisdictionem tantum recipiunt ab eodem. & ibi Doctores & Felin. in cap. in sinuarte. de offic. deleg. nu. 1. Sic etiam, ubi causa aliqua delegata est Vicario (intellige, etiam sub nomine officii Vicariatus, seu tanquam Vicario) ab alio, non suspenditur jurisdictionis Vicarii per excommunicationem Episcopi, quo minus de causa illa delegata cognoscere possit, re non amplius integrâ, sive capta jam causâ; ex una enim parte manet adhuc Vicarius habitualiter, ex altera parte jurisdictionis, qua cognoscit de illa causa, est delegata, adeoque diversa à jurisdictione Episcopi, nec ab illo, sed à delegante derivata, ac proinde non suspenditur per excommunicationem Episcopi. Pith. loc. cit. num. 72. citato Sanch. ubi antè, num. 9. Porro qualiter excommunicato aut suspensio ipso Vicario suspendatur

aut exspiret substitutorum & delegatorum ab eo jurisdictionis seu commissio, dictum est supra.

*Quaestio 294. An Vicariatus generalis Episcopi exspiret per promotionem Vicarii ad Episcopatum alium?*

**R** Esp. Non exspirat, sed poterit Vicarius, qui durante hoc officio suo creatus & consecratus est Episcopus, creatione hac & consecratione non obstantibus, retinere munus Vicarii generalis, interea, dum se preparat & expectat opportunitatem commoditatem conferendi se ad suam ecclesiam. Nullo enim jure prohibetur, quod minus Episcopus possit esse Vicarius alterius Episcopi; quinimò permillum id videretur per cap. plerique. de offic. Ordinar. ubi gl. v. necessitas. Pignat. tom. 30. conf. 22. num. 1. citans Azor. part. 2. lib. 3. cap. 45. qu. 9. Anchar. in cap. fin. de off. Vicar. in 6.

*Quaestio 295. Qua sint potissima causa aufereudi à Vicario Vicariatum?*

**R** Respondet Pignatelli tom. 9. conf. 162. num. 4. si constiterit de mala Jultitia administratione, de abusu censurarum, de extorta pecunia, ut idcirco de aliis dici possit, quod de Vicariis quibusdam, qui plus, quam debent, accipiunt in collatione beneficiorum, inquit Rebuff. pr. benef. tit. quot modis benef. acquir. numer. 13. quod sint simoniaci, & simoniacos faciunt suos Episcopos, ita ut seipos & suos damnent. Item quod Petrus Blesensis Episc. describit: *Tota Officialis intentio est, ut Episcopi sui jurisdictioni commissas miserimas oves quasi vice illius tondent, emungant, excoriet. Ipsi enim sunt Episcopi sanguijuga, evomentes alienum sanguinem, quem hiberunt, quia testimonio Scripturae divinitas, quas congregavit impius, evomet, & de faucibus illius extrahet illas Deus, &c.* Quae si in iudicibus saecularibus sunt graviter punienda, I. Audites. c. de dignitat. ubi Luc. de Penn. nu. 1. & 17. ait, in specie eos privandos esse dignitate & honore. Et comprobat ibidem And. de Barul. multò magis puniri debent in iudicibus ecclesiasticis, & potissimum in Vicariis Episcoporum, quorum mores debent esse inculpabiles, maxime verò ab extorquenda pecunia, ut probant relati à Sbroz. l. 1. qu. 33. Unde iterum dico, quod hujusmodi Vicarii non sunt constituendi, & constituti removendi sunt, dum alioquin prospici non possit subditorum indemnitati.

Ita ferè Pignat.

\*\*

## PARAGRAPHUS III.

## De gestis à Vicario post mortem Episcopi aut revocationem, &amp; de malè ab eo gestis.

*Questio 296. An & qualiter valeant gesta à Vicario post mortem Episcopi naturalem, vel civilem.*

**R**esp. Tametsi expiratio Vicariatus habeat suum effectum per mortem Episcopi, aliámve Episcopatus vacationem, etiam non intimatá Vicario morte Episcopi; eò quòd sit à jure ipso facto. Paris. de resignat. lib. 7. quæst. 24. num. 36. Garc. part. 5. cap. 8. num. 178. citans insuper Sanchez de matrim. lib. 3. d. 29. num. 4. Felin. in cap. ex parte de can. de rescript. num. 8. sintque omnia gesta à Vicario post illam (intellige, publicè notam) irrita ac nulla. Pirh. num. 68. valent tamen gesta per eum post mortem Episcopi, quamvis ipse eam scire potuerit. Paris. loc. cit. quin &, etiamsi ipse conscius fuerit mortis, modò eà communiter ignoretur. Garcias loc. cit. num. 179. Layman. in cap. gratum. de offic. delegat. num. 9. citans Henriquez in sum. lib. 6. cap. 13. num. 3. lit. a. qui loquitur de dimissionis à Vicario datis post mortem Episcopi publicè ignoratam. Secus tamen, ubi communiter scitur mors, licet Vicarius eam ignoraverit. Garcias cit. num. 179. citato Sanchez ubi antè. uti & d. 12. num. 59. pari modo, ac de morte naturali loquendum est de translatione Episcopi, de renuntiatione ejus admitta, de depositione; quia prædicti Authores loquuntur de vacatione quacunque Episcopatus. Et sic in specie valere gesta à Vicario post renuntiationem Episcopatus, ante tamen notitiam dictæ renuntiationis; tradit Sbrozium loco immediatè post citando, num. 2. ex Peregrin. decis. Rotæ 158. lib. 2. Unde jam, dum Calderin. consult. de sent. & de re judic. apud Sbrozium lib. 3. quæst. 42. num. 5. ait, non valere gesta per Vicarium post translationem Episcopi, etiam ignorantis suam translationem, intelligendus erit, dum dicta translatio publicè nota est.

*Questio 297. An & qualiter valeant gesta Vicarii post ejus revocationem?*

**R**esp. Valent, ante tamen habitam de hac revocatione notitiam. Azor. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 45. vers. dubia quæst. Pirh. loco cit. num. 75. Itaque, etiamsi ejus revocatio facta ob delictum Vicarii dignum depositione. Item valent, ubi ipsi Vicario notificata est revocatio aliunde quam per Episcopum ipsum, aut ejus nomine. Azor. loc. cit. citans Calderin. conf. 4. de offic. Vicar. Felin. in cap. 3. de rescript. Pirh. loc. cit. Idque, etiamsi de cetero publicè nota esset revocatio. Pirh. cit. num. 75. Garc. part. 5. cap. 8. num. 17. citatis Boët. decis. 347. Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 210. Cuch. lib. 3. tit. 8. nu. 148. Sanch. Coraf. &c. Item valebunt, dum facta Vicario denuntiatio revocationis per Episcopum, aliúmve ejus nomine,

dum ex communi errore adhuc habetur pro legitimo Vicario, quia publicè adhuc ignoratur eum revocatum esse, argumento L. Barbarius. ff. de off. Prator. Pirh. cit. num. 75. citans Sanch. de matrim. lib. 3. d. 22. num. 59. & d. 30. num. 11. quamvis Pirrhing expressè non dicat de revocatione notificata ei per Episcopum, sed simpliciter de notitia ab eo habita; eadem tamen est ratio; nempe boni communis, stante illo errore communi, in quo fundatur lex illa Barbarius. Eadem quoque applicanda revocationi tacitæ, verbi gratiâ, factæ per creationem secundi Vicarii. De quo vide dicta supra q. 291. n. 3. Eadem quoque intelligenda de translatione Vicarii ad aliud officium, quia hæc translatio est vera revocatio Vicarii.

*Questio 298. An & qualiter post expirationem Vicariatus valeant gesta à Vicario in causis specialiter ei commissis & delegatis?*

**R**esp. primò: dum causa commissæ Vicariò sub expresso nomine proprio Vicarii, gesta ab eo in dicta causa, postquam definit esse Vicarius, valent. Pax. Jord. lib. 12. tit. 1. num. 254. Barbof. de potest. Episc. alleg. 54. num. 156. Sbroz. lib. 3. quæst. 46. num. 1. citans gloss. in Clement. 2. de rescript. v. principalis, & ibidem Cardin. nu. 7. Imol. num. 11. & 13. Franci. in cap. statutum. de rescript. in 6. col. 1. gloss. ibidem. v. terriò adverte. Gemina ibidem. num. 8. Abb. in cap. quantam. de offic. delegat. num. 10. Pavin. de potest. Capit. sede vac. part. 2. quæst. 10. num. 13. &c. dicitque idem de Legato Sbroz. loc. cit. num. 2. quòd possit, postquam definit esse Legatus, procedere in causa ei sub nomine proprio commissæ. Videtur id ipsum procedere, etiamsi desinente Vicariatu res adhuc esset integra, & nihil captum circa illam causam. Quare frustra videtur Sbrozium declarare responsum num. 3. ubi ait: declaratur, quando Vicarius capisset de causa cognoscere.

2. Resp. secundò: secus est, dum causa ei commissæ non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis & officii Vicariatus. Pax. Jord. Barbof. locis cit. Sbroz. lib. 3. quæst. 7. num. 1. citatis Cardin. Imol. Abb. ubi antè. Roland. conf. 39. num. 16. vol. 1. &c. Proceditque responsum juxta Sbrozium loco cit. num. 3. citato Franco in cap. statutum. de rescript. in 6. col. 2. etiamsi Vicarius capisset cognoscere de causa. Idemque statuit Sbrozium num. 2. de Legato. Contrarium tamen expressè sentit Pirh. num. 73. ubi: si causa aliqua à sede Apostolica Officiali seu Vicario, non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis seu officii delegata sit, Episcopo mortuo, adeoque finitâ potestate Vicarii, si res non sit amplius integra, adhuc cognoscere & expedire poterit Vicarius causam sibi delegatam: quin etiam, ut ait ibidem Pirh. si res adhuc sit integra, & nondum causa capta, probabile est, quòd Episcopi Vicarius, postquam mortuo Episcopo assumptus est & confirmatus à Capitulo, maneat delegatus, & causam delegatam à Papa expedire possit; quia reputatur quodammodo Vicarius Episcopi; cum Episcopalem jurisdictionem vice Capituli exerceat. Et quanquam Capitulum

nequeat

nequeat de illa cauſa cognoſcere, adeoque etiam non tranſerat poteſtatem cognoſcendi illam in Vicarium, conſtituit tamen Vicarium, qui ſic conſtitutus poteſt illam delegationem exequi virtute reſcripti Apoſtolicæ Vicario talis Dioceſis eam committentis, citat pro hoc Sanch. de matrim. l. 3. d. 27. num. 33. Confirmat hoc ipſum poſtremum ex eo, quod licet reſcripta ad lites ſtriſte debeant interpretari, quatenus tendunt in præjudicium partium, latè tamen & benignè interpretari ea convenit, quatenus concernunt poteſtatem principis delegantis; & in his commiſſionibus magis ad mentem concedentis, quam ad rigorem juris attendendum eſt. citat pro hoc Beronum in c. quoniam. de off. delegati num. 81. Laym. in c. 1. de off. Vicar. in 6. num. 16.

3. Secus tamen ſentit Sbroz. num. 4. de Canonico Cathedralis Eccleſiæ, vel alio Prælato; eò quod, ſi deſinat eſſe Canonicus vel Prælatus, non tamen deſinat eſſe Judex, citat pro hoc Bald. in l. generaliter. c. de Episc. & Cleric. num. 9. Caſtrenſ. conf. 288. num. 3. vol. 1. Franc. ubi ante &c. Quod tamen ipſum limitat Sbroz. num. 5. ut non procedat, ubi quis ob delictum privatus Prælaturâ vel Canonatu; eò quod tunc deſinat eſſe Judex. Secus tamen, ubi ſolum remotus vel ſuſpenſus fuiſſet ab adminiſtratione. citat pro hoc Bald. & Franc. ubi ante. Uti idipſum limitat ſecundò: ut Canonicus talis amiſſo Canonatu non poſſit procedere, & de cauſa cognoſcere, ſi res eſt adhuc integra, ut Franc. loc. cit.

4. An verò commiſſio facta Vicario ſub nomine officii, Vicario, cui facta, amoto ab officio, tranſeat ad ejuſ in officio ſeu Vicariatu ſucceſſorem, ex Sperello deciſ. 31. num. 12. & ſeq. Barboſ. loc. cit. reſolvit: Quod licet regulariter commiſſio facta ſub nomine dignitatis tranſeat in ſucceſſorem; eò quod dignitas nunquam moriatur, id tamen non procedat, quando dignitas ipſa extinguitur, prout contingit in dignitate, quam habet Vicarius, quæ per ejuſ mortem, remotionem, ceſſationem ab officio extinguitur, iſque non dicitur habere ſucceſſorem, ſed alius, qui ei ſubrogatur, de novo creari dicitur, & hinc Vicarius ſucceſſor non poteſt cognoſcere nec decidere cauſas commiſſas Vicario antecellori, ſive is cognoſcere eas ceperit, ſive re integrâ ejuſ officium exſpiraverit. Quamvis Sperellus num. ſeq. aſſerat, contrarium ſibi ſemper placuiſſe, quando eſt contemptatum officium, & non fuit expreſſum nomen proprium; adeoque hic Author ſibi parum conſtat. Quam ſententiam poſtérieurem, nimirum quod adhuc ſucceſſor in Vicariatu talem cauſam expedire poſſit, probabiliorẽ dicit Pirh. loc. cit. n. 73. citatis Sanch. de matrim. l. 3. d. 27. num. 41. Sbroz. l. 3. q. 49. num. 9. eò quod, dum non apparet ex conſecturis aut circumſtantiis, quod intentio Papæ delegantis ad certam perſonam reſtriſta ſit ex reſcripto Papæ delegantis eam Vicario ſub nomine officii, ſatis colligitur, intentionem illius eſſe, cauſam delegare illi, qui Vicariatus officium exerceat, non habitâ ratione ſingularis ſeu certæ perſonæ. Unde etiam non ſolum ſucceſſor in Vicariatu (quam-

vis propriè loquendo, ut dictum eſt, ſucceſſorem non habeat Vicarius, utpote ad nutum amovibilis, & cui juſ illud dignitatis & officii precario conſeſſum) ſed etiam in abſentia ejuſ ad tempus illi ſubſtitutus ſeu ſubrogatus cauſam ſub nomine dignitatis ſeu officii Vicariil commiſſam exequi poſſit; quia ſubrogatus ille non eſt moraliter alius, ſed idem reputatur cum priorè, in cujuſ locum ſubrogatur. argumento L. 2. c. de off. ejuſ, qui vicem alieni. Judic. obſin. Laym. loc. cit. num. 17. & ex eo Pirh. Et licet Laym. expreſſè dicat, pleroſque ſentire contrarium, nempe, quod, ſi dignitas alicui comperat, non proprio, ſed alieno jure (uti contingit in Vicario Episc.) commiſſionem illi factam ratione dignitatis non tranſire ad ſucceſſorem; eò quod dignitas habitâ jure proprio non extinguitur mortuo poſſeſſore illius, ſecus, ac contingit in dignitate habitâ jure alieno. Addit tamen in fine, quod, licet hæc ſententia poſterior ſpectato juris rigore ſit vera, prior tamen ſit quoque probabilis, & in praxi rata ob præſumptam mentem Papæ delegantis illi, qui officium Vicariatus exerceat, ut bene advertit Abb. in c. quoniam. de off. deleg. num. 11.

Quæſtio 299. Num igitur quoque vice verſa, dum delegatio à Sede Apoſtolica facta Vicario Generali Episcopi ſub nomine dignitatis & officii Vicariatus, Vicario mortuo vel depoſito, Episcopus poſſit cauſam illam cognoſcere & expedire?

Reſp. negativè. Pirh. num. 74. Laym. cit. num. 17. citans Sanch. de matrim. l. 3. d. 27. num. 30. Navar. l. 1. conf. 5. de off. deleg. editione 2. contra Bertach. de Episc. l. 4. p. 7. quæſt. 4. eò quod, licet mortuo aut depoſito Vicario officium Vicariatus redeat ad Episcopum, non tamen juridiſtio à Papa delegata Vicario devolvitur ad Episcopum; eò quod ea omnino ſit diverſa ac ſeparata. Laym. Pirh. loc. cit. Unde jam etiam ſequitur illud: quod, ſi Vicarius Episcopi, cui delegatio facta, ſub nomine officii; dein factus ſit Episcopus iſtius ejuſdem Dioceſis, non poſſit cauſam ſibi adhuc Vicario delegatam proſequi. Pirh. cit. num. 74. in fine, citans Sanch. ubi ante num. 31. Sequitur item à fortiore, non poſſe Episcopum vivente & in officio conſtituto Vicario ſuo in cauſis ei ſub nomine officii delegatis à Papa ſe immiſcere, vel ei quicquam imperare; eum in iſis Vicarius nullam habeat cum Episcopo communionem, neque ei ſubjectus ſit aut ſubordinatus, ſed eo potius major & ſuperior. Pirh. loc. cit. Laym. cit. num. 17. dicens, ſic ex omnium ſententia docere

Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 161.

Navar. ubi ante & Sanch. loc. cit.

num. 30.

\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*  
\*\*\*\*\*

*Questio 300. An Episcopus cognoscere possit de delicto & negligentia commissa à suo Vicario, eamque punire?*

1. **R**esp. primò. Si Vicarius deliquerit tanquam persona privata, potest de delicto illius cognoscere Episcopus, eumque punire, non secus ac alios subditos delinquentes; male enim agens tanquam privatus non dicitur gerere vices Episcopi, nec minus est ei subditus quam alii. Pith. *loc. cit. num. 85.* Sbroz. *L. 3. q. 57. num. 8.* citans *gl. in c. 1. de off. Vicar. in 6. v. rationabili causa* Decium *in c. Sane. de off. delegat. col. 2.* Innoc. *in c. fin. de foro compet. in 6. & c.* Et in hoc casu eam punire nequit Metropolitanus, nisi fortè ad illum appellatum sit. Pith. *loc. cit.*

2. **R**esp. secundò. Si verò Vicarius deliquit circa jurisdictionem, seu in spectantibus ad officium Vicarii, & Episcopus ipse non sit particeps culpæ, poterit Episcopus de delicto & negligentia illius cognoscere, eumque punire. Pith. *loc. cit.* Laym. *in c. Romana. de off. Vicar. in 6. n. 9.* Sbroz. *loc. cit. num. 10.* citans Speculator. *L. 2. partic. 1. tit. de compet. Judicis additione. §. sequitur videre. numer. 3.* Unde Sbroz. *loc. cit. num. 3. & seq.* inquit: Verius est, quòd Episcopus non possit Vicarium suum punire; quia ubi Vicarius peccat in iis, quæ sunt jurisdictionis, vel circa officium, punitur ab Archiepiscopo secundum *gl. in c. 1. de off. Vicar. in 6. v. rationabili.* & quòd ad illa, quæ ratione officii potest exercere, non dicitur subditus Episcopo, neque minor illo. Bero. *conf. 22. num. 13. vol. 1.* pro ut etiam, quia Episcopus non potest esse Judex in causa sui Vicarii, ergo nec illum punire potest ex eo defectu jurisdictionis, ne aliàs dicatur judicare in propria causa, sicut etiam, quia Episcopus tenetur de delicto sui Vicarii vel Officialis delinquentis in officio. Rora. *decis. 6. alias 278. in nov. de off. Vicar. Gemin. in c. si Episcopus. de off. Ordinar. in 6. Felin. in c. Petrus de homicidio. num. 8.* Nec non etiam, quia Episcopus teneatur exhibere Vicarium vel Officialem delinquentem. Pavin. *de potest. Capit. Sed. vac. p. 2. q. 10. num. 23.* unde, cum non conveniat sibi ipsi illos exhibere, ne sit Judex & Pars, meritò illum punire non poterit. Hæc inquam, dum habet Sbroz. necessariò intelligendus venit pro casu, quo Episcopus particeps est delicti sui Vicarii, ut manifestè constat ex iis, quæ habet *cit. num. 10. in fine & num. 11.* De cetero ratio responsionis est, quam dat Laym. & ex eo Pith. *ll. cit.* quòd Vicarius etiam ratione officii sui quodammodo subiectus & subordinatus sit Episcopo suo. quia licet ejus potestas & jurisdictione eadem sit cum jurisdictione Episcopali, alio tamen modo in Vicario refidet, & aliter in Episcopo, in illo videlicet cum dependentia à voluntate & imperio Episcopi.

3. Ex his jam sequitur, quòd in hoc casu delicti committi à Vicario in officio Vicariatus non participante Episcopo in eodem delicto immiscere se nequeat Metropolitanus, nisi fortè Episcopus requisitus de eodem delicto

cognoscere recuset. Laym. Pith. *Speculat. Sbroz. ll. cit. Pax-Jord. L. 12. tit. 1. num. 285.* ubi: de maleficio seu quasi in officio commisso, puta, in sententia vel processu &c. agendum erit coram Episcopo, non autem coram Metropolitanò; Episcopo verò negligente in cogendo Officialem ad commendam, poterit ratione hujus maleficii conveniri coram Metropolitanò ipsemet Episcopus. Quòd si cognoscendo absolverit Officialem, aut etiam condemnaverit, conveniri coram Metropolitanò nequibit ratione talis delicti, sed tantum ab illius sententia licitum erit appellare. Porro his stantibus non video, cur Sbroz. *loc. cit. num. 13.* hanc adjiciat declarationem; quòd Vicarius delinquens in officio conveniri nequeat ab Episcopo durante Vicariatu, sed solum eo finito, pro quo citat Pavin. *ubi ante.*

4. **R**esp. Tertio. Si Vicarius deliquit aut negligentiam admisit in officio suo, Episcopo culpæ particeps, non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum pertinet causam cognoscere, & punire Vicarium. Pith. *num. 66.* Sbroz. *loc. cit. n. 11.* argumento *c. 1. de off. Vicar. in 6. & gl. ibi. v. rationabili.* uti & in hoc casu teneretur sistere Vicarium suum Metropolitanò, si is id petat. Pith. *loc. cit. Sbroz. num. 6.* Ratio hujus est, quòd si Vicarius consideretur quæ talis, seu ut substitutus in eodem tribunali jurisdictionem exercens censetur eadem persona cum Episcopo. Huc spectant, quæ paulò ante relata sunt ex Sbrozio. Plura de hoc, quando Episcopus puniri possit à Metropolitanò, vide supra, ubi an Vicarius Archiepiscopi exercere possit jurisdictionem in Suffraganeos eidem Archiepiscopo subiectos, & in eorum Vicarios.

*Questio 301. Quando nam Episcopus teneatur ex delicto, vel etiam imperitia Vicarii sui?*

1. **R**esp. primò. Non tenetur ex delicto & gestis à Vicario suo extra officium suum, nisi fortè mandasset, aut alio modo de delicto participasset. De cetero enim Dominus non tenetur de delicto officialis sui extra officium commisso. Sbroz. *L. 3. q. 30. num. 4. & seq.* citatis Felin. *in c. si quando. de rescrip. num. 2.* & in *c. Petrus. de homicidio n. 10. & seq.* Bertach. *de Episc. L. 4. p. 6. tit. de Vicar. Episc. num. 6.*

**R**esp. secundò. Quòd si tamen Episcopus fuerit in aliqua culpa. v. g. non satis inquirendo de vita illius, & moribus, & gestis per illum in constituendo illum, vel etiam post constitutionem illius, vel quia illius negligentiam toleravit. Pith. *loc. cit. num. 67.* Pax-Jord. *L. 12. tit. 1. num. 283.* Sbroz. *loc. cit. num. 1.* citatis plurimis. Ita etiam, ut teneatur Episcopus ad restitutionem damnorum causatorum & illatorum per talem suum Vicarium. Sbroz. *num. 2.* citatis Rebuff. *in pr. tit. form. Vicar. num. 188.* Rot. *decis. 6. alias 432. tit. de off. Vicar. in antiq. Pax-Jord. loc. cit. num. 282.* ubi ait: declaranda prædicta (nempe quòd Episcopus teneatur ad restitutionem damnorum) quando Episcopo aliqua culpa imputari potest; quia nimirum sibi cooptavit in Vicarium, quem nororit ejus mali mores, in-

scitia

scitia vel aliud vitium tanto ministerio redderent indignum; vel si post factam probi & idonei viri electionem Vicarius in officio corrumpatur, ut multi solent, nec Episcopus illum curet emendare, aut ab officio remove, vel sit in culpa, non invigilando circa illum, ut multi faciunt qui magno studio, sumptibus & laboribus idoneos undequaque cum Lucerna Diogenis Vicarios quaerunt; & postquam in officio constituerunt, nihil ulterius quaerunt, sed clausis oculis tam otiositer vivunt, ac si nullam essent Deo & hominibus de illorum administratione redditori rationem; imò, si quandoque aliqua minus recta de illis insinuantur, tanquam detractoria & calumniosa respuunt & execrandescunt in tantum, ut delatores exterreant, & à justis quibusque delationibus abstrahantur &c. Illi enim imputatur, qui utitur opera malorum hominum, puta Officialium. *L. ex maleficiis. ff. de act. & qui malum elegit. Official. §. fin. Rebuff. & Rota ubi ante. Bertach. ubi ante. num. 5. Bald. in margarit. v. Episcopus. num. 9. Innoc. in c. ad hac. de off. Archid. apud. Sbroz. & Pax Jord. ll. cit. Secus foret, ubi Episcopus non foret in culpa aliqua, v. g. quando communi omnium opinione bonum elegit Officialium, qui postmodum in Officio corruptus fuit Episcopo ignorante (intellige citra culpam) Sbroz. *L. 3. q. 29. num. 6. citatis Rebuff. ubi ante. num. 189. Bald. rubr. de penis judic. qui male judicant. Felin. in cit. c. Petrus. num. 11. Velladiego tract. de legat. p. 2. q. 3. num. 9. &c.* Vide hæc omnia confirmata à me in Foro benef. p. 2. q. 753. ubi: quid si Vicarius indigno contulit beneficium? & vide de hoc ipso quoque Pirh. *loc. cit.* Porro Episcopus noviter creatus conveniri nequit ex gestis per Vicarium (intellige ante suum ingressum) Sbroz. *cit. q. 29. num. 8. citatis Jo. And. Innoc. Butrio Gemin. inc. eam re. de rescript.**

3. Resp. Tertio. Idem esse de imperitia Vicarii, ut ex ea teneatur Episcopus, dum ipse in aliqua culpa fuit, non satis inquirendo de ejus peritia & scientia. Pirh. *loc. cit. num. 67.* ut satis colligitur ex Sbroz. *cit. q. 29. n. 6.* dum postquam num. 5. dixisset: non teneretur Episcopus de imperitia sui Vicarii; quia creando ipsum dedit operam rei litta, citatis pro hoc quamplurimis subjungit num. 6. subdeclaratur: quando Episcopus in aliqua culpa non possit deprehendi.

Quaestio 302. Num Episcopus teneatur defendere sententiam Vicarii sui, & stare gestis per illum?

1. Resp. primò. Teneretur defendere sententiam ab eo latam (intellige justè & canonicè) Sbroz. *L. 3. q. 28. citans Speculator. de compet. judic. addit. §. sequitur. n. 3.* Cui non obstat, quòd Episcopus contra sententiam Vicarii restituere possit in integrum; cum & vice versa Vicarius restituere possit in integrum contra sententiam Episcopi secundum dicta superius; aliud siquidem est restituere in integrum contra sententiam, aliud sententiam impugnare

2. Resp. secundò. Si Vicarius quippiam ex commissione officii sui Canonicè egit, Episcopus

revocare aut impugnare nequit. Azor. *p. 2. l. 3. c. 43. q. 6.* Laym. in c. non putamus. de consuetud. in 6. numer. 5. citantes Rebuff. in pr. tit. form. Vicar. num. 40. Sbroz. *L. 3. q. 29. num. 1.* ubi: non diffiteor, gesta per Vicarium adeò obligare Episcopum, ut illis non possit contravenire, citatis pro hoc Castrenf. *cons. 348. col. 3. vol. 1. Decio cons. 142. num. 3.* Et ratio horum est; quia factum à Vicario dicitur factum ab Episcopo, & unum est illorum Tribunal. Sbroz. *loc. cit. num. 2.*

3. Resp. Tertio. ubi tamen malè egit & canonicè non processit, non teneretur Episcopus stare isti actui. Sbroz. *cit. q. 29. num. 3.* citans Castrenf. *cons. 348. col. 2. Gemin. cons. 114.* Hinc Episcopus invigilare debet Vicario, & quæ malè ab eo acta sunt, rescindere. Laym. in c. Romana. de off. Vicar. in 6. num. 9. Sic Episcopus retractare potest compositionem factam à Vicario in penis, in quibus dispensare non poterat. Sbroz. *cit. q. 29. num. 4.* ex Castrenf. *ubi ante. item L. 3. q. 40. à num. 1. ex eodem Castrenf. cons. 347. col. 1. vol. 1.* ubi, quòd Episcopus contravenire possit compositioni facta à suo Vicario de pena depositionis pro crimine in pecuniariam transmutata; & quòd, non obstante compositione facta per Vicarium, potest Episcopus de novo inquirere, & convictum deponere, pro quo citat quoque Sbroz. Bertach. de Episc. *l. 4. p. 5. tit. de auct. Episc. circa judic. num. 53. Rebuff. ubi supra. Jul. Clar. in pr. crim. §. fin. q. 37. vers. dictum est.* Et rationem addit Sbroz. quia pena depositionis non potest transmutari in pecuniariam, nisi per eum, qui habebat potestatem dispensandi de crimine juxta c. licet. de penis, & ibi gl. Milis in repertor. v. Vicar. Episc. Bertach. *ubi ante. num. 53.* ubi etiam, quòd Episcopus peccet, dispensando sine causa super pena depositionis, transmutando illam in pecuniariam.

4. Denique illud hic observandum, quòd Sbroz. *L. 3. q. 27.* tradit citatis Bald. in l. tribuimus. §. cum aliquis. ff. de restam. tut. num. 3. Felin. in c. cum Venerabilis. de except. num. 42. quòd, si Episcopus confirmet unam causam de gestis & administratis per suum Vicarium, videatur cetera reprobare; & contra, si unam reprober, cetera confirmare videatur. Quod ipsum tamen num. seq. limitat: si Episcopus ad hujusmodi actum venerit omnibus discussis, secus, si levato velò aliquid approbasset, citat pro hoc Bald. & Felin. *ubi ante.*

Quaestio 303. An Vicarius Episcopi stare teneatur Syndicati?

Resp. illum liberum esse ab hujusmodi obligatione, cui subicitur solus Vicarius Capituli & alii Officiales Sedis vacantis. Pax Jord. *loc. cit. num. 286.* vide de hoc, ubi de Vicario Capituli sede vacante.

*Quaestio 304 Num Episcopus agere possit de injuria illata Vicario suo.*

**R**Esp. affirmativè Sbroz. l. 3. q. 60. num. 1. citatis Bertach. de Episc. l. 4. p. 3. num. 15. & 18. Pavin. de potest. Cap. Sed. vac. p. 2. q. 10. n. 24. Card. in Clem. de reliq. venerat. SS. tenenturque Clerici conspirantes in Vicarium Episcopi, vel illi contumeliam infligentes eadem poenà, quã conspirantes in Episcopum. Sbroz. loc. cit. num. 2. ex Bartol. in Extrav. contra Rebell. v. rebellando. num. 4. Franc. March. quest. Delphin. 618. in fine part. 2. Bald. in l. Sed si hac. §. semper. ff. de in jus vocand. ubi, quodd offendens Vicarium vel Nuntium Episcopi ipsum Episcopum offendere censetur. Limitat tamen hoc ipsum Sbroz. num. 8. & seq. ut procedat, dum quis molestasset vel injuriasset Vicarium ratione officii; secus, si illum malè tractasset ratione odii privati, non

autem in contumeliam, neque in contemptum dignitatis, sed ut privatum. citat pro hoc Bartol. in l. 1. §. fin. ff. de injuria. Roland. conf. 48. num. 9. vol. 2. Gig. de Crim. laesa majest. q. 4. l. 1. Menoch. conf. 107. num. 23. in 2. ubi: non aliter punitur offendens Officialem ratione odii particularis, nisi pro injuria illata privatæ personæ. & Bertach. de Episc. l. 4. p. 3. tit. de potest. & auth Episc. in tempor. circa person. num. 15. ubi in terminis, quodd Episcopus agere nequeat pro injuria illata Vicario, nisi fuerit facta in contumeliam ipsius Episcopi. Porro tunc facta videtur Vicario injuria ratione officii, non autem ratione odii privati, quando est in executione ipsius officii. Sbroz. loc. cit. num. 12. citatis Roland, ubi ante. num. 12. Menoch, conf. 99. n. 19. in primo.



TRACTA